BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
H
158/3
NAPOLI


Digitized by Google

598312 Racc Vell H. 15 (3)

DECISIONVM
DON FRANCISCI HIERONYMI DE LEON, IVRIS CONSVLTI VALENTINI, OLIM AVDITORIS REGIÆ AVDIENTIÆ VALENTINÆ, ET CONSVLTORIS ORDINARII, SANCTI OFFICII INQVISITIONIS

Valentiæ: nunc verò Regentis Cancelleriam in Sacro, Supremo Regio Aragonum Conſilio, diuerſarum cauſarum, quæ in dicto Sacro, Supremo Conſilio Actitatę fuerunt.

TOMVS TERTIVS.



Biblioteca Nazionale Napoli

CVM PRIVILEGIO.

VALENTIÆ,
Ex Prælo Sylueſtri Sparſa, in vico ſcapharum. Anno 1646.

Digitized by Google

NOS Don Felipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Ieruſalen, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Iſlas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Iſlas y Tierrafirme del mar Occeano; Archiduque de Auſtria; Duque de Borgoña, de Brabante, y de Milan, de Athenas, y Neopatria; Conde de Abſpurg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Roſellon, y Cerdaña; Marques de Oriſtan, y Conde de Goceano. Por quanto, por parte de vos el Noble, Magnifico, y amado Cōſejero nueſtro Don Franciſco Geronimo de Leon Regente la Cancelleria en nueſtro Conſejo Supremo de Aragon, nos ha ſido hecha relacion, q̄ con vueſtra induſtria y trabajo aueis compueſto vn libro intitulado, *Tomus tertius Deciſionum Regentis Don Franciſci Hieronymi de Leo*, el qual es muy vtil y prouechoſo, y le deſſeais imprimir en los nueſtros Reynos de la Corona de Aragō; ſuplicandonos fueſſemos ſeruido hazeros merced de daros licencia para ello. E Nos teniendo conſideracion a lo ſobredicho, y que ha ſido el dicho libro reconocido por perſona experta en letras, y por ella aprobado, y por la vtilidad comun lo auemos tenido por bien. Porende, con tenor de las preſentes, de nueſtra cierta ciencia y Real autoridad, deliberadamente y conſulta; os damos licencia, permiſſo, y facultad a vos el dicho Regente Don Franciſco Geronimo de Leon, para que por tiempo de diez años, que ſe han de contar del dia de la data de las preſentes en adelāte; vos ò la perſona, ò perſonas que vueſtro poder tuuieren; y no otro alguno, podais, y puedā hazer imprimir, y vender el dicho libro intitulado, *Tomus tertius Deciſionum Don Franciſci Hieronymi de Leo*, en los dichos nueſtros Reynos de la Corona de Aragon: prohibiendo y vedando que ningunas otras perſonas lo puedan hazer por todo el tiempo dicho, ſin vueſtra licencia, permiſſo, y facultad, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otro a donde ſe huuiere impreſſo. Y ſi deſpues de publicadas las preſentes, huuiere alguno, ò algunos, que durante el dicho tiempo, intentaren de imprimir, y vender el dicho libro

Digitized by Google

libro, ni meterlos impreſſos (como dicho es) incurra en pena de quinientos florines de Aragon, diuidideros en tres partes, a ſaber es, vna para nueſtros Reales cofres, otra para vos el dicho Regẽte Don Franciſco Geronimo de Leon, y otra para el acuſador: y a mas de la dicha pena, ſi fuere Impreſſor pierda los moldes, y libros que huuiere impreſſo. Mandando con el miſmo tenor de las preſentes a qualeſquier Lugartenientes y Capitanes generales, Regẽtes la Cancelleria, Regente el oficio la general Gouernacion, Portant vezes de nueſtro general Gouernador, Alguaziles, Porteros, y Vergueros, y otros qualeſquier oficiales, y miniſtros nueſtros mayores, y menores en los dichos nueſtros Reynos conſtituidos, y conſtituideros, y a ſus Lugartenientes, y Regentes los dichos oficios; ſo incurrimiento de nueſtra ira, è indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon, de bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y a nueſtros Reales cofres aplicaderos, que la preſente nueſtra licencia, y prouiſion, y todo lo en ella contenido, os tengan, guarden, tener, guardar, y cumplir hagan, y no permitan, ni den lugar a que ſea hecho lo cõtrario en manera alguna, ſi demas de nueſtra ira, é indignacion, en la pena ſobredicha deſſean no incurrir. En teſtimonio de lo qual, mandamos deſpachar las preſentes con nueſtro ſello Real comun en el dorſo ſelladas. Dat. en nueſtra villa de Madrid a III. dias del mes de Abril, año del Nacimiento de nueſtro Señor Ieſu Chriſto MDC XXXI.

YO EL REY.

Vt. Epiſc. Præſ.
Vt. Nieto de Villegas, pro Theſ. gñli.
Vt. Don Franc. de de Caſtelui R.
Vt. Villanueua.
Vt. Don Franc. de Vico R.
Vt. Magarola R.

Vt. Don Bar. Nucano de Anyta.
Vt. Bayetola Çauanillas R.
Vt. Don Louren. de Villanueua.
Pro Conſer gñli.

Imprimatur.
Doctor Doiz Vicarius generalis.

Imprimatur.
Monllor Fiſci Aduocatus.

FACTI NARRATIO SECISSIONIS PRIMÆ.

DON Petrus Ma
ça (Barbutus nũ
cupatus) Domi
nus opidorum
de Moxent, No
uelda, & Caſtri
de la Mola ſito-
rum in Regno
Valentiæ: in ſuo teſtamento condito
pœnes Petrum Pons Not. die 15. Ia-
nuarij 1518. Ita diſpoſſuit.

In omnibus alijs bonis, & iuribus
1 meis ad me pertinentibus quocum-
Clau. 1. que iure, titulo, cauſa, vel ratione, nunc
vel in futurum vbicumque extiterint,
heredem meum vniuerſalem inſtituo
nobilem don Ludouicum Cornell
filium meum, ſub tali tamen vinculo,
& conditione: quod ſi ipſe moriatur,
Clau. quandocumque, ſine filijs legitimis,
2. & naturalibus, & ex legitimo matri-
monio naturaliter procreatis, quod
omnia dicta bona, & iura deueniant,
& reuertantur ad nobilem D. Ioan-
nem Franciſcum Maça filium meũ,
quem in dicto caſu, ſuſtituto dicto
don Ludouicõ: Et ſic dictus don Clau.
Ioannes Franciſcus Maça moriatur, 3.
quandocumque, ſine filijs legitimis, &
naturalibus, & ex legitimo matrimo-
nio procreatis, quod omnia dicta bo-
na, & iura mea perueniant ad dictam
Domnam Catherinam filiam meã:
quæ tamen teneatur, dare omnia di-
cta bona, & iura mea primo filio maſ-
culo illius, illeque teneatur accipere
meum nomen, & cognomen, & defe
rre mea arma, & ſi ille deceſſerit quan
documque abſque filijs maſculis legi-
timis, & naturalibus, & ex legitimo
matrimonio, quod omnia dicta bona
& iura mea perueniant ad alterum fi-
lium maſculum dictæ domnæ Cathe
rinæ: & ita ſequatur per ordinem de
vno filio maſculo illius, in alium filiũ
maſculum vſque ad vltimum: aſſu-
mendo meum nomen, & cognomẽ,
& deferendo mea arma, ſicut dictum
eſt de primo ad vltimum. Et ſi dicta Clau.
domna Catherina deceſſerit ſine fi- 4.
lijs maſculis, & dicti filij maſculi, illius
ab hoc ſæculo migrauerint quando

cumque abſque filijs maſculis legitimis,& naturalibus, ex legitimo matrimonio,volo tali caſu, quod dicta bona,& iura mea deueniant ad don Petrum Maça nepotem meum,& illum dicto in caſu ſubſtituo in dictis omni-
Clau. 5. bus bonis,& iuribus meis. Et ſi dictus don Petrus Maça nepos meus moriatur abſque filijs legitimis,& naturalibus,ex legitimo matrimonio, quod omnia dicta bona,& iura mea perueniant ad dictum don Martinum Maça nepotem meum fratrem illius. Et
Clau. 6. ſi ille deceſſerit abſque filijs legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio, quod omnia dicta bona, & iura mea perueniant ad alium nepotem meum filium maſculum dicti don Martini filij mei,ſi reperietur, & ita ſequatur de vno in alium dictorum nepotum meorum,filiorum maſculorum dicti don Martini filij mei decedendo abſque filijs legitimis, & naturalibus,& ex legitimo matrimonio,vſque ad vltimum illorũ mo-
Clau. 7. rientem. Et ſi omnes dicti nepotes mei filij maſculi dicti don Martini filij mei, quandocumque deceſſerint abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis,volo,ordino,& mando, quod tali in caſu omnia dicta bona,& iura mea perueniant ad dictam domnã Briandam neptem meã,filiam dictæ domnæ Blancæ filiæ meæ, quam dictam domnam Briandam dicto in caſu ſubſtituo,ſub tali tamen conditione, quod illa teneatur,dare, & relinquere omnia dicta bona,& iura mea primo filio maſculo illius, qui pariter teneatur aſſumere meum nomen, & cognomen, & deferre mea arma, etſi moriatur abſque filijs legitimis,& naturalibus,& ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis,volo,& mando quod omnia dicta bona, & iura mea perueniant ad alium ſequentem filiũ maſculum illius, & ita per ordinem ſequatur de vno in alium, dictorum filiorum maſculorum dictæ domnę Briandæ neptis meæ: moriendo abſque filijs legitimis,& naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis vſque ad vltimũ: Et quod teneantur accipere nomen meum, & cognomẽ Petri Maça, & deferre mea arma. Etſi omnes filij nepotes, & deſcendentes mei deſuper per me inſtitu- Clau. 8.
ti,& ſubſtituti deceſſerint quandocũque ſine filijs legitimis,& naturalibus, ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis,vt dictum eſt,volo,ordino, & mando, quod omnia dicta bona, & iura mea deueniant ad alios filios, & deſcendentes meos ſi reperiantur.
Etſi non exiſterint, vel quandocum- Clau. 9.
que deceſſerint abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis, quod omnia dicta bona,& iura mea perueniant ad honorabilem Guillermum Maſco ciuitatis Valentiæ,ſi viuus erit, aut ad filios,& alios deſcendẽtes maſculos illius legitimos,& naturales, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis,ſi reperientur, & inter eos ſequatur ſucceſsio per ordinẽ, ſicuti eſt dictum in dictis nepotibus,& deſcendentibus meis filijs dictæ domnæ Catherinæ filiæ meæ, & dictæ dõnæ Briandæ neptis meę, cum conditione,quod quilibet eorum ad quem

dicta

Digitized by Google

dicta bona, & iura mea peruenerint teneatur aſumere nomen, & cognomen meum donPetri Maça,& deferre mea arma. Et ſi dictus don Guillermus Maſco viuus non erit, & nec filij, nec deſcendentes maſculi illius extiterint, vel deceſerit quandocumque abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus,& ex legitimo matrimonio naturaliter procieatis,volo,& mādo, quod omnia dicta bona perueniant ad confraternitatem Dominæ

Clau. rō.

2 noſtrę ſanctæ MARIÆ ciuitatis Valentiæ. Euenit caſus, quod dictus don Ludouicus Cornell filius, & hæres primo loco inſtitutus abſque liberis deceſsit, & pariter don Ioannes Franciſcus primùs ſubſtitutus,ab hoc ſæculo migrauit,nulla prole relicta,&

3 ita ſuceſsit don Petrus Maça, vulgo nuncupatus de la Batalla, ſiue de Bello,nepos dicti teſtatoris, ex D.Martino Maça eius filio ſecundo loco ſubſtitutus: hic deceſsit relictis duobus filijs legitimis, & naturalibus, nimirū

4 don Petro Maça Iuniore, & domna Brianda Maça, dictus don Petrus Maça Iunior habuit quendam filium naturalem tantum,nuncupatum don Ioannem Maça, qui fuit legitimatus perſcriptum Principis, & in omnibus dictis bonis ſuceſsit,eaq;poſſedit: quo mortuo domna Brianda Maça eius amita eorum omnium poſſeſsionem accepit,illaque toto tempore eius vitæ poſſedit, domna Brianda autem abſque filijs deceſsit. Et cum nulli ex-

5 tarent legitimi deſcendentes,don Petri Maça ſenioris dicti fideicommiſſi inſtitutoris, niſi dumtaxat, domna Brianda Maça,don Balthaſar Maſco filius dicti don Guillermi Maſco, in decima clauſula ad fideicommiſſum vocatus, intentauit actionem contra dictam domnam Briandam Maça poſsidentem bona in hęreditate dicti don Petri Maça recadentia, pretendendo ad ipſum ſpectare, in qua cauſa fuit lata ſententia in Regia Audientia Valentiæ,die 8.Iannuarij 1554.tenoris ſequentis.

6 Attento,quòd ex ſeriè, & tenore dicti teſtamenti Nobilis quondā Petri Maçà antiquioris, ac alijs meritis proceſſus, conſtat intentionem dicti nobilis dō Balthaſaris Maſco agentis contra dictam nobilem Briandam Maça,non eſſe fundatam.Id circo,& alias,pronuntiamus,ſententiamus, & declaramus requiſitionem, pro parte dicti nobilis Balthaſaris Maſco oblatam,& intentatam,ac alia prætenſa deducta,& allegata per eum in proceſſu huiuſmodi,contra præfatam nobilem Briandam Maça conuentam de iure non procedere,nec locum habere, dictamque nobilem Briandam Maça conuentam à contentis in dicta petitione,ſiue requiſitione,& alijs prætenſis deductis,& allegatis per dictū nobilem Balthaſarem Maſco in præſenti proceſſu abſoluendo: Neutram partium in expenſis condempnando;

7 ſed probiſtractis fiat executio. Dicta domna Brianda Maça amita dicti don Ioannis, nullos habens liberos donationem fecit omnium bonorum inter viuos, ſortituram tamen effectum poſt eius obitum don Raymundo Ladrò domino opidi de Caſtalla (qui fuit auus Marchionis Terrenouæ). Sed quia dictus don

 Ioannes

8 Ioannes legitimatus tempore mortis, reliquit auunculum appellatum, Ioannem Caſcant fratrem Sperantiæ Cacant, eius matris, & amitam dompnam Briandam ſororem don Petri Maça eius patris fuit declaratum cum ſententia latta in Regia Audientia, die quarta menſis Decembris, anni 1561. medietatem omnium bonorum liberorum pertinere ad dictum Ioannem Caſcant auunculū, & in alia medietate tantum ſucceſsiſſe dompnam Briandam amittam. Dictus Ioannes

9 Caſcant vendidit, & ceſerit don Federico de Portugal, omnia iura, ſibi cōpetentia in bonis dicti don Ioannis Maça legitimati, & virtute dictæ emptionis, ſiue ceſsionis iurium dictus don Federicus ſucceſsit in multis bonis maximi valoris, tam in Regno Valentiæ, quam in Regno Sardinię: nam in Regno Valentię in dictis bonis liberis recadunt Baroniæ, & opida, de Monnouer, de Luchent, Quatretonda, & alia. In Regno vero Sardinię ducatus de Mandas, Marchionatus de Terranoua,

10 Marchionatus de Orani, & alia multa opida, quæ appellantur de la caſa de Maça. Idem Ioannes Caſcant, hæres reliquit Franciſcum Sala, & Beatricem de Vezqui, dictus dō Federicus de Portugal, tāquam habens iura ceſſa à dicto Caſcant actionem intentauit contra dictum don Raymundum Ladrò poſſidentem omnia dicta bona, quam fuit proſecutus contra dompnam Franciſcam de Mendoça, matrem, & curatricem don Petri Maça de Ladrò, nepotis dicti don Raymundi, petendo iure ſuceſsionis abinteſtato medietatē dictorum omnium bonorum, quæ reciderunt in hæreditate Don Ioannis Maça legitimati, in qua cauſa fuit lata ſententia in fauorem dicti don Federici de Portugal, cuius filia, & hæres fuit dompna Anna de Portugal Duciſſa Paſtranæ.

11 D. Martinus Maça filius legitimus fideicommiſſi inſtitutoris habuit, etiam D. Ioannem filium naturalem tantum hic duos habuit filios nimirū don Gaſparem Maça legitimum, & naturalem, & don Ioannem Maça baſtardum: dictus don Gaſpar procreauit duos filios legitimos, & naturales, nimirum don Ioannem Maça de Calloſa, & dompnam Iolantem Maça, hęc vltima procreauit don Ioannem Rocamora, & ipſe don Franciſcum de Rocamora, qui vxorem duxit dompnam Eliſabeth Vallebrera filiā D. Elphæ Maça.

12 Dictus don Ioannes Maça de Calloſa actionem inſtitut in Regia Audientia Valentina contra don Raymundum Ladrô, & contra don Federicum de Portugal poſsidentes dicta opida de Moxent, Nouelda, & Caſtrum de la Mola, ea reiuindicando virtute fideicommiſsi inſtituti pèr dictum don Petrum Maça ſeniorem (barbatum nuncupatum) in qua cauſa ſe oppoſuit dicta domna Beatriz de Vezqui, & in dicta Regia Audientia fuit lata ſententia tenoris ſequentis.

13 Attentoquód, ex tenore clauſulæ hæreditariæ oppoſsitæ, & contentæ in vltimo teſtamento ſpectabilis Petri Maça (Barbuti nuncupati) recepto per Petrum Pons Notarium, die decimoquinto, menſi Ianuarij

Iannuarij, anni 1548. Conſtat eundem in omnibus bonis, & iuribus eidem competentibus vniuerſalem, ſibi inſtuiſſe hæredem nobilem Ludouicum Cornell, illius filium ſub tali vinculo, & conditione, quod ſi ille moreretur quandocumque abſque filijs legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis, quod omnia dicta bona, & iura venirent, & reuerterentur Nobili don Ioanni Frãciſco Maça dicti teſtatoris filio, eundemque in dicto caſu hæredem ſuum ſubſtituiſſe dicto don Ludouico Cornell, & ſi dictus don Ioannes Franciſcus Maça moreretur quandocumque ſine filijs legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis, voluiſſe quod omnia dicta bona, & iura venirent dictæ nobili dompnæ Catherinæ eiuſdem teſtatoris filiæ, quæ tamen obligata eſſet, & deberet dare omnia dicta bona, & iura primo filio maſculo illius: & quod ille teneretur, & deberet accipere dicti teſtatoris nomen, & cognomen, & facere illius arma. Et quod ſi ille talis moreretur quandocumque abſque filijs maſculis, legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio, quòd omnia dicta bona, & iura venirent alteri maſculo illius filio, & quòd. ita ſequatur per ordinem de vno filio maſculo eius, in alterum filium maſculũ, vſque ad vltimum accipiendo prędicti teſtatoris nomen, & cognomẽ, & faciẽdo illius arma; ſicut dictũ fuerat primo. Et quod ſi dicta nobilis Catherina moreretur ſine filijs maſculis, aut dicti illius filij maſculi morerentur quandocumque ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio, voluiſſe tali in caſu quod omnia dicta bona, & iura illius venirent don Petro Maça nepoti dicti teſtatoris, & ipſum dicto in caſu hæredem ſubſtituiſſe in omnibus dictis bonis, & iuribus ſuis. Et ſi dictus don Petrus Maça dicti teſtatoris nepos moreretur ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio voluiſſe, quòd dicta bona, & iura ipſius venirent don Martino Maça nepoti dicti teſtatoris, & prædicti don Petei Maça fratri: & ſi ille moreretur ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio, quòd omnia dicta bona, & iura venirent alij nepoti dicti teſtatoris filio maſculo dicti don Martini illius filij, ſi reperiretur. Et quòd ita ſequeretur per ordinem, de vno in alium dictorum nepotum dicti teſtatoris, filiorum maſculorum dicti don Martini illius filij: moriendo ſine filijs legitimis, & naturalibus vſque ad vltimum ipſorum morientium. Et quod ſi omnes nepotes dicti teſtatoris filij maſculi dicti don Martini illius filij morerentur quandocumque, ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio procreatis: conſtat voluiſſe, ordinaſſe, & mandaſſe, quod tali in caſu omnia dicta bona, & iura venirent nobili dompnæ Blanquæ illius filiæ, eandemque nobilem Briandam hæredem ſuã dicto in caſu ſubſtituiſſe, ſub tali tamen conditione, quod ipſa teneretur dare, & relinquere omnia dicta bona & iura primo filio maſculo ipſius, qui eodem modo teneretur accipere dicti teſtatoris nomẽ, & cognomẽ, &

facere illius arma, & ſi ille moreretur abſque filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio naturaliter procreatis venirent ad alium in ordine filium maſculum illius, & quod ita ſequetur de vno in alium dictorum filiorum maſculorum dictæ Briandæ neptis dicti teſtatoris moriẽdo ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio naturaliter procreatis vſque ad vltimum,& quod teneretur accipere nomen,& cognomen de Pero Maça, & facere illius arma. Et ſi omnes dicti filij nepotes, & deſcendentes dicti teſtatoris inſtituti, & ſubſtituti deſuper per eum morerentur quandocumque ſine filijs legitimis,& naturalibus, & de legitimo matrimonio naturaliter procreatis,omnia dicta bona, & iura venirent,& ſpectarent ad alios filios,& deſcendentes dicti teſtatoris, ſi
14 extarent: Et ſi non extarẽt,aut morerẽtur quandocumque ſine filijs legitimis,& naturalibus de legitimo matrimonio naturaliter procreatis venirent honorabili Guillelmo Maſco habitatori ciuitatis Valẽtię,ſi viuus eſſet, aut filijs & deſcendentibus maſculis,illius legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio naturaliter procreatis, ſi extarẽt,ſecuto ordine inter eos, ſicut dictũ erat de dictis nepotibus, aut pro nepotibus dicti teſtatoris filijs dictarũ Catherinę filię, & Briandæ neptis illius. Sub tali tamen conditione,quòd quicumque illorum ad quos dicta bona,& iura peruenirent teneretur accipere nomen, & cognomen dicti teſtatoris, & facere illius arma. Et quod ſi dictus Guillermus Maſco viuus non eſſet aut filij, vel deſcendentes maſculi illius non eſſent, aut morerentur quandocumque abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio naturaliter procreatis voluit, & mandauit, quod omnia dicta bona, & iura venirẽt ad laudabilem ſocietatem, ſiue confratriam Dominæ Sanctę MARIÆ Ciuitatis Valentiæ, eam dicto in caſu heredem ſubſtituendo, in omnibus bonis, & iuribus prędictis, prout hęc, & alia in dicta hereditarię inſtitutionis clauſula latius
15 continetur. Conſtat etiam ex pręſentis proceſſus meritis, & ſignanter ex depoſitionibus teſtium pro parte don Petri Maça, olim don Ioannis Maça actoris in eo productorum, dictum don Petrum Maça teſtatorem inter alios habuiſſe in filium legitimum,& naturalem nobilem D. Martinum Maça pro filioque legitimo, & naturali illius fuiſſe habitum, & reputatum prędictumque don Martinum Maça inter alios filios, vltra don Pe-
16 trum Maça, vulgo nuncupatum de la Batalla, habuiſſe filium naturalem illius don Ioannem Maça, pro filioque naturali illius ex ſoluto, & ſoluta, procreatum fuiſſe eum habitum, nominatum, & reputatum, dictumque don Petrum Maça de la Batalla, vſque ad diem obitus illius habuiſſe, nominaſſe, tractaſſe, & reputaſſe prędictum Ioannem Maça pro fatre illius, ac filio dicti Martini illorum patris: atque ita, vbi in dubio eſſemus potius naturalis filius, quam ſpureus
17 dicendus eſt. Conſtat inſuper di-

dictum don Ioannem Maça, vſque ad diem illius obitus ſemper fuiſſe habitum nominatum, & reputatũ pro filio, & deſcendente dicti Martini, & pro nepote, & deſcendente dicti don Petri Maça de la Batalla, & auunculi don Petri Maça modernioris, eundemque feciſſe, & ſolitum fuiſſe face-
18 re arma de Maça. Conſtat etiam filios naturales in præſenti Valentiæ Regno fuiſſe habitos, & reputatos pro deſcendentibus ab eorum patribus, & auis ex parte illorum patrum, ſolitoſque fuiſſe facere, habere & portare illorum inſignia, nomen & ar-
19 ma. Conſtat rurſus dictum D. Ioannẽ Maça prędicti teſtatoris nepotem habuiſſe, & procreaſſe in filium legitimum, & naturalem nobilem D. Gaſparem Maça, pro filioque legitimo, & naturali illius, & de legitimo matrimonio procreato fuiſſe habitum nominatum, & communiter reputatum, eundemque don Gaſparem Maça ex legitimo matrimonio per eum contracto cum Beatrice Soler, & de Maça habuiſſe, & procreaſſe in filium legitimum, & naturalem illius prædictum Ioannem Maça in hoc iuditio agentem, & pro tali etiam fuiſſe habitum, & communiter tractatum, &
20 reputatum. Conſtat etiam nobilem Briandam Maça, quæ vltimo loco poſſedit bona recadentia in hæreditate dicti quondam don Petri Maça teſtatoris mortuam fuiſſe abſque filijs, temporeque illius obitus omnes filios, nepotes & deſcendentes per deſcendentiam omnino legitimam & naturalem, & de legitimo matrimonio natam, & procreatam dictorum don Petri Maça teſtatoris & don Petri Maça de la Batalla, & don Martini Maça illius patris mortuos fuiſſe abſque filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio naturaliter procreatis: atque etiam abſque filijs naturalibus, ſuperſtite eiſdem don Ioanne Maça actore. Ex quibus, & ex tenore & verbis dictæ hæreditariæ clauſulæ, alijſque per eum deductis, & allegatis prætendit loca, opida & Caſtra, aliaque bona de quibus in dicta petitione, & alia quæcumque bona, quæ fuerunt dicti don Petri Maça teſtatoris, tam expræſſa, quã tacita & coniecturata voluntate, & mente illius, virtute prædictorum vinculorum & ſubſtitutionum, eidem Ioanni Maça, vt deſcendenti dicti teſtatoris, ac de illius nomine, & armis
21 pertinuiſſe, & pertinere. Et licet ex meritis proceſſus conſtet dictum D. Petrum Maça, de Bello nuncupatum, prædictique teſtatoris nepotem deceſiſſe ſuperſtitibus don Petro Maça Carròs, & de Arborea, & dicta dompna Brianda fratribus, filijſque legitimis, & naturalibus illius: atque proinde prætẽſum fuerit prædictum fideicommiſſum & ſubſtitutionem, appoſitum, & adiectam dicto don Petro Maça nepoti, quem aſſeritur ſimpliſsimè fuiſſe grauatum ſi ſine filijs deſcederet euanuiſſe perpetuo, & expiraſſe ex defectu conditionis, etiã ſi poſtea plures ſequerentur ſubſtitu-
22 tiones, & quidquid etiã, deindè de prædictis filijs contigerit, atque etiã prætenſum fuerit caſu, quo vinculum, & fideicommiſſum perpetuum in alios deſcendẽtes teſtatoris inductum fuiſ-

ſe prætendi poſſet,ſub eo tamen com
præhendi,nec includi poſſe præfatum
Ioannem Maça actorē, ex eo quod
deſcendat ex dicto don Ioanne Ma-
ça filio legitimo prædicti don Marti-
ni excluſaque radice cenſeri etiam ex-
23 cluſum,quidquid ex ea ſequitur:Cōſi-
deratis,atque perpenſis ad prædictam
excluſionem inducendam,tam quali-
tate perſonæ dicti teſtatoris, qui cum
nobilis eſſet,& in dignitate conſtitu-
tus de illegitimis deſcēdentibus neu-
tiquam cogitaſſe credendum eſſe, qui
nimo eos exoſſos habuiſſe, ac prædi-
ctis bonis,& hæreditate ſua pœnitus
indignos reputaſſe dicendū eſſe præ-
24 tenditur: quod etiam attenta qualitate
dictorum bonorum , de quibus diſ-
poſſuit: Et qualitate legitimitatis ſæ-
25 piſsimè atque pluribus,& diuerſis vi-
cibus, in dicta teſtamentaria diſpoſi-
tione expreſsè appoſita atque adiecta:
atque proinde prætendatur eandem
legitimitatis qualitatem ad excluden-
dum dictum actorem repetitam cen
ſeri debere,in illis verbis: alteri nepo
ti, & aliorum nepotum,& alios filios
& deſcendentes meos in quibus præ-
tēdit actor diſpoſitiue eſſe vocatum,
& comprahēſum ſub dicto vinculo,
& fideicommiſſo ad prædictam bo-
norum ſucceſsionem,plura etiam alia
ad prædictorum confirmationem reſ
pectu vtriuſque capitis deducendo,&
allegando. Quia tamen ex tenore præ
26 dictæ hæreditariæ clauſulæ;aperte cō-
ſtat præfatum teſtatorem progreſſum
fuiſſe ad plures ſubſtitutionum gra-
dus faciendo ſemper ſuper eadem
conditione,ſi moreretur ſine filijs, &
in defectum omnino deſcendentium
illius vocaſſe extraneum, & in defe-
ctum illius, & ſuorum deſcendentiū
vocaſſe piam cauſam dictæ laudabi-
lis confraternitatis Beatæ Mariæ ſedis
27 Valentiæ. Attenta inſuper qualitate
dictorum bonorum, de quibus teſta-
tor nobilis,& de antiquo,& nobili ge
nere diſpoſſuit, quæ ſunt Baroniæ,
28 Caſtra,& Iuriſdictiones. Attento etiā
quod conſtat ex ſerie eiuſdem clau-
ſulæ hæreditariæ præfatum teſtato-
rem expreſsè appoſuiſſe conditio-
nem accipiendi nomen,& cognomen
illius,& faciendi eius arma, & quin-
quies per dictum teſtatorem fuiſſe re
petitam, & adiectam dictam condi-
tionem,tàm propriè, quàm alienæ fa-
miliæ deſcendentium, dum voluit,
quod quilibet illorum ad quos eius
bona peruenirent,tenerentur accipere
nomen,& cognomen dicti teſtatoris,
29 & facere illius arma. Ex qua con-
ditione,& onere deferendi nomen,in
ſignia, & ſtigmata teſtatoris, cum in
armis,& nomine nobilium remaneat,
& conſeruetur principalis domus me
moria,& geniturę ſplendor, & præ-
ſertim quando poſt deſcendētes ſuos
vocat teſtator extraneum,& eius deſ-
cendentes maſculos cum dicto onere
nominis,cognominis, & armorum,
prout in occurrenti caſu,ſatis aperte
apparet prædictum teſtatorem voluiſ
ſe conſeruare eius agnationem, & no-
men,& relinquere eius bona familiā-
que ſuam æternam, & immemorabi-
30 lem reddere. Et attenta etiam quali-
tate maſculinitatis per viam diſpoſi-
tionis in dicto teſtamento , ſæpius
adiecta, & repetita, cum in ſex prædi-
cti teſtamenti partibus,videlicet, in fi-
lijs

lijs Catherinæ,Martini, Briandæ, & extranei expreſſe vocet filios maſculos,ex quo etiam ſatis aperte liquet teſtatorem præfatum maſculinitatem eius deſcēdētiū dilexiſſe, bonaque ſua in eius deſcendentium agnatione, & familia perpetuo conſeruare voluiſſe: præſertim, quando vltra qualitatem maſculinitatis teſtator inſtituerit fœminas in parte,prout in caſu occurrēti,in quo hæreditas prædicta fœminis ad tempus tantum relicta fuerit cum onere,vt primogenitis earum maſculis tenerentur eam dare, atque relinquere,ex quo in parte temporis fuiſſe eas inſtitutas ingenuè fatendum eſt.

31 Attento rurſus onere reali per dictū teſtatorem in eius bonis apoſito,dū expreſſe voluit, quod poſt mortem eius deſcendentium quandocumque ſine filijs, bona prædicta veniant ad Guillermum Maſco extraneum, eiuſque deſcendentes, & dum etiam voluit, quod quicumque ipſorum ad quos dicta bona peruenirent tenerentur accipere nomen,& cognomen ipſius, & facere illius arma. Ex quibus,& ex vnione dictorum bonorum cum nomine cognomine, & armis,ſatis aperte conſtat onus reale bonis ipſis fuiſſe impoſitum, afficiens bona prædicta quæcumque erant, vt ea reſtitui debeant dictis extraneo, & piæ cauſæ, quandocumque deficient

32 deſcēdētes teſtatoris. Attēta inſuper prioritate tā ſubſtitutionis factę deſcendentibus dicti teſtatoris,in illis verbis,ad alios filios aut deſcēdentes,quā ſubſtitutionis factæ deſcendentibus dicti Guillermi Maſco: ex quo facile dignoſcitur maior dilectio erga proprios deſcendentes, quam dicti Guillermi extranei,cum teſtator in defectum deſcendentium ſuorum vocet deſcendentes dicti Maſco. Et ſicut in defectum dicti Maſco, & illius deſcendentium maſculorum dictus teſtator vocat, & ſubſtituit piam cauſam, per illa verba:Et ſi dictus Guillermus Maſco viuus non erit,aut filij,aut deſcendentes maſculi illius non erunt:ita

33 etiam cenſeri debet,eundē teſtatorē vocaſſe,& ſubſtituiſſe alios filios, & deſcendentes in defectum filiorum nepotum, & deſcendentium inſtitutorum, & ſubſtitutorū, deſuper per dictū teſtatorem,ne videatur eos minus dilexiſſe,quam deſcendentes dicti extranei:aliter enim extraneus, & deſcendentes illius maſculi,& pia cauſa melioris cōditionis,& magis dilecti fuiſſent quam alij filij,& deſcendentes dicti teſtatoris non inſtituti, nec ſubſtituti,expreſsè deſuper per eum, quod nec iuri,nec rationi conſonum cenſe-

34 ri debet.Maximè quia dictus teſtator prius vocauit alios filios, aut deſcendentes,quam extraneum, & eius deſcēdentes,& piam cauſam. Ex quibus

35 & alijs ex ſeriè,& tenore dictæ hæreditariæ clauſulæ reſultantibus eliciuntur, tot,& talia ſigna, & coniecturæ, quæ ſaltèm ſimul iunctæ ſufficiunt,& erūt, ne dū veriſimiles,ſed & de iure neceſſariæ ad perpetuum coniecturandum, & inducendum fideicommiſſum in omnes deſcendentes dicti teſtatoris.

36 Et quod proculdubio dicendum ſit ſub illa ſubſtitutione: ſi dictus don Petrus Maça nepos deceſſerit ſine filijs legitimis,& naturalibus, comprædi,&includi etiam illam alteram, &

ſecundam ſubſtitutionē, & ſi filij eius
deceſſerint ſine huiuſmodi filijs, ex
qua vocatus fuit actor comprehenſus
inter alia;ſub illis verbis, alteri nepo-
ti,& nepotum,& ſub illis,& ſi omnes
dicti nepotes filij maſculi dicti don
Martini: & per illa etiam verba vlti-
mæ clauſulæ generalis ad alios filios,
aut deſcendentes meos ſi extabunt.
37 Quia in dicto verbo nepotes,reperitur
ſubſtitutio facta,eidem D.Petro Ma-
ça nepoti;ſub qua comprehenditur,vt
dictum eſt,illa alia, ſi filij eius deſce-
derent ſine filijs legitimis, & naturali-
bus,qui caſus ſequutus fuit, vt ex pro-
ceſſu conſtat:Et quia tunc non ſuper-
uixerunt Briandæ neptis, nec filij eius
maſculi, nec alij filij dicti teſtatoris,
ideò dicta hæreditas tranſiuit ad deſ-
cendentes teſtatoris, tunc extantes.
38 Cum tam in viam iuris, quàm atten-
ta fori diſpoſitione huius Regni præ-
morientia aliorum ſubſtitutorū faciat
hæreditatem tranſire ad alios ſequen-
39 tes in gradu. Nec prædictis modo ali
quo obſtare poſſent verba illa ſubſtitu
ti deſuper per me in vltima clauſula ge
nerali poſita, cum filij dicti D. Petri
Maça nepotis cōprehēſi ſub ſubſtitu-
tione facta eidem per teſtatorem, e-
tiam dicantur,&dici debeant deſuper
ſubſtituti per teſtatorem, atque in hoc
caſu parem eſſe virtutem, & potentiā
taciti,& expreſsi,illudque dici expreſ-
ſum,quod tacite ineſt, & ex mente
40 colligitur paſsim iura proclament.Cō
ſtat etiam vltra prædicta prefatum
Ioannem Maça actorem comprehen
ſum,& vocatum eſſe ex reciproca ſub
ſtitutione, & fideicommiſſo indu-
cto inter omnes deſcendentes teſta-
toris, ſi quilibet deſcederet ſine fi-
lijs:& quia in eorum defectū vocatur
extraneus,& pia cauſa prædictum re-
ciprocum fideicommiſſum inter inſti-
tutos,& ſubſtitutos à dicto teſtatore
inductum apertiſsimè comprobatur
inter alia: tam quia ſubſtitutio facta
fuit poſt mortem illorum, & in tota
hæreditate,ibi,omnia dicta bona,&iu
ra veniant ad alios filios, quo caſu in-
ductum cenſetur fuiſſe reciprocum
fideicommiſſum vſque ad vltimum
morientem,cui in tota hæreditate ſuc-
cedit ſubſtitutus:quam etiam ex ſubſ
titutione poſtea facta poſt mortem
omnium,in illis verbis:volo,ordino &
mādo,quod omnia dicta bona,&iura,
& in alijs verbis ſtatim ſequentibus,ſi
extabunt,ſi nō extabunt,aut morietur
quandocumque;in quibus ſuſtitutio-
nibus vocat teſtator poſt mortē om-
nium alios filios,&deſcendētes illius,
qui viui reperientur. Et ſi nō extarent,
aut morerentur quandocumque ſine
filijs legitimis & naturalibus, de legi-
timo matrimonio naturaliter procrea
tis voluit,quod tali in caſu ſuccederet
præfatus Guillermus Maſco. Aliter
enim niſi dictum reciprocum fidei-
commiſſum inductum eſſet, donec
aliquis deſcendens ſupereſſet libera
eſſent dicta bona ſicq;facili,aut mini-
ma occaſione non poſſent illa perpe-
tuo conſeruari vſque ad vltimū ex
41 deſcendentibus dicti teſtatoris, quod
expreſsè repugnat,& menti, & volun
tati eiuſdem,qui attenta tam dictaqua
litate dictę maſculinitatis, ſępius per
eum adiecta,& conditione, & onere
ferendi,nomen & arma illius, quam
etiam attenta qualitate dictorum bo-
norum

norum aliiſque pluribus ex dicta hæreditaria clauſula reſultantibus voluit bona prædicta in agnatione ſua conſeruari, aut ſaltem vbi in dubio eſſemus, hæc eandem teſtatorem voluiſ-
42 ſe cenſendum eſt. Nec alicuius conſiderationis eſſe poſſunt ad excludendum dictum Ioãnem Maça à ſucceſſione dictorum bonorum, quæ prætenſa fuerunt: quod verba dictæ teſtamentariæ diſpoſitionis non poſſunt referri ad naturalem, nec eius deſcendentes quantumcumque legitimos, ſed referenda eſſe ad deſcendentes teſtatoris, ex totali linea legitimorũ, ex eo quod teſtator antea, & poſtea ſæpius locutus fuit de legitimis, & naturalibus, & quia etiam appellatione filiorum non veniunt naturales quando teſtator eſt Nobilis: quia in caſu
43 occurrenti verba illa, non poſſunt referri ad legitimos ex totali linea legitimorum cum illi non extent, vt expreſſe conſtat: vndè neceſſario referri debent ad prædictum Ioannem Maça in hoc iuditio agentem legitimum & naturalem, & ex patre legitimo, & naturali, quantumcumque eius auus naturalis eſſet, poſtquam ipſe ſolus extat ex deſcendentibus dicti teſtatoris: aliàs ſequeretur: quod ommiſſo eo admitteretur extraneus contra expreſſam mentem teſtatoris, qui prius vocauit eius deſcendentes, quam extraneos: nec expreſſit quod eſſent. ex to-
44 tali linea legitimorum deſcendentium eius, præſertim, quia vbi teſtator voluit bene expreſſit quod legitimi venirent: & hoc etiam in eius deſcendẽtibus, quam extranei: vbi ergo non expreſſit vnum dictis verbis alteri nepoti, & alios deſcendentes, dicendum eſt voluiſſe in defectu legitimorum naturalem venire, & maximè deſcendentem legitimum ex eo, & ad excluden-
45 dum pœnitus extraneos. Conſiderantes, etiam quod teſtator in nulla vocatione filiorum, nepotum, nec deſcẽdentium ipſius qualificauit vocationẽ, ſeu vocatiuam diſpoſitionem, ſed tantum in cõditione ſubſtitutionum prædictam legitimitatis qualitatem adiecit, licet longe alio, ac diuerſo modo loquutus fuerit reſpectu deſcendentium extranei, cum non ſolum in conditione, ſed etiam in diſpoſitione, ſeu vocatione prædictam legitimatis qualitatem adiectam fuiſſe conſtet: ex quo ſatis aperte dignoſcitur prædicti teſtatoris mentis, & intentionis fuiſſe, vt deſcendentes illius etiam, quod nõ eſſent legitimi, & naturales, ſed naturales tantum ad ſuorum bonorũ ſucceſsionẽ admitterentur in defectum legitimorum: nec verba illa ad alios deſcendentes in occurrenti caſu eandem omnino ſimilitudinem impor-
46 taret debere prætendi poteſt. Cum huiuſmodi verba, ratione ſubiectæ materiæ, diuerſitatem in qualitate, & ſubſtãtia, & diſimilitudinem, potius quam ſimilitudinem multoties donent, & importent. Nec minus etiam, in occu-
47 rrenti caſu, cenſeri debet repetita qualitas legitimitatis in verbo deſcendentes, in clauſula generali appoſita, quià non aliter hoc conſiderari poteſt, niſi per præſumptionem, & coniecturam poſtquam teſtator expreſsè non adiecit dictam qualitatem legitimitatis, quo fit dicta præſumptio prætenſa, & coniectura per aliam fortiorem, & vehemen-

hementiorem tollatur, quæ in hoc ca-
ſu militat,& concurrit,ſcilicèt,ne præ-
ſumatur dictus teſtator alienam ſobo
lem propriè deſcendentiæ anteponere
48 Et potius verba improprianda eſſent
ad admittendum deſcendentem legi-
timo, & naturalem,& ex patre legiti-
mum quantumcumque eius auus le-
gitimus non fuiſſet, ad excludendum
penitus extraneos, quam quod verba
aliqua ſub intelligenda ſint ad admit-
tendos extraneos,& excludendum di
ctum deſcendentẽ, præ maximè con-
currentibus pluribus alijs,tam ex me-
ritis dicti proceſſus reſultantibus, quã
49 in iure,& ratione conſiſtentibus. Et
ſignanter, quia appellatione deſcen-
dentium,etiam inter nobiles veniunt
naturales in defectum legitimorum
quando ex communi vſu loquendi
naturales ſunt de domo,provt in præ-
ſenti Regno, & ex eodem proceſſu
50 conſtat. Et quia ex propria vi, & na-
tura eiuſdem verbi deſcendentes, ap-
pellatione deſcendentium inter nobi-
les veniunt naturales,cum verbum na
51 turale ſit,& non ciuile: & non à iure
ciuili,& naturali ad inuentum: ſtante
etiam foro huius Regni qui filium na
turalem, & eiuſdem deſcendentes in
defectum legitimorum, & propin-
quorũ ad ſucceſsionem admittit reie-
ctis ac procul expulſis interpretationi-
bus,& intellectibus ad dictam fori diſ
poſitionem taliter datis dicta fori diſ-
poſitio tantum conſideret, & intelli-
gat filium naturalem, & eius deſcen-
dentes in defectum legitimorum, &
propinquorum fore, & eſſe ſucceſsi-
biles, nec credendum eſt ſtante foro
52 teſtatorem filios naturales, & ab eis
deſcendentes exoſſos habuiſſe,ſed po-
tius de eis cogitaſſe in defectum legi-
timorum,& propinquorum volendo
ſe cum dicta fori diſpoſitione confor-
mare:cum teſtatoris diſpoſitio in du-
bio ſemper intelligenda ſit, vt videa-
tur vocare ad ſucceſsionem ſuos po-
ſteros,quomodo vocantur à iure com
muni,vel ex forma fori,vel ſtatuti mu
53 nicipalis. Et attento quòd ſi teſta-
tor de prędictis interrogatus fuiſſet,ve
ro ſimiliter credendum eſt, quòd ad
prædictorũ bonorum ſuorum ſucceſ-
ſionem potius admiſiſſet, deficien-
tibus omnibus alijs deſcendentibus,
ex totali linea legitimorum, dictum
don Ioannem Maça actorem, illius
deſcendentem legitimum, & natura-
lem,& de nomine,& armis,& ex pa-
tre etiam legitimo, & naturali quan-
tumcumque ab auo non legitimo:quã
eidem penitus extraneos, quia intelli-
gendũ eſt,illud teſtatorem feciſſe, &
diſpoſuiſſe,quòd prudentibus conue
54 nit. Et quòd deducta pretenſa, & alle
gata ad excludendum dictum acto-
rem à prædictorum bonorum ſucceſ
ſione longè diuerſa ſunt, & diſtant ad
modum à terminis occurrentis caſus,
in quo nullis exiſtentibus legitimis,&
naturalibus deſcendentibus à dicto
teſtatore per totalem lineam legitimo
rum,dictus don Ioannes Maça deſ-
cendentes illius legitimus, & natu-
ralis, & ex patre legitimo (quantum
cumque eius auus naturalis eſſet) con
tendit cum penitus extraneis: His
propterea,& alijs ex proceſſus reſul-
tantibus,in iure,& ratione conſiſten
tibus iuſtè, ac dignè mouentibus ma-
ture:& provt decet attentè, & con-
ſideratis

55 ſideratis deliberationem in Regia Audientia factam in ſequentes,& concluſione de ſecuta. Pronuntiamus,ſententiamus, & declaramus intentionē dicti don Petri Maça,olim don Ioānis Maça in hoc iudicio agentis petionemque per eum in hoc iuditio poſitam aduerſus,& contra nobilem dō Raymundum Ladrò, & poſtea pro ſequutam cum nobili domna Franciſca de Mendoça nomine quo in proceſſu,& contra nobilem Federicum de Portugal,& Beatricem Caſcant,& de Vezqui dictæ petitioni,& demandæ cauſæ nouiter pro illorum prætenſo inter eſſe ſe inmiſcuerunt eſſe fundatam,& de iure procedere,& locum habere prædictaque loca,& Caſtra, aliaque bona in dicta petitione contenta eorumque legitimum ſucceſſorem in vim dictorum vinculorum, & ſubſtitionum pertinere,& ſpectare dicto don Petro Maça, olim don Ioanni Maça,eidemque prædicta bona, loca & caſtra, de quibus in dicta petitione adiudicanda fore, & eſſe, provt cum præſenti,& in ac Regia ſententia adiudicamus cauſis,& rationibus in dicto proceſſu reſultantibus, & alijs,vna cū fructibus redditibus, & emolumentis dictorum bonorū à die liris motæ illorum liquidatione in poſterum reſeruata,non obſtantibus quibuſuis in cōtrarium prætenſis,& allegatis: ſaluis tamen,& reſeruatis iuribus,ſi quę com
56 petunt,vel competere poſſunt,tam reſpectu expenſarum, vel melioramentorum, ſi quæ forſam facta fuerint, quam etiam reſpectu prætenſæ, & petitæ legitimæ: de quibus ſuis debitis, loco, & caſu habebitur debita ratio qualis de iure habenda erat, ne utram partium ex cauſa in empenſis condempnantes,ſed pro biſtractis executionem fieri mandamus.

El Conde.

V.Pou R. *V.Arruſat.*
V.Roca. *V.Frigola.*
V.Ribera.

PVblicata fuit,ac Regia ſententia per Franciſcum Ludouicum Dominguez Regium Scribam mandati. die 29, menſis Iulij, anni 1570.

57 A dicta ſententia ſupplicauit don Federicus de Portugal, & Beatrix de Vezqui.& deCaſcāt,qui ſucceſſerāt in mediate bonorum recadentium in hæreditate dicti Ioannis Maça filij, fratris dictæ dompnæ Briandæ, & mortuo dicto dō Federico cauſam ſupplicationis fuit proſequta à domna Margarita de Borja mater tutrix, & curatrix dompnæ Annæ de Portugal & in cauſa ſupplicationis fuit lata ſententia in S. S. R. Conſejo, die 3. Sep-
58 tembris 1574.tenoris ſequentis. Attento,quod pro parte don Federici de Portugal, & dompnæ Margaritæ de Borja tutricis, & curatricis perſonæ, & bonorum dompnæ Annæ de Portugal filiæ,& hæredis dicti don Fadrici de Portugal,& Beatricis de Vezqui,& de Caſcant, non ſunt talia deducta probata, nec allegata in huiuſmodi ſupplicationis proceſſu, quod loca de Moxent Nouelda,& la Mola, & alia bona in fideicommiſſo appoſita in teſtamento don Petri Maça, barbati nuncupati comprehenſa, & in petitio

ne

ne oblata pro parte don Petri Maça,
olim don Ioannis Maça actoris con-
tenta propterque ſententia per noſtrũ
Locuntenentem generalem Regni
Valentiæ lata ; die 29. menſis Iulij,
anni 1570.& in fauorem dicti don Pe
tri Maça actoris ; & contra dictum
don Federicum de Portugal, & Bea-
tricem de Vezqui , & de Caſcant re-
uocari, ſeu in melius commutari va-
leat. Id circo ; & alias pronuntiamus,
ſententiamus,& declaramus, bene fuiſ
ſe cum dicta ſententia , quoad ſupra-
dicta bona,& loca pronunciatũ,& de
claratum per dictum Locuntenentẽ
noſtrum,& male pro parte dicti don
Federici,& Beatricis de Vezqui ſup-
plicatum , dictam ſententiam quate-
nus oporteat confirmando reſpectu
59 dictorum locorum,& bonorum. Di-
ctus don Ioannes Maça pacificè poſ-
ſedit dicta opida de Maxent, No-
uelda, & Caſtrũ de la Mola,& duas
habuit filias, nimirum domnam Ra-
phaelam Maça ; & domnam Elſam
60 Maça. Domna Raphaela nubſit dõ
Petro Maça Ladrò ; Marchioni de
Terranoua, filio don Balthaſaris La-
drô, & domnæ Frãciſcæ de Mendo-
ça,qui fuit nepos ſupradicti don Ray
mundi Ladrò,per mortem dicti don
Ioannis Maça ſucceſsit in dictis opi-
61 dis: Dicta Marchioniſa Terrenouę
domna Raphaela abſque liberis de-
ceſsit,& ſucceſsit in dictis bonis illius
ſoror ; domna Elſa Maça, quę nubſit
Franciſco de Vallebrera,domino loci
de Agoſt , ex quo matrimonio ſuſ-
cepit don Ioannem de Vallebrera, &
domnam Eliſabeth de Vallebrera;
poſt mortem dictæ domnæ Elſa
Maça,quæ dicta opida poſsedit , ſuc-
ceſsit dictus don Ioannes Maça olim
Vallebrera,& poſt eius mortem don
Petrus Vallebrera eius filius maſcu-
62 lus. Et mortuo patre , domna Anna
Belluis mater tutrix,&curatrix proxi-
mi dicti don Petri , Supplicauit in
Regia Audientia Valentina dictum
eius filium mitti in poſſeſsionem di-
ctorum opidorum , & Caſtri, in qua
cauſa fuit lata ſententia tenoris ſequẽ
tis.

63 Attento,quod pluribus Regijs ſen
tentijs declaratum fuit villas , & Ba-
ronias de Moxent,Nouelda , & Ca-
ſtrum de la Mola, ſubiecta eſſe fidei-
commiſſo perpetuo inter deſcenden-
tes nobilis don Petri Maça antiquio
ris,vulgo nuncupati Barbati,& hoc iu-
re ad ipſum pertinuiſſe pretendente
don Petro Maça,olim D. Ioanne de
Vallebrera,habita etiam ab Elſa ma-
tre ceſsione contra don Petrum Ma-
ça Ladrò,Marchionem Terrenouæ,
nunc Ducem de Mandas dictarum
Baroniarum,& Caſtri,tunc poſſeſſo-
rem cum ſupplicatione , per ipſum in
Regia Audientia poſsita,die 15. Iunij,
anni 1598.petijt ſe in poſſeſsionem rea
lem.& actualem dictarum Baronia-
rum,& Caſtri mitti. Attento , etiam
quod poſt magnum agitatum proceſ-
ſum inter dictas partes , per ſpatium
duorum annorum, & plus illiſque ad
plenum auditis fuit lata ſententia die
31.Octobris,anni 1600. cum qua de-
claratum fuit dictam petitionem pro-
cedere,& dictum Ioannem Vallebre-
ra vti legitimum deſcendentem dicti
don Petri Maça antiquioris, mitten-
dum eſſe in poſſeſsionem dictarum
villa-

villarum amoto,quouis alio illorum poſſeſſori. Attento vlterius, quod licet per dictum Marchionem à dicta ſententia ſupplicatū extiterit,& ſupplicationis cauſa in S. S. R. Conſilio introducta indeciſſa pendeat, tamen præſtita cautione fuit executioni mandata,& poſſeſsio dictarum villarum, &Caſtri dicto Ioanni tradita a moto dicto Marchione. Attento rurſus, quod dicto Ioanne ab Anno 1601. vſque ad annû 1606. quo obijt in poſſeſsione dictarum villarum, & Caſtri exiſtente. Dux præfatus cum petitione per ipſum poſsita, die vigeſsimo ſeptimo Aprilis,anni proximè elapſi. Supplicauit dicta bona ſub regio ſequeſtro poni,ex eo quod cautio prædicta fuit tātum habilitata per tempus duorum annorum,qui erant iam elapſi,in cuius petitionis calce fuit ex Regij Conſilij deliberatione prouiſſum, quod mandetur dicto Ioanni,quatenus infra ſex legitimè caueret alias poneretur ſequeſtrum ſupplicatum, & cum alia ſupplicatione eodem die oblata,narrat dictus Dux dicti Ioannis mortem,& ſupplicat inhiberi tribunalia inferiora, & mandari vaſſallis ne alicui dictarū Baroniarum poſſeſsionem traderent,quod fuit in calce ſecundæ ſupplicationis prouiſſum,prout fuerat ſupplicatum. Attento prętera,quod dictus Ioannes Vallebrera,deceſsit relicto don Petro Maça filio, ex nobili Anna Belluis eius coniuge matre,&tutrice,ac curatrice illius quæ cum ſupplicatione per eam dicto nomine oblata,die 5. Maij anni primi, omnibus ſupra dictis narratis, eo quod dictæ Baroniæ, & Caſtrum ſpectabant dicti fideicommiſsi iure ad dictum Petrum Maça illius filium,& ius præſtandi dictam cautionem,prout fuerat dicto ſuo viro iuſſum, obtuluit eam cum dicta ſupplicatione, & petijt ea habilitata mitti dicto nomine in poſſeſsionem dictorum bonorum, ſublato impedimento prouiſſo ad calcem ſecundæ ſupplicationis per dictum Ducem oblatæ,die 27. Aprilis anni proxime præteriti. Et attento denique, quod licet præfatus Dux plura deduxerit ad impediendam dictā miſsione in poſſeſsionem per dictam nobilem à Marchione ſupplicatā. Et ſeparato proceſſu petierit ipſum in poſſeſsionem medietatis dictarū villarū Baroniarum,& Caſtri manuteneri,& quatenus opus ſit de nouo mittit, tamen cum ſententia odierna die paulo ante iſtam publicata fuit declaratū illius inſtantiam non procedere, nec deducta per eum in præſenti proceſſu ſunt talia propterque debeat impedire miſsione in poſſeſsionem per dictam Annam dicto nomine ſupplicatā, & habilitari cautio per eā oblata,cum dicta ſententia contra dictum Ducem,tunc Marchionem per dictū Ioannem obtenta faciat ius in fauorē dicti minoris contra dictum Ducem. Id circo, & alias deliberationem, & concluſionem in R. Conſilio factam inſequendo. Pronuntiamus, & declaramus miſsionem in poſſeſsionem ſupplicatam per dictam domnam Annā Belluis dicto nomine tutorio, & curatorio Petri Maça illius filij cū dicta ſupplicāte per eius partem poſsita die 5. Maij anni proximi procedere, & de iure locum habere ipſamque dicto

dicto nomine recepta prius cautione, ibidem per eum oblata, mittendam eſſe in poſſeſsionem dictarum Baroniarum de Moxent, & Nouelda, & Caſtri de la Mola cum earum pertinentijs, & omnimoda iuriſdictione: provt cum præſenti mitti mandamus ſublato impedimento prouiſſo ad calcem dictæ ſecundæ ſupplicationis per dictum Ducem oblatæ die 22. Aprilis anni proximi, quod cum præſenti tollimus: mandando provt cum præſenti mandamus expediri commiſsionem ſupplicatam. Et neutram partem ex cauſa in expenſis condemnamus.

Aguirre R.
V.D.Ramon Sanz. *V.Sola.*
V.Siſternes. *V.Real.*
V.Maior.

64 MORTVO dicto don Petro Maça, olim Vallebrera, ſucceſſit eius amita dõna Eliſabeth Maça, & de Vallebrera, vxor don Franciſci Rocamora: qui nunc eſt Comes de la Granja, quæ eſt neptis dictæ domnæ
65 Elſæ Maça. Don Gondizalus Maça pro nepos; ex Ioanne naturali filio dõ Martini Maça, & abnepos dõ Petri Maça fideicommiſsi inſtitutoris, deſcendens ex dicto Martino eius filio primogenito per lineam rectam maſculinam, die 6. Octobris, anno 1586. inſtituit quandam petitionem, ſiue demandam dictarum villarum de Nouelda, Moxent, & Caſtri de la Mola, & aliorum bonorum quæ fuerunt dicti teſtatoris, verſus don Petrum Ladrõ Marchionem de Terranoua, & domnam Raphaelam Maça coniuges, tunc eorum bonorum detentores, & poſſeſſores, petendo virtute dictæ teſtamentariæ diſpoſitionis, & vinculi ſupra dicta bona, & loca, ſibi fore, & eſſe adiudicanda, excluſis & amotis memoratis eorũ poſſeſſionibus, quam petitionem, don Gõ-
66 dizaluo defuncto, abſque filijs: Don Martinus Maça nuncupatus don Petrus Maça filius alterius don Martini, don Gondizalui fratris, quintus nepos teſtatoris ex eiſdem cauſis, & iuribus fuit proſequutus contra domnam Eliſabeth Vallebrera, & de Maça, nunc dicta bona, & villas poſsidẽtentem, in qua cauſa in Regia Audientia Valentina fuit lata ſententia tenoris ſequentis.

67 Attento quod don Petrus Maça nuncupatus Barbatus, cum haberet tres filios, nempè Martinum, Ludouicum, & Ioannem, & duas filias, ſcilicet, Catherinam, & Blancam, teſtamento ſuo recepto per Petrum Pons Notarium, die 15. menſis Iannuarij, anni 1448. primo loco hæredem inſtituit Ludouicum, & eo fine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis morientẽ, ſecundo loco ſubſtituit Ioãnem, & moriente ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit tertio Catherinam: cum hoc, quod reſtitueret bona primo filio maſculo, cum onere ferendi nomen, & arma teſtatoris: & ſi filius primogenitus maſculus decederet, abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus: ſubſtituit ſecundo genitum cum eodem onere: & eo abſque filijs maſculis decedente, tertio genitum, & ſic deinceps, vſque ad vltimum

vltimum filium maſculum dictæ Ca-
therinæ,quo vltimo abſque filijs maſ-
culis legitimis & naturalibus defun-
cto ſubſtituit Petrum nepotem te-
ſtatoris,ex Martino primogenito, &
Petro abſque filijs legitimis & natu-
ralibus defuncto ſubſtituit Martinũ
ſecundogenitum nepotem, etiam
dicti teſtatoris,& prædicti don Pe-
tri Maça fratrem,& eo mortuo,abſ-
que filijs legitimis & naturalibus,ter
tiogenitum,& ſic vſque ad vltimum
filium maſculum Martini filij primo
geniti,& eo vltimo, abſque filijs le-
gitimis & naturalibus, & ex legiti-
mo matrimonio natis, & procreatis
decedente ſubſtituit Briandam nep-
tem ex Blanca filia teſtatoris:cũ hoc,
quod daret,& relinqueret bona pri-
mo filio maſculo ipſius cum one-
re ferendi arma teſtatoris,& nomen,
& cognomen ipſius cũ eiſdẽ ſubſti-
tutionibus factis de filijs maſculis dõ-
næ Catherinæ,& omnibus filijs ne-
potibus,& deſcendentibus dicti te-
ſtatoris inſtitutis, & ſubſtitutis defi-
cientibus abſque filijs legitimis & na
turalibus de legitimo matrimonio
naturaliter procreatis,ſubſtituit alios
deſcendentes,ſi extabunt: ſin minus
non extabunt,aut decederent,quan-
documque abſque filijs legitimis &
naturalibus, ſubſtituit Guillermum
Maſco,ſi viueret,aut filios,& deſcen
dentes ipſius maſculos legitimos &
naturales,de vno in alium, ſecundũ
ordinem conſtitutum in filijs Ca-
therinæ,& Briandæ,& cum onere fe-
rendi nomen,& arma,& Guillermo
vnico non exiſtente,nec filijs,nec deſ
cẽdẽtibus maſculis,aut ipſis ſine ma-
culis deſcendentibus; cauſam piam
68 ſubſtituit. Attento etiam, quod Lu-
douico,& Ioanne abſque filijs defun-
ctis ſucceſsit Petrus, ex Martino pa-
tre,Petrus de la Batalla filius, & pro
nepos teſtatoris ex Petro alius Petrus
teſtatoris ab nepos,huic Brianda So-
ror,quæ iura ceſsit D.Raymũdo La-
drô,à quo petijt bona dõ Ioãnes Ma-
ça dictus de Calloſa dicti Martini,ex
Ioãne filio naturali pro nepos,& teſta
toris abnepos,& obtinuit Regia ſen-
tentia publicata,per Frãciſcũ Ludoui
cũ Dominguez Regiũ Scribã mãda-
ti,die 29 menſis Iulij,anni 1570. Quæ
fuit cõfirmata,per S.S.Regium Cõſi
lium Aragonum. die 3. Septembris
1574.& illo ſine filijs maſculis deſcẽ-
dente cum duabus filiabus,videlicet
domna Raphaela, & domna Elſa
poſſeſsionem villarum de Moxent,
Nouelda,& Caſtri de la Mola, &
aliorum bonorum dicti teſtatoris,re
cadentium in dicta hæreditate, & fi-
deicommiſſo o btinuerunt: primo
domna Raphaela Maça, vxor don
Petri Ladro,Marchionis de Terra-
noua,& deinde,poſt illius obitum ſi
ne filijs Ioannes Vallebrera, ex Elſa
nepos D. Iannis de Calloſa,qui maſ
culum reliquit, & poſſeſsionem di-
ctorum bonorum adeptus fuit, ſed
obijt in infantili ætate,cui ſucceſsit in
eorum poſſeſsione domna Eliſabeth
Vallebrera & de Rocamora, Soror
dicti don Ioannis Vallebrera,& pa-
riter neptis,ex Elſa prænominati dõ
69 Ioannis de Calloſa. Attento præte-
rea don Gundizaluum Maça vti pro
nepotem ex Ioãne naturali filio don
Martini,& quartum nepotem teſta-

Digitized by Google


toris deſcendentem ex dicto Marti-
no primogenito, per lineam rectam
maſculinam. die 6. Octobris. anno
1586. inſtituiſſe quãdam petitionem,
ſiue demandam dictarum villarum
de Nouelda, & Moxent, & Caſtri
de la Mola, & aliorum bonorũ, quæ
fuerunt dicti teſtatoris, verſus D. Pe-
trum Ladro Marchionem de Terra
noua, & domnam Raphaelam Ma-
ça coniuges, tunc eorum bonorum
detentores, & poſſeſſores, petẽdo vir-
tute dictæ teſtamentariæ diſpoſitio-
nis, & vinculi ſupradicta bona, & lo-
ca, ſibi fore, & eſſe adiudicãda exclu-
ſis, amotis memoratis eorum poſſeſ
ſionibus. Quam petitionem D. Gon-
dizaluo defuncto, abſque filijs don
Martinus Maça nuncupatus don Pe
trus Maça filius alterius don Marti-
ni, D. Gondizalui fratris, quintus ne
pos teſtatoris, ex eiſdem cauſis, & iu-
ribus proſequitur contra domnam
Eliſabetham Vallebrera, & de Maça
nunc dicta bona, & villas poſsiden-
70 tem, vt ex facto proceſſus reſultat, &
per eum latius eſt videre. Conſidera
to amplius in excluſionem huius pe-
titionis, & demandæ, per dictos reos
conuentos, tunc, & nunc poſſeſſores
dictorum bonorum, varias fuiſſe poſ
ſitas, & allegatas exceptiones. Primo
namque obijciebatur don Gondizal
uo, & nunc obijcitur don Martino:
quod non conſtabat de illorum filia
tione, & deſcendentia teſtatoris. Nã
licet partes inficiari non poſsint pri-
mum Ioannem naturalem, à quo am
bæ proceſſerunt, fuiſſe filium Marti-
ni primogeniti teſtatoris; tamen ne-
gant rei conuenti alium Ioannem nũ-
cupatum lo Coronell proauum dict.
don Martini genitum fuiſſe à primo
71 Ioanne naturali filio. Don Martinũ,
vel ſaltem, quod eſt ſpurius, & ex
perſona ſeruili natus, & ſic nõ ſucceſ
ſibilis. Secundo oponitur ei duplex
labes naturalitatis, nempè primi don
Ioãnis, à quo omnes deſcẽdũt, & alte
rius dõ Ioãnis eius geniti nuncupati
lo Coronell, quæ plus aſtringit, quã
72 ſimplex contenditur, & illum fieri
in ſucceſsibilem in hoc vinculo: nam
licet naturalem admitti certum ſit, vt
declaratum fuit in dicta Regia ſen-
73 tentia, anni 1570. non tamen natura-
lis, ex naturali. Et demum, quia in fi-
deicommiſsis, & maioratibus cum
primum ſucceſsio vnam lineam in-
greſſa ſit debet in ea, & eius deſcen-
dentibus conſeruari, nec poteſt fieri
tranſitus ad aliam lineam, vel perſo-
nam, etiam ſi vocationem habeat, dõ
nec de prima linea ſuperſunt: vndè
cum domna Eliſabeth ſit neptis D.
Ioannis de Calloſa, qui obtinuit di-
ctam Regiam ſententiam, dicta bona,
& in quo fuit radicata ſucceſsio ſequi
videtur, non poſſe excludi per dictũ
actorem, etiam ſi fuiſſet capax prædi-
ctæ ſucceſsionis, & vocatus in dicto
teſtamento in fideicommiſſo. Quarũ
exceptionum ope, & aliarũ ex proceſ
ſu reſultantium repelli præfatam pe-
titionem eadẽ domna Eliſabeth rea
conuenta ſupplicat: totum vero con
trariũ dictus don Martinus, cum de
illius filiatione, & deſcendẽtia proba
tionibus in proceſſu factis, & docu-
mẽtis in illo exhibitis ſatis abũde cõ
ſtare aſſerit, & pariter, nec obſtare ei-
dẽ ad prætenſam ſucceſsionẽ duplicẽ

labē naturalitatis, cū tā naturalis quā ex naturali naturalis ad prædictū fideicōmiſſum inuitati reperiantur, nec regulam de ingreſsione fideicōmiſsi in vnam lineā, ad hoc, vt debeat in ea, & eius deſcēdentibus cōſeruari: quia licet hoc regulariter verum ſit; tamen fallit, quādo fideicōmiſſum eſt agnatiuum, vel in eo habita eſt ratio cōſeruandæ agnationis, ſiue expreſſa, ſiue tacita, ex expreſsis reſultans, prout in occurrēti caſu, & fideicōmiſſo, ſic cēſendum fore videtur dicendū ex cōiecturis, ex dicta diſpoſitione, & teſtamento reſultantibus: & præcipuè, ex qualitate maſculinitatis, toties repetita per teſtatorem, non ſolū per viā cōditionis, ſed pluries per viam diſpoſitionis ex onere deferendi; nō ſolū nomen appellatiuum, & arma teſtatoris verum, & propriū impoſitū omnibus ſuis deſcendētibus, & Guillermo Maça, & ſuis filijs extraneis teſtatoris ex ipſius ſplēdore, & qualitate, & bonoru Baroniarum, videlicet, & aliorū in dicta hæreditate recadentiū, & ex alijs plurimis, vel adhuc, ex eadem expreſſa diſpoſitione, iuxta quā ſemper maſculos præferendos fore fœminis, etiam alterius lineæ, & remotiores gradus neruoſe tuetur. Cœterū, attēto, quod licet reſpectu primarū duarū exceptionum reſpicientiū illegitimitatem perſonæ dicti don Martini actoris potiora ſint ipſius iura, cū reuera de eius filiatione, & deſcendētia legitimè, & plenè conſtat, & pariter don Ioannem dictum, lo Coronel, eius proauum non eſſe ſpurium: ſed ex ſoluto, & ſoluta natum, & perſona nobili ac etiam, quod non eſt impedimētū ad hoc, vt ſuccedere poſſet in hoc vinculo, & fideicōmiſſo duplex labes naturalitatis, maximè cū actor deſcēdēs ſit legitimus, & naturalis teſtatoris, licet ortus ex naturali, quia tamē reſpectu tertiæ, & aliarū exceptionū cōtrariū videtur, cū hoc fideicōmiſsū accurate, cū maximaq; indagatione per pēſū, aperte liqueat, nō eſſe agnationis: nā etſi depromi poſsint ex illo coniecturæ deſuper relatæ ad inducendū, quod teſtator habuit rationē ſuæ agnationis; tamē quā plures aliæ eliciūtur ex eadē clauſula, & diſpoſitione fortioris, & vrgētioris ſuperiobus cōtrariū ſuadētes, & demōſtrātes, hoc noſtrū fideicōmiſsū, nō eſſe agnationis, nec in eo habitā fuiſſe rationē cōſeruādæ agnationis: ſed ſolū perpetuādæ ſucceſsionis inter ſuos deſcendentes indiſtinctè tam maſculos, quàm fœminas, & præcipuè inſpiciamus in illo fuiſſe vocatas nominatim domnam Catherinam, filiam teſtatoris, & domnam Briandam eius neptem: & ſic vocatas fœminas fuiſſe. Quo in caſu non poteſt dici teſtatorem voluiſſe conſeruare ſuam agnationē, nec inſtituere fideicommiſſum, ſeu vinculum agnatiuum; maximè, quādo prætulit filias fœminas nepotibus, vt in hoc fideicommiſſo, in quo teſtator, primo vocauit, ac prætulit dictā Catherinā, ac eius deſcēdētes, ſuis nepotibus maſculis, filijs dicti don Martini primogeniti, & etiam, quod in capite, ſeu prima parte teſtamenti, id eſt in primis inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, non poſuiſſe teſtatorem qualitatem maſculinitatis, nec requiri in eis, nec in alijs multis partibus,

& ſubſtitutionibus dicti teſtamenti; & ex eo, quia quando teſtator in fidei commiſsis, non excludit fęminas nominatim, nunquã excludũtur à maſculis: ſed ſic eſt, quod in hoc nõ ſunt excluſæ fęminæ nominatim, ſed imò vocatæ expreſsè in prima eius parte: in alijs vero, appellatione deſcendentiũ, cũ in viã iuris, appellatione deſcendẽtiũ, ſimpliciter fæminæ non cenſeãtur excluſæ, ſed vocatæ. Quibus ſic ſtantibus, cõpertũ eſt, nullam ex coniecturis deſuper relatis fuiſſe in hoc fideicommiſſo conſeruandæ agnationis, ſed inducendi fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſsiuum ſolummodo inter omnes deſcendentes, & de familia teſtatoris, quo in caſu fęminas, ex linea radicata, nullatenus excludi per maſculos alterius lineæ, abſque dubio fatendum eſt. Quod etiã conuincitur, & non eſſe agnationis, fideicommiſſum hoc quia in eo, & ambæ partes amplectuntur, & diſpoſitum reperitur in dicta Regia ſententia, anni 1570. admittuntur, & ſuccedunt filij naturales, & eius deſcendentes, qui de agnatione non ſunt. Quod etiam in occurrenti caſu, non poteſt obeſſe, quia tunc non præten ſum, nec actum fuit per partes in proceſſu, an dictũ fideicommiſſum fuerit agnatitium, ſed ſolum, quod erat perpetuum inter omnes deſcendentes ad excludendos extraneos. Et tandem, quia vbi eſſemus in dubio ſemper interpretandum eſt fideicommiſſum, ne excludantur fœminæ, & pro illarum incluſione (quod in occurrenti caſu, maximè procedere debet) cum dicta domna Eliſabeth, quæ excludi prętenditur, rea, & poſſeſſrix ſit. Pro quibus, in omni diſcrimine, ſecundum iuſtiorem, & tutiorem ſententiam, eſt iudicandum. Id circo, & alias (deliberationem, & concluſionẽ in Regio Conſilio ſumptã in ſequẽdo) pronuntiamus, & declaramus, petitionem prædictã, poſitam per dictum don Gondizaluum, & proſecutam per dictum D. Martinum, non procedere, nec de iure locum habere, repellendamque fore, & eſſe, prout cum hac noſtra Regia ſententia repellimus: & conſequẽter abſoluendam fore, & eſſe (prout abſoluimus ab impetitis) dictã domnam Eliſabeth Maça, imponendo dicto don Martino ſilentium ſempiternum, & neutram partem in expẽſis condẽnamus. Maior, R. V. Ariño. V. Tariega. V. D. Melch. Siſternel. V. D. Balth. Sanz, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, 13. menſis Iunij 1623.

A qua ſententia ſupplicauit dictus don Martinus Maça, & cauſam ſupplicationis introduxit in hoc S. S. R. C. in quo dicta cauſa plenè fuit diſcuſſa: & vt melius factum intelligatur, ponitur arbor Genealogiæ in modum ſequentem.

DOI


Don Petrus Maça barbatus nuncupatus fideicomiſſi inſtitutor, qui in primis nuptijs habeit vxorem dominam Briandam Cornell, in ſecundis dominam Elionoram Calatayud.
D. Ludouicus Cornell heres primo loco inſtitutus.
Don Martines Maça.
D. Ioannes Franciſcus Maça, ex ſecundo matrimonio primus ſubſtitutus.
Domna Blanca.
Domna Catherina, ſecunda ſubſtituta nō ou pſe.
Don Petrus Maça de la Batalla, quarta in clauſula vocatus, tertio loco ſubſtitutus.
Don Martinus Maça.
D. Ioannes Maça naturalis tantum.
Domna Brianda, in tertia clauſula vocata.
Don Petrus Maça, qui poſt mortem patris poſsedit.
Domna Brianda Maça, hæc omnia bona poſſedit poſt mortem D. Ioānis filij fratris. & eorum donationē fecit D. Raymundo Lladrò.
D. Gaſpar Maça
D. Ioanes Maça baſtardus.
D. Ioannes Maça naturalis tantum legitimatus, pos huius mortem fuit declaratum: medietatem bonorum abintestato pertinere ad dominam Briandam amitam, & aliam mediatatem ad Ioannem Caſcant auunculum.
D. Ioannes Maça de Caſſuſa, qui ſententiam obtinuit anno 1570.
Domna Iolans Maça.
D. Martinus.
Domna Raphaela Maça Marchioniſa de Tarranoua.
Domna Elfa Maça, vxor Franciſci de Vallebrera, domini loci de Agoſt.
D. Ioannes Rocamora
D. Gundiſaluus Maça, qui litem inſtituit.
D. Martinus.
D. Ioannes Maça de Vallebrera.
Domna Eliſabat Vallebrera, vxor don Franciſci Rocamora.
D. Franciſcus de Rocamora, maritus Eliſabethæ Vallebrera.
D. Martinus Maça, qui hodie litē proſequitus.
D. Petrus Maça de Vallebrera.

DE

DECISIO PRIMA.

AGNATVS NON EST MASCVLVS DESCENDENS per lineam maſculinam illegitimam, & multa de filijs naturalibus, & de illegitimis.

Fœminæ, & maſculi, ex eis deſcendentes in maioratu agnationis non ſuccedunt.

Maioratus in ſucceſsione attenditur linea, gradus, ſexus, & ætas, & quando fœminæ maſculo præferantur.

1 *Agnationis fideicommiſſum, ſiue maioratum fuiſſe inſtitutum, per don Petrum Maça ſeniorem, fuit declaratum cum Regia ſententia, anni 1570.*

2 *Sententia lata cum poſſeſſore fideicommiſsi, ſiue maioratus, nocet in eodẽ ſucceſſori, & ita fuit iudicatum Regia Audientia, num.3.*

4 *Sententia cum quã fuit declaratum, fideicõmiſsũ eſſe agnationis, videtur pro fideicõmiſſo lata: ſed cõtra, infra, n.97.*

5 *Sententia in realibus datur rei.*

6 *Sententia, vbi eſt prolata ex cauſa, ſiue motiuo agnationis, non vincit agnatos: ſed ipſamet agnatio, tanquam quid reale cognatis omnibus, præiudicat.*

7 *Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, ſufficit, vt requiſita concurrant vere, vel interpretatiue.*

8 *Sententia lata inter poſsidentem rem, quæ dubitatur an ſit fœudalis, vel non, & dominum feudi, præiudicat alijs, etiã vaſallis ignorantibus.*

9 *Sententia nocet vaſallo, prætendenti idem ius in feudo, pro quo condemnatus fuit vaſallus poſſeſſor.*

10 *Maioratus in ſucceſsione admittitur deſcendens per lineam naturalem, tantum in defectum omnium deſcendentiũ per lineam legitimam, & naturalem.*

11 *Fideicommiſsi in ſucceſsione, in defectũ legitimorum, & naturalium, admittitur deſcendens naturalis tantum.*

12 *Naturales tantũ in Regno Valẽtiæ in defectũ legitimorũ, abinteſtato deſcẽdũt*

13 *Naturali tantum filio pater relinquere poteſt omnia ſua bona, deficiente legitima ſobole.*

14 *Naturali deſcẽdẽti ex filio naturali, vt puta nepoti, legitima ſobole deficiẽte, relinquere poteſt auus quãtũ vult: maximè ſi eſt legitimus deſcẽdẽs ex naturali. n.15.*

16 *Teſtator, ſi viueret, & fuiſſet interrogatus: deficientibus omnibus ſuis deſcẽdẽtibus per lineã legitimã, & naturalẽ verosimiliter reſpõdiſſet, velle magis ſuccedere ab eo deſcẽdẽtẽ in bonis ſui maioratus maſculum, deſcendẽtẽ per lineã maſculinam, quamuis mediantibus duobus naturalibus tantũ, quã fœminã deſcẽdẽtẽ, quæ tranſiuit in alienã familiã.*

17 *Fideicõmiſsi, ſiue in maioratus ſuceſsione quod teſtator veroſimiliter reſpõdiſſet ſi fuiſſet interrogatus habetur pro diſpoſito*

18 *Filij appellatione, nõ venit filia, quãdo teſtator diſcretiue fuit loqutus de filijs, & filiabus: ſed non bene applicatur, vt dicitur infra num.101.*

19 *Diſcretiue, vbi teſtator loquitur de filijs & filiabus: filij appellatione nõ venit filia. Declara, vt infra num.102. & 105.*

Diſcre-

20 *Diſcretum legatum, vbi à teſtatore fuit factum de duobus ſtatuis marmoreis, cenſetur defunctus, omnes alias exceptiſſe alegato marmoris. Declara, vt infra num. 106.*

21 *Generis legatum non comprehendit in ſpecie legata.*

22 *Filiæ fæminæ non cōprehenduntur, ſub nomine filiorum, & nepotum, vbi in eorum defectum ſunt vocatæ filiæ.*

24 *Fæmina non ſuccedit in feudo, maſculo exiſtente, & nu. 26. Limita, vt infra num. 107. cum ſeqq.*

25 *Argumentum a feudalibus, ad fideicommiſſa valet.*

26 *Feudum, & maioratus æquiparantur.*

27 *Maioratus, ſeu primogenitura, vbi inſtituitur, hæc eſt fere omnium teſtatorū voluntas, vt domus ſuæ, agnationiſque cognomen conſeruetur, & vſque ad finē mundi perpetuetur.*

28 *Maioratus in ſucceſſione non admittitur monaſterium.*

29 *Maioratibus ſolet fere ſemper apponi conditio, ſeu grauamen deferendi nomē & arma teſtatoris, & etiā pluries, abſque commixtione aliorum.*

30 *Armorum, & cognominis teſtatoris onus deferendi, ipſo iure in primogenituræ ſucceſſores deſcendere, etiam abſque eius expreſſione, inquit, Theſaurus deciſ. 270, num. 7.*

32 *Nepotum maſculorum appellatione comprehenduntur pronepotes, abnepotes, & alij deſcendentes maſculi.*

33 *Filij naturales tantum, licet non dicantur de domo, & familia, fallit tamen, quando ex conſuetudine poſſunt deferre arma, & nobilitatis commoda retinere.*

34 *Naturales filii, tanquā de domo, & familia ſuccedunt, quando extat præſumpta voluntas diſponentis.*

35 *Naturales filij nobilium in Regno Valentiæ, ex cōſuetudine ſūt de domo, & ita fuit declaratum in Regia Audientia.*

37 *Agnationē inducit multiplicata expreſſio maſculinitatis.*

38 *Grauamen delationis nominis, & armorum indicat voluntatem conſeruandæ agnationis.*

39 *Agnationis conſeruandæ voluntatem habuiſſe teſtatorem, probatur ex quo grauauit aſſummere nomen, & arma, maritos fæminarum ſuarum deſcendentium. Qui agnati ficti dicantur. n. 43.*

40 *Familiā ſuā æternā, & in marceſsibilē reddere voluiſſe cēſetur teſtator, quādo deficiēte linea maſculorū, extraneū ſubſtituit cū onere deferēdi nomē, & armà.*

41 *Fæminæ, atque maſculi, ex eis deſcendentes; cenſentur excluſi, quando maioratus inſtitutor profitetur, ſe ea ratione illum inſtituere, vt bona perpetuo in agnatione conſeruentur.*

Agnatorum, ſub vocatione deſcendētes ex fæminis non comprehenduntur.

42 *Agnatos fictos, vbi teſtator vocauit ergo a fortiori veros, quos prætuliſſe cēſetur fictis.*

43 *Agnati naturales præferuntur agnatis fictis, namque naturalis cauſa iura potiora habet, quā accidentalis, ſeu ficta.*

44 *Fictioni non aliter locus eſſe debet, niſi quādo veritas ſuccurrere non valet.*

45 *Filij maſculi fæminarum, nō ſunt agnati, nec comprehenduntur appellatione maſculorum, quando teſtator rationem habuit conſeruandæ agnationis.*

46 *Teſtator, vbi prætulit maſculos remotiores filiæ proximioris cenſetur motus ratione conſeruandæ agnationis.*

Digitized by Google

47 *Pars vna teſtamenti aliam declarat.*

48 *Agnationis rationem habuiſſe teſtator cenſetur, quando deſcendentes maſculos ſemper vocauit, & dumtaxat duas filias temporaliter.*

49 *Diſpoſitio legalis, vt in caſu legis cum Auus de codic. & demonſtr. & in l. cũ acutiſsimi, C. de fideicõmiſsis, licet ſub cõditione, ſi ſine liberis, comprehendat fœminas; tamẽ quãdo teſtator adiecit verbum, maſculis, illas non comprehendit.*

50 *Prouiſio hominis expreſſa, facit ceſſare tacitam legis prouiſionem.*

51 *Maſculorũ ex vocatione, teſtator cenſetur fœminas excludere voluiſſe.*

52 *Maſculorum, nomen, in diſpoſitione fœminas excludit.*

53 *Agens tanquam agnatus, debet probare agnationem.*

54 *Agnatus non eſt per lineam illegitimã deſcendens.*

Naturales tantum non poſſunt conſeruare agnationem.

55 *Spurius filius non eſt agnatus, & n. 56. Spurius poſt legitimationem per oblationem Curiæ, non efficitur agnatus coniunctis ex parte patris, ſed tantum ipſi patri.*

57 *Spurius in caſibus legum, hac parte, & legis ſi ſpurius, & l. Modeſtinus, ff. vnde cognati, ſumitur pro omni, qui naſcitur ex coitu damnato à iure.*

58 *Naturales non ſunt agnati, nec poſſunt familiam conſeruare.*

59 *Baſtardus non dicitur de familia, nec de domo, & num. 61. in fine.*

60 *Naturales, & multo minus ſpurij non continentur in relicto agnatis, aut agnatione.*

61 *Illegitimi, licet ſecundum communem vſum loquendi dicantur de domo, & familia paterna; tamen talis vſus non eſt attendendus, cum domus, & familia accipitur pro agnatione.*

62 *Baſtardi non poſſunt portare arma patris, & prohibentur habere illius honores, & ius patronatus.*

63 *Legitimi deſcendentes, ex illegitimis, nõ ſunt de familia.*

64 *Deſcendentes ex illegitimis, quamuis ſint legitimi, non ſunt agnati. Et ita fuit deciſum in Rot. Rom. num. 65.*

66 *Agnatum non eſſe deſcendentem legitimum, & naturalem, per lineam illegitimam fuit deciſum in S. S. R. C.*

67 *Naturalis tantum maſculus non admittitur extantibus deſcendentibus teſtatoris per lineam legitimam, & naturalem, & num. 68.*

69 *Maioratus in ſucceſsione quatuor ſunt ſpectanda. Primo linea: ſecundo gradus: tertiò ſexus: & quarto ætas.*

70 *Linea vltimi poſſeſſoris in maioratu conſideranda eſt, vt qui ex ea deſcendunt, cæteris præferantur.*

71 *Maſculi, licet fœminis præferantur in primogenijs; hoc tamen eſt, quando ſunt eiuſdem lineæ, & gradus.*

72 *Filia vltimi poſſeſſoris in primogenituræ ſucceſsione prefertur maſculis vlterioris lineæ.*

73 *Filius primogeniti excludit patruum ſecundo genitum, quando eius pater primogenitus ad feudi ſucceſsionem fuit admiſſus.*

74 *Statuto extante, quod maſculis ſtantibus, fœminæ non ſuccedant, filia fœmina defuncti excludit patruum. & ita fuit iudicatum per Regiam Camaram.*

75 *Femina ex linea, in quam fuit ingreſſa ſucceſsio, præfertur maſculo alterius lineæ,*

nea. & ita fuit iudicatum in Senatu Luſitano.

76 *Linea legitima ſemper præfertur illegitimæ.*

77 *Exceptio de iure tertij oponi poteſt, vt-pote, quod ad alium pertineat ſucceſsio. & ita fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, & Regiæ Audientiæ Valentinæ.*

78 *Maioratus inſtitutor, quando in aliqua parte vocat fæminas, etiam ſi pluries in primogenio maſculi vocati fuerint, in eo nõ cenſetur habita ratio agnationis, ſed tantum prælatio maſculis tributa.*

79 *Fæmina à maioratus ſucceſsione non cenſetur excluſa propter maſculos remotiores alterius lineæ, vel gradus, etiã ſi teſtator fæminas à ſua ſucceſsione expreſſe excluſiſet propter maſculos.*

80 *Fæminam à teſtatore deſcendentem eſſe præferendam maſculo, non deſcendenti ab eod. fuit declaratum cum R. ſententia lata in R. Audientia Valentina:*

81 *Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet requiruntur tria: nimirum, quod ſit eadem res, idem ius, ſiue eadem cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum.*

82 *Perſonarum conditio eadem large accipitur in exceptione rei iudicatæ, vt comprehendat ſucceſſores actoris, & rei vniuerſales, & etiam in rem, & ſic vere,*

83 *vel interpretatiue. Agnatio excluditur per vocationem fæminarum.*

84 *Feminæ ſub nomine deſcendentiũ comprehenduntur.*

Deſcendentes, quia fuerant vocati, fuit admiſſus, D. Ioãnes Maça de Caltoſa ad ſucceſsionem maioratus cum Regia ſententia: ergo pari ratione femina, ex eius linea deſcendens.

85 *Veroſimile non eſt, quod teſtator plus diligat ſubſtitutum, quam inſtitutum.*

86 *Repetitio locum non habet, quando ſequitur abſurdum.*

87 *Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, debent eſſe eadem perſonæ, eadem res, idẽ ius, & eadem cauſa petendi.*

88 *Agnationis conſeruandæ rationem, vbi maioratus inſtitutor, certis perſonis, ſeu gradibus adiecit, ad perſonas nominatas reſtringenda eſt, & numer. 89.*

90 *Fideicõmiſsum perpetuũ, vbi fuit inter omnes deſcendentes inſtitutum, quamuis inter certas perſonas fuit contemplata agnatio; deficientibus tamen omnibus agnatis, admittuntur cæteri deſcendentes, quamuis non ſint agnati.*

91 *Feminæ dicuntur de domo, & ita in defectum maſculorum admittuntur: quãuis ex ſtricta ſignificatione, ex Itala conſuetudine, verbũ, domus, agnatiõ nẽ ſignificet: ſecus in Hiſpania, n. 93.*

92 *Domus, ſiue, caſata, nomen comprehendit eos, qui ſanguine coniuncti ſunt.*

94 *Naturales filij nõ ſunt de agnatione.*

95 *Motiuũ ſententiæ nõ eſt in conſideratione, quando principaliter fuit contrarium deciſum in alia ſententia.*

96 *Sententia lata cum poſſeſſore maioratus, nocet ſucceſſori, quia fuit lata cum legitimo contradictore: ſecus ſi fuit lata inter extraneos. n. 97.*

98 *Deſcendens per lineam illegitimã, non poteſt admitti ad ſucceſsionẽ fideicõmiſſi extantibus filijs legitimis, & naturalibus: bene vero deſcendens à teſtatore per quẽdã naturalem tãtũ, per lineam rectam, legitimam, & naturalem.*

99 *Legis finalis, C. de natural. liberis litera refertur.*

100 *Veriſimile nõ eſt, quod teſtator fuiſſet interroga-*

interrogatus reſpondiſſet, velle ſuccede re deſcendentem maſculum per lineam illegitimam, excluſa fœmina ab eo deſcendente, per lineam primogenitorũ legitimam, & naturalem.

100 *Agnatio nis coniectura excluditur, vbi in aliqua parte maioratus ſunt vocatæ fœminæ, & ab eis deſcendentes,*

103 *Agnationis ratio habita videtur a teſtatore, qui in ſuis ſubſtitutionibus prætulit deſcẽdẽtes, & agnatos ſuos maſculos, & in eorum defectum, fœminas, & deſcendentes ab eis vocauit. Caput primum de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, in vſibus feudorum, multis modis limitatur, & declaratur, vt hic numeris ſequentibus.*

108 *Fœmina poteſt ſuccedere in feudo, quod ex ſui natura, & conſuetudine ſuccedendi tranſit in fœminas, vel ſuper quo fuit erecta primogenitura, & n. 114.*

115 *Maioratus inſtitutor, non cenſetur excludere a ſucceſsione fœminas ex grauamine delationis nominis, & armorum: ipſæ enim, etiam deferre poſſunt.*

Fœminæ ſuccedunt in maioratibus, quibus eſt adiectũ grauamẽ delationis nominis, & armorum.

116 *Nepotum appellatione, in fideicommiſsis, veniunt deſcendentes legitimi, & naturales, & per lineam legitimam deſcendentes, non tamen per lineam illegitimam.*

117 *Naturales in Regno Valentiæ, licet ſecundum communem vſum loquendi dicantur de domo; tamen ſuccedere non poſſunt extantibus legitimis, & naturalibus, & per lineam legitimam, & naturalem deſcendentibus.*

118 *Agnatio, vbi non eſt contemplata in omnibus deſcendentibus, ſed tantum in certis perſonis, & gradibus, non poteſt ratione conſeruandæ agnationis primo genium extendi de caſu, ad caſum.*

119 *Linea, in quam ingreſſa fuit ſucceſſio, primum debet omnino euacuari, & fœmina exiſtẽs in ea linea excludit maſculum alterius lineæ, vbi non fit mentio agnationis.*

120 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita, vbi in vna parte fiat mẽtio de maſculis: in alia vero tantũ de filijs.*

121 *Maſculinitatis expreſsio operabitur effectum in perſonis, & gradibus a teſtatore expreſsis, non in alijs.*

122 *Illegitimus non poteſt ſuccedere extante legitima ſobole.*

123 *Fœminam deſcendentem a maioratus inſtitutore, præferendam eſſe in ſucceſſione maſculo, deſcendenti, per lineam maſculinam illegitimam, fuit declaratum cum ſententia lata in S. S. R. C.*

DECISIO PRIMA.

DON Martinus Maça ſupplicauit à ſententia lata in Regia Audientia Valentina, & cauſam ſupplicationis introduxit in hoc S. S. R. Aragonum Conſilium prætendendo eſſe reuocandam, quia cum ea fuit declaratũ fideicommiſſum inſtitutum, per D. Petrum Maça (barbutum nuncupatum) non eſſe factum fauore agnationis, & in eo poſſe ſuccedere dõnam Eliſabeth Vallebrera filiam, domnę Elſæ, à teſtatore deſcendentem, & ſic fœminam cognatam, &

non dictum don Martinum maſculum, per lineam maſculinam ab eodem fideicommiſsi inſtitutore deſcendentem, licet per lineam naturalem, dicendo: ipſum eſſe agnatum, in eius fauorem faciunt ſequentia.

1 Primo: hoc fideicommiſſum, ſeu maioratum eſſe agnationis, fuit declaratum cum ſententia, lata in Regia Audientia Valentina, die 29. Iulij 1570. in fauorem don Ioannis Maça de Calloſa, aui domnę Eliſabeth Vallebrera, vt videre eſt ſupra, in facti narratione, num. 29. & 30. vbi leguntur hæc verba: Satis apertè apparet prædictum teſtatorem voluiſſe conſeruare eius agnationem, & nomen, & attenta etiam qualitate maſculinitatis, per viam diſpoſitionis in dicto teſtamento, ſæpius adiecta, & repetita in ſex prædicti teſtamenti partibus: videlicet, in filijs Catharinæ, Martini, Briandæ, & extranei, vbi expreſsè vocat filios maſculos: ex quo etiam ſatis aperte liquet, teſtatorem præfatum maſculinitatē eius deſcendentium dilexiſſe, bonaque ſua in eius deſcendentium agnatione, & familia perpetuo conſeruare voluiſſe, & num. 41. ibi: *Attenta qualitate dictorum bonorum, alijſque pluribus, ex dicta hæreditaria clauſula reſultantibus, voluit bona prædicta in hac*
2 *agnatione conſeruare.* Quę Regia ſententia lata cum dicto D. Ioanne Maça, nocet dictæ domnæ Eliſabeth, eius nepti ſubſtitutę, ſiue fideicōmiſſariæ, vt probat Molin. de Hiſp. primo gen. lib. 4. cap. 8. num. 3. allegans ad id l. 1. §. quamuis, verſ. Denuntiare, & verſicul. denuntiari, ff. de ventre inſpi. l. ex contractu 44 ff. de re iudi. l. ſi patroni. §. final. ff. ad Trebel. l. ſi ſuperatus, verſ. Et qui, ff. de pignor. in l. Papinianus, §. fin. & in l. ſi ſuſpecta in princip. ff. de inoffic. teſt. & ibid. Molin. Doctores allegat, & præter eos, ita tenet Cancer. to. 2. var. c 16. determinat oppoſitum nu. 102. vbi dicit: hanc opinionem, vti æquiſsimā in illo Principatu ſeruari D. Nic Intriglio. de ſubſtitutio. centur 3 quæſt. 73 num. 1?1. vbi, hanc ſeriam receptio
3 rem, dicit, & innumeros Doctores allegat. Iuxta quam fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina, ſententia lata in fauorem Petri Ludouici Almunia, contra Franciſcum Almunia, publicata per don Ioannem Maça, die 10. Iunij 1611. confirmata in S. S. R. Conſilio, die 30 Ianuarij 1614. Secundo: principaliter nocet ſupra dicta ſententia domnæ Eliſabethę Vallebrera: quia declarando
4 fideicommiſſum eſſe agnationis, videtur pro fideicommiſſo lata, l. loci corpus, §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vindicet. ibi: *Si fundus, cui iter debetur: plurium ſit: vnicuique inſolidum cōpetit actio* & ita Pomponius, lib. 41. ſcribit, ſed in æſtimationem, id quod intereſt veniet, ſcilicet: quod eius intereſt, qui experietur. Itaque de iure quidem ipſo ſinguli experiētur, & victoria & alijs proderit. Et Bald. in l. 2. num. 2. verſ. Septimo. C. quibus res iud. non nocet, ait in d. §. ſi fundus ſpeciale eſſe, quia ſententia prædio datur, quaſi prædium ipſum agat, & illud eſt vnum, & idem. Marin. Freccia de ſub feudis. lib. 2. fol. 281. nu. 27. ſubſcribens, quod in propoſita ſpe

cie

cie feudum agit,conuenitur,loquitur
& patitur,feudo fertur ſententia, &
contra feudum: neque enim refert,
quæ ſit imago: ſed quæ ſit ſubſtantia
rei:quia feudatarius vice duarum per
ſonarum fungitur,ſcilicet,propriæ,at-
que intellectualis, & magis attendi-
tur intellectualis,quam propria.Idem
Freccia,lib.1.fol.25.nu.22.Bald. conſ.
159. num.5. vol.3.Ioan. Monac in c.
diſpendia,num.4.de reſcript.lib.6.ſu
biiciens: quod actiones,& ſententiæ
reales dicuntur: quæ ſemper rem ip-
ſam comitantur, l. 1. C. de alienat.
iudic.mutandi cauſ.fact. Et inde eſt,
5 quod in realibus, ſententia datur rei,
l.qui aliena,alias liberto 31.§.fin. ff.de
negot.geſt. ibi: *Vno defendente cauſam,*
communis æque ſententia prædio datur.
Salic.in l.1.num.3.C.ſi vnus ex plu-
ribus appella. vbi affirmat huius do-
ctrinæ rationem eſſe:quia ſententia in
iuribus indiuiduis refertur ad ipſum-
met prędium qualificatum:in iuribus
autem diuiduis refertur ad perſonã,
vt in l.ſi communem, ff.quæmadmo
dum ſeruit. amittantur Iacob. Hi-
ger.de gradib.ſucceſ.cap.3.nu.4.verſ.
6 Et pro lata ſententia ex motiuo, ſeu
reſpectu agnationis,non vincit agna-
tus,ſed ipſamet agnatio, tanquã quid
reale,cognatis omnibus pręiudicans,
fol.27.col.1.& Fabius de Anna conſ.
63.num.26,verſ.Item,lib.1.his verbis:
Itẽ, & fecundo erat fiſcus prætendendo
ampliationem fuiſſe perſonalem: ſiquidẽ
non perſonalis, ſed realis vere fuit, quod
in defectum maſculorum, fœminæ ſucce-
dant. Ita fuit iudicatum in his feudis,
per allegatam ſententiam, anni 1565.
in qua in ſpecie id fuit deciſſum,in fa
uorem domnæ Annæ,contra Fiſcum
Quæ ſententia nocet in hoc caſu, &
7 parit exceptionem rei iudicatæ: quia
ſufficit,quod requiſita ipſius concu-
rrant vere,vel interpretatiue. Gloſ.in
l.& an eadẽ,in verbo concurrunt, ff.
de exceptio. rei iudic. & operabitur
pro,& contra perſonas ſucceſſorum.
Gloſ.ibi,in verbo, Perſonarum, & eſt
lata ſuper eodẽ facto, vt tradit Cyn.
in l.1.C.quãdo ciui.act.crim. præiud.
Henric.à Roſental. de feud. prima
parte,memb.1.concluſ.27. nu.8. cum
8 ſeq.vbi probat: ſententiam latam in-
terpoſſidentem rem, quæ dubitatur,
an ſit feudalis,vel non, & dominum
feudi præiudicare alijs etiam vaſalis
ignorãtibus,& n.14.ſubiungit: Hęc
verba:Cũ igitur ex his omnibus cõ-
ficitur,quod hæc ſentẽtia cõtra legiti
mũ defẽſorẽ,qui primas, & potiores
defẽdẽdi partes tenet,& tẽpore litis,
ius in re habet lata,cæteris nocet, &
eiuſdem victoria è contrario prodeſt.
Imprimis: ſi ius ſucceſſorum iſtorũ
iuri victi ita fuit coniunctum, vt illo-
rum ius,ſine iure huius conſiſtere nõ
poſſit. Quam obrem non aduerſan-
tur his,quæ ſupradiximus,ſi ſuper iu-
re domini ignorantis defendente va-
ſallo pronuntiatum ſit,quod hoc do-
mino non noceat: quoniam prima
iſtius iuris defenſio ipſi domino: non
autem vaſallo competit, & è contra.
Sic quod ibidem tetigi ſi de ſubie-
ctione iudicetur contra dominũ,hoc
ſubditis,aut è contra,niſi vocatis non
obeſſe. Id etiam ab hoc caſu ſepara-
tum eſt,cũ iſtic defenſio æquè princi-
paliter ad vtrunque: hic vero princi-
paliter ad poſſeſſorem pertineat, &
poſteum

poſt eũ vocati, adhuc nihil iuris in
re habeant. Et poteſt dominus, ex
iure ſuo directo, ac ſua perſona ali-
quando etiam agere, vbi vaſallus in
iure ſuo ſuccubuit, quia duo ſunt
iure ſeparata: at hi agnati illud idem
9 ius in feudo prætendũt, de quo cõ-
demnatus fuit vaſallus. Et quamuis
ad hoc, ex iure maiorum vocentur;
tamen iſta vocatio dependet ab eo-
dem iure. Et planè ſimili, & pari
cauſa, iam ſententia amiſſa, vt ideo
mirum non ſit, cui ad id ex perſo-
na ſua agnati, alij ve, quibus ex caſu,
ſi nimirum poſſeſſorem ſuperuiuāt
&c. ius quæri poterat, in noſtris ter-
minis, venire non poſsint, & propte
rea, etiam hac non euertit, quod fa-
ctum vaſalli agnatis obeſſe non de-
beat: eſt enim hic non tàm factum
agnati, quàm iudicis. Ex quibus om
nibus concludēdum eſt, quod cum
in dicta ſententia, lata anno 1570. de
claratum ſit: fideicommiſſum, de
quo agitur, eſſe agnationis, & illa la
ta ſit in fauorem don Ioannis Ma-
ça de Calloſa, aui dictæ domnæ
Eliſabethæ Vallebrera, contra
poſsidentē dictas Baronias de Mo
xent, & Nouelda, de quibus modo
litigatur: illa ſententia præiudicat di
ctæ Eliſabethæ Vallebrera, quæ ſuc-
cedere prætendit vt neptis dicti dõ
Ioannis, & non eſt agnata fideicom
miſsi inſtitutoris, & prodeſt dicto
don Martino Maça, ab eo per di-
ctam lineam maſculinam deſcen-
denti.

10 *Secundo: quia, licet, don Martinus
Maça non deſcendat per lineam legiti-
mam & naturalem, a fideicommiſsi in-
ſtitutore; tamen ſuccedere poteſt, cum
nullus extet deſcendens per dictam li-
neam legitimam & naturalem: quo ca-
ſu admittitur etiam in maioratibus deſ
cendens per lineam naturalem*, vt dixit
Greg. Lop. in l.32. tit.9 par.2. gloſ.3.
fol.68. col.4. ibi: *Aduerte etiam præ-
dicta, quod & ſi expreſsè non vocetur
filius naturalis ad maioriã in defectum
legitimorũ, ex eo, quod quis fecit maio-
riam in filium maiorem, & cæteros deſ
cendentes ordine primogenituræ, videtur
quod ſit vocatus filius naturalis deficien
tibus legitimis*, l. cognoſcere, §. libero
11 rum, & ibi gloſ. & Bart. ff. de verb.
ſign. Cald. Pereir. conſ.9. num.80.
verſ. Poſtea quæſtio huius ſucceſsio
nis, fol.96. & 97. vbi refert deciſio-
nem Senatus in fauorem filij natu-
ralis, Cephal. conſ.591. num.1. vſque
ad nu.13. lib.4. Greg. Lop. l.10. gloſ
8. tit.4. part.6. *Pariter in defectum le-
gitimorum admittitur ad fideicommiſ-
ſum deſcendens naturalis tantum*. vt la-
tè probaui in deciſ. mea Valentina,
80. num.2. lib.1. pag 511. his verbis:
*Quando filij ponuntur in diſpoſitione, in
defectum legitimorum & naturalium,
comprehenduntur naturales tantum*. Ita
Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus
num.16. ad Trebell. ſequitur Ripa,
num.57. Ruinus, conſ.49. num.5. &
120. num.12. in primo, & conſ.161.
num.20. in 2. Pancirolus, conſ.169.
num.9. deciſ. conſ.365. *qui in diſcurſu
illius conſilij, & præſertim in vlt. col.
præſupponit naturales eſſe de linea pa-
tris: & magis explicite*, Cephal. cõſ.
591. *vbi præciſe in fideicommiſſo reli-
cto liberis, & illis de linea cõcludit natu
rales quoque contineri; & innatis, ex ſo-*

luso

legato,ibi: *Aſsignaturus ſi vixiſſet.* de legat.3.in l.fin.ff.de hæred.inſtit. ibi: *Licet modus inſtitutionis contineretur: quia falſus non ſolet obeſſe;tamen ex voluntate teſtatoris putauit imperator eis ſubueniendum: igitur pronunciauit hæreditatem ad Magnam pertinere.* Gloſ.in l.tale pactum, §. pater qui dotem, verbo, Per exceptionem,circa finem ff.de pact.l. Titius, §. Lucius, ff. de lib.& poſth. Socin. Sen. in l. in ambiguo.nu.7.ff.de reb. dub. Oldrald. conſ.25.num.3.Signarol.conſ.183. n. 10.Socin. Iun. conſ.90. num.14. & conſ.106.n.11.vol.1. ac rurſus conſ. 91.num.44.vol.3. Ludou. Pontan. de fideicom.cap.68.num.35.Afflict. deciſ.44.num.18.

18 Quarto, & principaliter, domna Eliſabeth Vallebrera, quæ prętendit ſuccedere in hoc fideicommiſſo relicto per viam primogenituræ, ſiue maioratus,debet fundare ſuam vocationem, in illis verbis, clauſulæ, 8. ibi: *Deueniāt ad alios filios, & deſcendentes meos.* Quod ponderauit Regia ſententia anni 1570.lata in fauorem don Ioannis Maça de Calloſa, eius aui:vt videre eſt in facti narratione. num.35.& cum ipſa ſit filia domnæ Elphę Maça,& neptis dicti D,Ioānis Maça de Calloſa,in quem ſucceſſio fuit ingreſſa,prætendit eſſe vocatam;quod tamen non poteſt habere locū in occurrēti caſu: licet enim filij appellatione filię comprehendātur;hoc tamen non procedit, quando teſtator diſcretiuè fuit loquutus de filijs,& filiabus:tunc enim filij appellatione filia non continetur: ſed in caſu noſtro teſtator diſcretiuè nominauit filias, nimirū Catherinam & Blancam,quādo vocauit eius neptem domnam Briandam, ex domna Blanca filia: ergo quando vocauit filios ſuorum deſcēdentium, nō intellexit loqui de filiabus dictorū deſcendentium. Et hanc doctrinam, quod filij appellatione,non compre-

19 hendantur filia,quando teſtator diſcretiue loquitur de filijs, & filiabus docuerunt,Bart.in l.in multis. num. 4.ff.de ſtat.hom.Bald.conſ.186. n.1. & 2.lib.1.Molin.de Hiſpa. primog. lib.3.cap.5.num.55.his verbis: *Decima concluſio,quod quoties in materia fæminarum excluſiua, maioratus inſtitutor diſcretiuè de maſculis,& fæminis diſpoſuit, maſculos nomine filiorum, fæminas vero nomine filiarum appellans, verbum filiorum,non ad filias fæminas, ſed ſolum ad filios maſculos referendum erit. Etſi qualitas maſculinitatis adiecta non fuerit, prout dixit ſatis eleganter,Bald.in l. in multis, ff.de ſtat.hom.cuius dictum ſequitur,& refert* Socin. *conſ.93. num.15. lib.3.Iaſon in l.ſiquis id quod.num.13.ff. de iuriſdic.omn.iud.idem Iaſ.in l.hæredi, §.qui diſcreta, ff. de vulg. num.8. idem Iaſ.in l.talis ſcriptura.num.38.ff. de leg. 1.Albert.Brun.in d.tract.art.5.quæſt.13. col.fin.Greg.Lop.in l.3.tit.13.par.6 gloſ. verb.Mugeres,col.7.Ant.Gabr. qui plura refert commun.opin.lib.6.tit. de verb. ſign.conſ.6.num.57.* Ergo cum dictus maioratus inſtitutor in 8.clauſula vocauerit alios filios, & deſcendentes eiuſdem ſub illo verbo filios, comprehendetur don Martinus Maça, & non dōna Eliſabeth Vallebrera cum non ſit maſculus. Et ad corroborationem huius opinionis ponde-

rabat

ſtabat. Don Franciſcus de la Cueua,
(qui fuit Maximus Iuriſconſultus,
& Aduocatus dicti don Martini in
hac cauſa) text. in l. hæres 100. §. duæ
ſtatuæ, ff. de leg. 3. ibi: *Duæ ſtatuæ mar*
moreæ, cuidã nominatim: item omne mar
mor erat legatum, nulllam ſtatuam mar-
moream præter duas Caſcellius putabat
deberi. Offilius, & Trebatius contra. La-
beo Caſcelij ſentẽtiã probat. Quod verũ pu
to: quia duas ſtatuas legãdo poteſt videri
nõ putaſſe in marmore ſe ſtatuas legaſſe.
Vbi propter diſcretiuũ legatũ de duo
bus ſtatuis cẽſetur defunctus, omnes
alias excepiſſe a legato marmoris,
ſub quo naturaliter includebantur,
quamuis pluræ ſtatuæ concurrãt, &
duarum tantummodo ſpecifica mẽ
21 tio interuenerit. Allegabat etiã text.
in l. cum delanionis, §. 11. ff. de fund.
inſtr. ibi: *Cui fundum inſtructum lega-*
uerat, nominatim mancipia legauit, quæ-
ſitum eſt: an reliqua mancipia, quæ non
nominaſſet inſtrumente, cederent. Caſius
ait: tametſi mancipia inſtructi fundi ſint;
tamen videri eos ſolos legatos, qui nomi-
nati eſſent, quod appareret, nõ intellexiſſe
patrem familas inſtrumento quoque ſer-
uos adnumeratos eſſe. Præceſsit itaque
legatum generale fundi inſtructi, in
quo comprehendebantur mancipia:
& quia de quibuſdam ſeruis nomi-
22 natim mentionem fecerat, reſpon-
det ille textus; reliquos non compre
hendi in legato fundi inſtructi. Et
hanc quæſtionem determinat Hie-
ronym. Gabr. conſ. 69. num. 3. verſ.
Quæ concluſio, vſque ad nu. 9. vol.
2. his verbis: *Quæ concluſio in caſu no-*
ſtro videtur procedere ſine dubitatione:
quia cum in defectum filiorum, & nepo-
tum Ioannis ſint vocatæ filiæ Lãtis prin-
cipalis receptoris, apparet intellectum
fuiſſe, vt ſub conceſsione facta Lanti, &
Ioanni procuiuslibet eorum filijs, & ne-
potibus non comprehenderentur fœminæ;
opportuiſſet vocare filias Lantis, atque de
eis diſcretiuè diſponere, Bald. in l. in mul-
tis de ſtatu homin. Iaſon in l. ſi quis, id
quod limitat. 3. num. 13. Ruin. conſ. 22. col.
2. vol. 3. Sicut igitur conceſsio facta pro
filijs, & nepotibus, non continet fœminas:
ita quando deficientibus filijs, & nepoti-
bus Ioannis vocatæ ſunt filiæ Lantis, ab eo
nominatæ ſub conditione non continẽtur:
quia ea conditio neceſſario intelligenda
eſt, de eiſdem perſonis, quæ vocatæ fue-
runt, ad notat. per Ruin. conſ. 114. num.
6. & conſ. 131. num. 15. volum. 2. Nec pu-
tandum eſt plus conceſſum fuiſſe prone-
potibus, quam filiabus, l. ſi viua, C. de
bon. matern. cum vulgatis, Iaſ. in d.
l. ſi quis, *id quod* in 9. limitatione. n.
19. *& quia ſi intelligamus cõtineri fœmi-*
nas, futurum erat, vt filiæ, etiam, & nep-
tes Lantis, & Iacobæ, ſi quas ſuſcepiſſent
comprehenderentur, quas non eſt veriſi-
mile Lantem fuiſſe prælaturum filiabus,
iam natis, quas ſolum indefectum perſo-
narum, iam vocatarum in prima parte cõ
ceſsionis vocauit: ſiquidem æqualitatis
ratio contrarium ſuadet, l. illud cum no
tat. C. de collat. *Ex quibus coniecturis*
cum percipiatur actum fuiſſe hoc caſu,
vt fœminæ non comprehenderentur ſub
maſculina dictione, etiam ſi aliorum opi-
nionem minus communem ſequeremur
exiſtimantium, etiam in contractibus ma
culinum concipere fœmininum, tamen
concludendum eſſet in hac ſpecie contra-
rium, vt in d. l. ſi quis, id quod declarat
Iaſon. limit. 9. num. 19. deciſ. in d. l. 2.

de

de regul. iuris, numero. 94. limitatione 4.

23 Ex quibus patet: quod cum teſtator in noſtro caſu diſcretiuè fuerit loquutus de filijs, & filiabus, maſculos appellando filios, fœminas vero vocando filias, ſub nomine filiorum, deſcendentium à teſtatore dicta domna Eliſabeth Vallebrera nõ comprehendetur.

24 Quinto: cum tàm dictus don Martinus Maça, quàm dicta domna Eliſabeth Vallebrera, deſcendãt à don Ioanne Maça naturali tantum, nepote teſtatoris, ex dõ Martino filio: & ſic ex perſona dicti nepotis naturalis tantum, ſuccedere prætendant, præferri debet don Martinus maſculus domnæ Eliſabethę fœminæ, iuxta text. in cap. 1. de eo qui ſibi, vel hæred. ſuis. in vſibus feud. Ibi: *Cumque inter ſapien-*

25 *tes ſæpè ſuper hac quæſtione ſit diſputatum, tandem pro maſculo pronunciatum eſt, non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſsione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus.* Et argumentum à feudalibus, ad fideicommiſſum valere dicunt poſt Iſerniam, Dec. conſilio 445. numero 18. Marçar. conſil. 1. & in terminis Peregrinus de fideicommiſ. artic 27. numero 4. Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 18. num. 15. & latè numero. 58. vbi argumentatur ex. d. text. ad fideicommiſſum in quodam caſu, in quo contrarium conſulerant Menochius conſil. 172. & Cephalus conſil. 571. Nam quod pro maſculo operatur generalis, & propria feudorum conſuetudo in fideicommiſſo, operatur teſtatoris diſpoſitio præponentis ſemper maſculos fœminis, vt Peregrinus vbi ſupra. Et ſic per illum textum ad iura primogeniorum pro maſculis ad prælationem fœminarum argumentatus eſt Tiraquellus, de iure primogeniorum, quæſtio. 40. numero 146. & 147.

26 Quæ concluſio comprobatur: nam feudum, & maioratus æquiparantur. Bald. in l. cum antiquioribus, columna 6. C. de iur. deliber. Socinus, Didac. Pariſius, & alij relati per Cephalum conſil. 251. n. 4. cũ ſequentibus: qui ita inducit in cauſa, & maioratu Ducis de Alburquerque, in fauorem maſculi remotioris, contra fœminam proximiorẽ. Sed in feudis, dicit Cephalus, nunquam admittuntur fœminæ, donec maſculi extent. cap. 1. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbat. Andr. d. cap. 1. de eo qui liber. & hæredibus ſuis. Et talis etiam erat clauſula in controuerſia Scarampa, de qua loquitur Oſaſc. deciſione 23. numero 53 vt aduerſus fœminam, ſuper qua reſpondit Collegium Ticinenſ. conſ. 100. numero 12. 13. inter conſil. Paul. de Mont. Pic. ergo don Martinus Maça erit præferendus.

27 Sexto: hæc eſt omnium teſtatorum volũtas, vt inquit Gaſpar Theſaurus, quæſtion. forenſium, lib. 1. quæſtione 34. numero 3. quando primogenituras, & fideicommiſſa cõſtituuntur domus ſuę, ac familiæ, agnationiſque cognomen cõſeruetur, atque ad vltimum vſque mundi, intentum, ſi fieri poſsit, perpetuetur, vt nomina ſua, atq; familiarum pro

C paga-

pagarent, vt poſt Socinum, Peregr.
& Tiraquell, ſcribit Cephalus conſ.
251.n.48.lib.2 late Didac. Burgenſ.
q.3.n.71. & primogenitum ob id in
ſucceſsione pręferri dicit Ioá. Tom.
Minadousin Conſtitutio. Regni, in
aliquibus, notab.3.n.130. Surd. conſ.
375.n.15.lib.3. Primogeniturãq; à no-
bilibus, ideo cõſtitui optimè demõ-
ſtrat excellentiſsimus D. Præſes Mo
rot.conſ.99.n.17. Hac ratione fœmi
nas, ac filias proprias tanquam ſuæ
familię nomen in alienam transfe-
rentes, à teſtatoribus excludi, vt
ſupra dictis relatis dicit Gaſpar An
to. Thel.q.forenſ. lib 1. q.34.n. 3. de-
fendit Didac var. reſol. lib.1.cap.19.
n. 11. quē ſequitur D. Præſes, Me-
noch. de præſumpt. libro 4. cap. 82.
28 n.45. & cap. 88. numero.5. Et hac ra
tione à maioratus, & primogeni-
turæ ſucceſsione Monaſterium ex-
cludi: dicit Ioann. Gutierrez Ca-
nonicarum quęſtionum, cap.32.nu-
mero 29. & 30. Hancq; ſolam ob
29 conſiderationem diligenter à teſta-
toribus multis, in iſtis perpetuandis
maioratibus, & fideicommiſsis pro
uideri ſolet, vt nullo de agnatione
ſua maſculo, qui nomen, & arma do
mus ferre poſsit, ſuperexiſtente, alte
rius familiæ, & ſanguinis etiam ad
ſucceſsionem aliquis euocetur, qui
nomen, atque inſignia teſtatoris aſ-
ſumendo, extinguendam, ac mori-
bundam familiam non reuiuiſcat,
atq; agnationem repræſentet. Qua
in re pluribus cautelis, & priuationi
bus hęreditatum teſtatores vtũtur,
ne ab hæredibus hac ſua voluntate
fruſtrentur; multiq; ſunt qui nec eõ
mixtione armorum vtriuſq; familię
contenti ſunt: ſed volunt ſucceſſo-
res ſimplicia deferre ſuæ domus ſtē-
mata, & ſolo, ac ſimplici ſuę familiæ
cognomine vti, quorum præcepta
ſunt ad vnguem ſeruanda, & vti le
ges teſtamentarię cuſtodienda, pro-
ut omnes vno ore Doctores admit
tunt, vt plenè colligimus ex traditis
per Ant. Theſaur. deciſ.270. Et plu-
res ad propoſitum noſtrũ facientes
cõſiderationes, multaq; huiuſce rei
exēpla profert vir doctiſsimus Mo
lin. de primog. lib.1. c.14.nu.5. dicēs
hoc eſſe ſucceſſoribus in maioratus
30 fundatione perpetuo præcipiendũ.
Imò hoc onus deferendi nomen, &
arma fundatoris, ſine vlla expreſſa
iuſsione ipſo iure in primogenituræ
ſucceſſores particulariter deſcēdere
Galliæ, & Hiſpanię conſuetudine
idē Theſ. n.1, &. 2. demõſtrat, in ca-
ſu autē noſtro teſtator multoties re
31 petijt qualitatē maſculinitatis, maſcu
los fœminis præferēdo. Licet enim
poſt filios ſuos maſculos. D. Ludo-
uicũ Cornell, & D. Ioanē Franciſcũ
Maça, quos primo loco ad fideicõ-
miſſũ vocauit, ad ſucceſsionē eiuſdē
admiſit Catherinã filiã; hoc tamē fe
cit cũ grauamine dãdi dicta bona fi
lio eius maſculo, qui deferre tenere-
tur nomē, & arma teſtatoris. Et ite-
rũ repetijt maſculinitatem, dicēdo,
quòd ſi filius primogenitus maſcu-
lus Domnæ Catherinę abſque libe-
ris deſcederet, bona peruenirent ad
filium maſculum eiuſdem Catheri-
nę, & ſic ſequeretur per ordinem
de vno in alium filium maſculum,
& his deficientibus, peruenirent

ad

Digitized by Google

ad don Petrum Maça teſtatoris nepotem ex don Martino eius filio; & ſucceſsiue vocauit don Martinum iuniorem, eiuſdem teſtatoris nepotem, ex eodem D.Martino filio,& poſtea alios nepotes maſculos ex dicto don Martino filio. Et quando ad ſucceſsionem admiſit domnam Briandam neptem, pariter eam grauauit, vt teneretur dare omnia dicta bona primo eius filio maſculo,& quod eo,ſine liberis decedente, ſuccederet alij filij maſculi eiuſdem, & ita maſculinitatem contemplauit, & ſemper ſucceſſoribus impoſuit grauamen delationis ſui nominis,cognominis,& armorum. Et ita dicendum eſt:voluiſſe conſeruare agnationem;& per conſequens don Martinus Maça tãquam agnatus præferri debet domnæ Eliſabethæ Vallebrera fœminæ, cognatæ quamuis ab eodem teſtatore deſcendenti.

32 Septimo: dictus teſtator quando vocauit nepotes ex don Martino filio,& diſpoſuit: quod ita ſequeretur de vnó in alium nepotem filiorum maſculorum dicti don Martini vſque ad vltimum ipſorum morientẽ in 6. clauſula ſui teſtamenti ſub nomine,nepotum maſculorum, comprehendit nepotes, abnepotes, & alios deſcendentes maſculos, *ag* late probaui in meo reſponſ*cta pote-* poſt deciſ.163.nu. 2. & 4.in *eq. ff. de* deciſ. Regiæ Audientiæ *ur. cum con-* pag. 319. iuxta doctrin *familia,& ag* liberorũ.220.nu.17. *bibuit remedium,* canonizatã per R*ent, ſi vocarent ſe* deciſ.243.in 2.p *& agnatione, & aſſu- arma, per quos actus eius*

Cum igitur don Martinus Maça ſit deſcendens maſculus à dicto D. Martino teſtatoris filio, & ſub nomine nepotis comprehendatur,quia eſt atnepos dicti D.Martini teſtatoris filij:dicendum eſt in dicta 6.clauſula fuiſſe vocatum.

33 Octauo: licet regulariter filij naturales tantum,& ab eis deſcendentes, non dicantur de domo, & familia teſtatoris; hoc tamen fallit in caſu noſtro:iuxta ea,quę docet Menoch.de præſump.lib.4. præſum.88. num.14. vbi poſtquam nu.13. dixit, quod illegitimè nati, qui ferre non poſſunt arma, & inſignia familiæ pro tris,ſub nomine domus, ſeu illi *Qui* domo, hoc in caſu non conti*us dic* ſubiungit hæc verba. *Hoc t masculos in non habet,quando vſus ipſe ſicieute linea miſit, quod illegitime nati ſubſtituit cum inſignia, domus, & fen, & arma ipſius nobilitatis commoda unc filij maſcuini communi vſu loq tuti: quia expreſſe Bartolus, Bal orem voluiſſe familiam C.de verbor nam, & immarceſsibilem rentino,* Cum igitur fideicommiſ- *in conſi* noſtrum ſit agnationis, in eo *Gall* et ſuccedere don Martinus Maça: quia eſt maſculus deſcendens per lineam maſculinã,excluſa domna Eliſabeth Vallebrera. Iuxta ea, quæ tradit Molin. de Hiſpan.primogen. libro.3.cap. 5. nume.1. & 2.
41 vbi ait: quòd ſi in maioratus inſtitutione eiuſdem inſtitutor profiteatur ſe ea ratione maioratum inſtituere, vt bona ipſa perpetuo in agnatione conſeruentur, ex huius rationis expreſsione fœminæ, atque etiam maſculi ex eis deſcendentes perpetuo excluſi cen-

ſendi erunt; etiam in caſibus in
diſpoſitione nõ expreſsis, & ibidem
reddit rationem: quia fœminæ ſuc-
ceſsio agnationis conſeruationi re-
pugnat, cum ipſa ſit finis agnationis.
l. denuntiatio, §. familiæ, ff. de verb.
ſign. l. Iuriſconſultus, in princip. ff.
de grad. & in inſtitu. de legi. agnat.
ſucceſ. l. aduerſus. C. de crim. expila
hæred. l. quinque, cum ſimilibus. C.
de re mi ita. lib. 10. & poſtea ſubiun-
git Molin. hæc verba: *Ideoque in hac
ſpecie, fœminæ propter maſculos remotio-
res excluduntur, idque efficitur agnatio-
nis fauore ſub vocatione: namque agnato-
rum, deſcendentes ex fœminis non com-
prehenduntur: cum ipſi non agnati, ſed
cognati eſſe dicantur. l. ſunt autem 7. ff.
de legiti. tuto. vbi dicitur: quod illi ſunt ag
nati, qui ſunt cognati per virilis ſexus
cognationem coniuncti, quaſi à patre cog-
nati*: cum igitur D. Martinus Maça
ſit maſculus agnatus, & domna Eli-
ſabeth Vallebrera ſit fœmina cogna-
ta, abſque dubio don Martinus eſt
illi præferendus.

41 Nono: in caſu noſtro teſtator vo
cauit agnatos fictos, nimirum filios
domnę Catherinæ Maça in clauſ.
3. & filios domnæ Briandæ in clauſ.
7. cum grauamine delationis nomi-
nis, cognominis, & armorum: ergo
à fortiori agnatos veros, qualis eſt
don Martinus Maça per lineã maſ-
culinam à teſtatore deſcendens. Ita
argumentatur. Cephal. conſ. 251. nu.
57. & 58. lib. 2. his verbis: *Vltimo ſi di-
ctum maioratum eorum eſſe voluit, qui fi
cte fierent de ſua familia, & agnatione
ſuſcipiendo eius nomen, & arma, longe ma
gis eundem eſſe voluit eorum, qui vere, &
proprie ſunt de familia, & agnatione; cũ
68 non ſit credendum, quod voluerit præfer-
re agnatos fictos, & imaginarios, veris
ac naturalibus. Argumen. text. l. 3. in prin-
cip ff. de tutel. gl. ſ. in l. 1. C. de cura furio,
& in l. 1. in verbo, Curatorem, ff. eod. De
cius conſ. 120. col. 3. num. 4. verſ. Quia reſ
pondetur, & facit quod inquit Ioan. Ci-
uer tract. primog. lib. 3. quæſt. 2. num. 7. in
fin: præferendus eſt igitur D. Gab. agna-
tus ſanguinis verus & naturalis dominæ
aduerſariæ, cuius maritus, etiãſi aſſume-
re prædictum nomen familiæ, & agnatio
nis teſtatoris, non propterea eſſet verus,
& naturalis agnatus, ſed fictus, & ima-
ginarius: argum. l. fin. C. de his qui veni.
ætа. impetra. Decius conſ. 258. num. 6. So
cin. Iun. conſ. 39. nu. 55. 57. lib. 3. & idcir-
co debet poſtponi ex prædictis.* Hacte-
nus Cephal. idem ſcribit Crauet. cõſ.
579. num 14. & 15. vol. 4. fol. 38. his
verbis: *Octauo monendi ſumus, non ſim-
pliciter mulieres ab eiſque editos, ad feu-
dum hoc vocari: verum ſi primo ex eis ge
niti Scaramporum inſignibus cognomine-
que vtantur, atque adeo ciuilem, fictam-
que Scaramporum agnationem ſuſcipe-
rent*. Verũ enim vero agnatis à Sca-
rampis naturalibus interueniẽtibus;
credibile non eſt cogitatum id fuiſ-
ſe, vt fictæ agnationi locus eſſet, iura
potiora cauſa naturali nunquam nõ
obtinente, atque accidentali, ſeu fi-
cta. l. qui habet. ff. de tutel. l. filio. ff. de
liber. & poſth. l. fin. C. de his, qui ve-
ni. ætat. impetrau. l. penult. C. de
adopt. cap. preſent. §. idem de præ-
bend. lib. 6. inde fit, vt ad cauſam na-
69 turalem, non accidentalem, ratio ha-
bita videatur. l. profectitia. §. fin. ff.
de iure dot. & in caſu memorabili,

Ang.

Ang. ſcribit in conſ. 397. Luduſpilæ, col. 1. Rurſum cum agnatio hæc ab inſignibus Scaramporum ferendis in fictione tota ſeruetur: fictioni non aliter locus eſſe debet, niſi quando veritas ſuccurrere non valet. l. nō dubito in princip. ff. de capt. Curtius
44 poſterior in conſ. 5. col. 2. num. 41. è qua ad fictionem ita aditur, ſi commode aliter conſuli rei nequit, l. quia ratio, ff. de condic. indebiti. Bart. in l. per ius iurandum, §. tutor. ff. de acceptil. in conſ. 55. col. 4. num. 12. lib. 2. & in caſu noſtro dictus don Martinus Maça, qui eſt maſculus, & deſcendens à fideicommiſsi, & maioratus inſtitutore per lineam maſculinam, licet mediantibus pro auo, & ab auo naturalibus tantum, eſt agnatus, cum iuxta conſuetudinem Regni Valentię, ſit de domo, & familia te-
45 ſtatoris, & ſic agnatus: at vero dicta domna Eliſabeth Vallebrera, & quod fortius eſt, eius filij maſculi non ſunt agnati, nec illa, nec iſti poſſunt conſeruare agnationem, vt fuit deciſſum in Senatu Sabaudiæ, & teſtatur, Faber. in ſuo Cod. Fabriano lib. 6. tit. 18. de verb. ſignific. diffinit. 1. his verbis: *Magna contentione certatum eſt inter noſtros, an appellatione maſculorum, in ſubſtitutionibus, comprehendantur maſculi, ex fœminis deſcendentes. Illa diſtinctio Senatus noſtro ſemper probabilior viſa eſt, an teſtator in excludendis fœminis rationem habuerit conſeruandæ familiæ, an non: Vt poſteriore caſu comprehendantur, priore non item, quod eadem concluſionis ratio noceat liberis, quæ matri: Neque enim per maſculos, ex fœminis deſcendentes magis conſeruari familia poteſt, quam per ipſas fœminas: quando quidem patris ſui, non matris familiam ſequuntur.*

46 Decimo in caſu noſtro teſtator prætulit nepotes maſculos, ex eius filijs don Ludouico, & don Ioanne Franciſco Maça domnæ Catherinæ Maça propriæ filiæ: non enim eam ad fideicommiſſum vocauit, niſi deficientibus deſcendentibus dictorum duorum filiorum, & ſic prætulit remotiores, filiæ proximiori. Quod non poteſt conſiderari feciſſe ob aliam rationem, niſi quia erāt agnati: licet enim loquendo de filijs, ex legitimo matrimonio procreatis, non adiecit, illud verbum, maſculis; tamen intelligendum eſt de maſculis cenſiſſet, quia diſcretiuè de maſculis, & fœminis loquutus fuit, vt ſupra latè probaui in 4. huius part fundament. num. 19. Ergo quamuis domna Eliſabeth Vallebrera ſit ex linea vltimi poſſeſſoris, & illi proximior don Martinus Maça: quia maſculus, per lineam maſculinam à teſtatore deſcendens, illi præfe-
47 rendus eſt: nam vna pars teſtamenti aliam declarat. l. qui filiabus 17. ff. de legat. 1. Corrobo-
48 ratur hæc ratio, ex mente teſtatoris ſatis declarata, ex quo ſemper vocauit maſculos, duabus tantū fœminis exceptis, nimirū Catherinæ filia. & Briāda nepte, quas nō ſimpliciter vocauit, ſed temporaliter dūtaxat. Vt ponderatum fuit in Regia ſententia anni 1570. num. 30. ibi: Hæreditas prædicta fœminis ad tēpus,

tantum relicta fuerit cum onere, vt primogenitis earum maſculis tenerẽtur eam dare, atque relinquere,&ita tẽporaliter, dum filios maſculos nõ haberent, & eas grauauit, vt ſtatim eorum filijs maſculis bona dicti fideicommiſsi, & primogenituræ reſtituerent:& ſic noluit eas bona poſſidere,niſi indefectum maſculorum ex eis,nec vocauit earum filias, vel fœminas deſcendentes, ſed dumtaxat maſculos,ſæpè repetendo qualitatem,maſculinitatis, in contextura teſtamenti de fœminis,nullam faciẽdo mentionem,& tacitè eas à ſucceſſione ſuorum bonorum excludendo:& ita quando vocauit filios de maſculis intellexit. Quod cõprobatur ex his,quæ ſcribit.Molin. de Hiſ
49 pan.primog.lib.3.cap 5.num.30. vbi ait:quod licet in diſpoſitionibus legis cum auus,& l.cum acutiſsimi.C. de fideicom.intelligatur conditio, ſi ſine liberis maſculis,vel fœminis deceſſerit;tamen quando teſtator adiecit illud verbum,maſculis, conditio non comprehendit fœminas.Et idẽ, ait.Peregrin.de fideicom, art.25. nu. 11.qui ſubiungit,hæc verba: Hoc caſu ob expreſſam maſculorum qualitatem ceſſet tacita prouiſio dictæ legis cum auus: tum per eam rationẽ:
50 quia expreſſa prouiſio hominis facit ceſſare tacitam legis prouiſionẽ. l.cum ex filio,§.1.ff.de vulg.l.fin. C. de pactis conuen. tum etiam; quia per expreſſam maſculorum conditionem conſtat à teſtatore de filijs cogitatum: ac ideo ceſſat prouiſio illarum legum. Et ſic quoque latè cõcludit Anton.Gabriel,de verb.ſign. concluſ.6.num.106.& ſeq.

Vndecimo negari non poteſt teſtatorem maſculinitatem dilexiſſe, vt conſtat ex ſupradictis. numer. & expreſsè legitur in dicta ſenten-
51 tia anni 1570. de qua in facti narratione.num.29.ibi apertè liquet teſtatorem præfatum maſculinitatẽ eius deſcendentium dilexiſſe,&vt inquit Molin.de Hiſpan. primog. lib.3. c.5. num.30.maioratus inſtitutor,ex ſola maſculorum vocatione,ex natura,& propietate,huius verbi, maſculus,fœminas excludere cenſendus ſit:. Ad poſitionem namque maſculorũ, ſequitur excluſio fœminarum. Quod probatur ex text.in l.1. de adult. ibi: *Quæ cum maſculis iure mariti facultatem accuſandi detuliſſet,non idem fœmi-*
52 *nis priuilegium detulit*,l.1. vbi Bald. & ſcrib. ff. de leg. & in l. ſcripturas, C. qui potiores in pign.hab. in c. Raynald.verb. Si abſque maſculis,de teſtam.& latiſsimè comprobat Peregrin. de fideicom. art.25.num.11.fol. mihi 235.vbi plura refert.Cum igitur don Martinus Maça ſit maſculus, quamuis,non eſſet agnatus præferri debet domnæ Eliſabeth Vallebrera, quę eſt fœmina.

Sed his non obſtantibus,contrarium fuit deciſum. Primo, quia dictus don Martinus Maça (qui prætendit hoc fideicommiſſum eſſe agnationis,& vti agnatus in eo ſucce-
53 dere) non probauit eſſe agnatum,ad quod tenebatur, vt ait Gratian. diſcept.foren.lib.3.cap 491.num 14.his verbis: *Et generale eſt, vt agens tanquam agnatus,debeat probare agnationẽ. Dec.conſ.13. pro tertia col.2. Socin. Iun. conſ.*

conſ.76.num 65.lib.1.& non ſolum ſe ag natum, ſed etiam legitimum.Cephal.conſ. 82.num.10.lib.1. Roland. conſ.32. num. 18.& 19. lib.3.& conſ.3.num.40. vſque ad 48.lib.1.quamuis non opponatur.Dec. conſ.61. in princip. Bec. conſ.75.num.6. Honded.conſ.4.nu.103.lib.1.Rim. Iun. conſ.494.num.20.lib.5. & dictus don Martinus Maça, ne dum, hoc non probauit:ſed imò conſtat,& proceſſu ipſum non eſſe agnatum: deſcendit enim per lineam illegitimam fideicommiſsi inſtitutoris, mediantibus D.Ioanne Maça nepoti naturali tantum,& alio D. Ioanne baſtardo dicti naturalis filio: & percõſequẽs,
54 nõ eſt agnatus.Ita CardinalisMant. deciſ.319. Rotæ Romanæ.num.7.his verbis: *Siquidẽ naturales tantũ non poſſunt conſeruare agnationem, l. ſi ſpurius, & l.hac parte, ff. vnde cognati. Bart. conſ.54.num.1.Bald.in l. certum. num.8. C.vnde cognati.Cor.conſ.200.nu.10. & latè Crauet.conſ.138.num.3.cum ſeqq. vſque ad num.12.* Et probatur hæc opinio in d.l.ſi ſpurius,4. ff. vnde cog: nat.cuius verba ſunt: *Si ſpurius in teſtato deceſſerit iure conſanguinitatis, aut agnationis,hæreditas eius ad nullum pertinet: quia conſanguinitatis, itemque ag-*
55 *nationis iura à patre oriuntur.* Crauet. d.conſ.138.à num.3. vſque ad num. 12.his verbis: *Aut vult venire ex capite, vnde legitimi,tanquam agnata,& non poteſt:quia etiam naturalis propriè ſumptus non habet iura agnationis, niſi reſpectu Patris,etiam ſi talis naturalis legitimetur per oblationem Curiæ,* l.communium,C.de naturalibus liber.ibi: *Nec permittatur eis contra ſubſtantiam ab eo dem naturali patre deſcendentium,vel aſcendentium,vel ex latere agnationis, vel cognationis iure ei patri coniũctorum, licet ipſi legitimi ſucceſſores eidẽ naturali patri per memoratã fortunã efficiantur, aliquod ius ſibi vendicare.* §. filium in auth.quoq.mod.natur.effic.ſui,& ita (inquit Craueta)naturales,licet patri abinteſtato ſuccedant in duabus vncijs,non exiſtente ſobole legitima,& coniuge.auth.licet,C.de natur. liber. Non tamen reperitur, quod ſuccedant alijs attinentibus, ex parte patris,puta tranſuerſalibus:imò contrarium expreſsè ſtatuitur,in d.l. communiũ,& d.§.filiũ,vbi dicitur:quod etiam poſt legitimationem, per oblationem Curiæ non efficiuntur agnati,alijs coniunctis ex parte patris,ſed
56 tantum ipſi patri. Ex quibus iuribus fortius etiam probari videtur.quod nec ipſe patri naturalis efficitur agnatus,niſi legitimetur: ſi enim eſſet agnatus, & iura agnatorum conſequeretur,ipſi patri æqualiter ſuccederet cum alijs legitimis,aut ſaltem,nõ obſtante ſobole legitima inſolidum poſſet ſuccedere;& tamen dicitur in d.auth.licet:quod ſolum poteſt ſuccedere in duabus vncijs,non extante ſobole legitima,& coniuge. Et idem Crauet.num.5.verſ.4.ſubiungit hæc verba: *Quarto probatur iſta concluſio, per text.in l.hac parte in l.ſi ſpurius, & l.Modeſtinus,ff.vnde cognat.in quibus iuribus expreſsè dicitur, quod ſpurij iura agnationis nõ obtinent,ſed cognationis tãtum,& ſi dicas illa iura loquuntur in ſpu-*
57 *rijs,nos in naturalibus. Reſpondeo,quod in illis legibus verbum,ſpurius,capitur generaliter pro omnibus,qui naſcuntur ex coitu non damnato a iure.* Et ſic etiã pro *natu*

naturalibus,Bart.in l.fin.num.2. ff. de his quibus, vt in dig. Clarius Iacob. de Puteo inter conſil.Calca.in conſ. 62.col.2.Alexand.in conſ.174.in fin. lib.5.Capra in conſ.108. col.3. in fin. & in conſ.136.in fine,Bald.conſ.319. num.8.verſ.Præterea,lib.4.ibi: *Præterea iure teſtator conſiderauit agnationem,dum dicit,ex maſculina,quæ non cadit in baſtardus*, vt ff. vnde cogn. l. ſi ſpurius,& l.hac parte.Cardin.Mantic.de coniect.volunt.lib.8.tit.12. nu.

58 20.poſt mediū,qui ita ait: *Sed cum teſtator ad familiam, hoc eſt ad agnationē reſpexit ſine diſtinctione naturales debēt à fideicommiſſo repelli:quia non ſunt agnati:& conſequenter familiam conſeruare non poſſunt.* Bart.in l.vult. nu.1. C. de verb.ſign.& ibi Bald. num.4. idē Bart. in l. tutelas in princip. num.4. verſ. Aut enim accipis de cap.dimin. idē in l. pronūtiatio.§.familiæ.verſ. Quę ſunt,ff.de verb.ſign.& Bald. in l.centum,nu.8.C. vnde legit. Corn. in conſ.200.num.10.& 11.vol.4. Socin.Iun.in conſ.77. num.23. vol.3. & ipſa cū poſteris, etiam de domo,ſeu familia eſſent ſubſtituti.Cōſuluit Capr.in conſ.90.num.4.& infra. Et tradit Gual.in tit.de ſubſtitut.cautel.33. eandem opinionem, quod naturales non ſint agnati,tenet Valençuel. conſ.97.num.65.verſ. Quibus accedit.Molin.de Hiſpan.primog. lib.1. & 4.num.46.ibi: *Quod nedum in ſpu-*

59 *rio, ſed etiam in naturali, & baſtardo procedit:baſtardus namque, ſeu naturalis,nec dicitur de familia, nec de domo, nec agnatione,nec etiam cognatione parētis:cum enim hæc nomina iuris, non autē ſolius naturæ ſint,ad filios naturales,ſeu*

60 *baſtardos non extenduntur.* & ibi pro hac ſentent. allegat. Molin. Bartol. Alcia. Ang. Alex. & Tiraquellum in locis per eum relatis,Peregr. de fideicom.art.22.num.82.fol.mihi 205. ibi: *Id relicto agnatis, aut agnationi,naturales,& multo minus ſpurij continentur,& ibi multos DD.pro hac opinione refert;& in fine ait,Paduæ bis pro fiſco obtentum fuiſſe.Et bene aduertit*, Gratian.diſcept.for. lib.2. cap.218. num. 14.& 15.quod licet ſecundum com-

61 munē,vſum loquendi illegitimi dicantur de domo,& familia paterna. Cephal. conſ.591. num.13. lib.4. tamen talis vſus non eſt attendendus, cū domus,& familia accipiatur pro agnatione,vt latè concludit Peregr. de fideicom.art.22.num.83. Rimin. Iun. conſ.442. num.11. & 12. lib.4. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.8.n. 4.& 6.& de nobil.cap.15.num.12.Et quod baſtardi non ſint agnati, probat Mieres de maiorat,par.2. quæſt. 2.num.95.his verbis: *Hæc etiam alia nō leui ratione confirmantur:quia baſtar-*

62 *di,& ſpurij, non poſſunt portare arma patris;nec inſignia ſecundum Bald. in l. generaliter,§.cum autem.C. de inſtit. & ſubſtituit:quia ſecundum eum, baſtardi non ſunt de domo, nec agnatione, & ibi Bald.& alij ſcribunt:quod illegitimi prohibentur habere honores.Quod tradit Caſar Lamberti in tract.de iur e patr. lib.1. par.2.art.26.2.quæſt.princip.num.2.fol. 140.faciunt ſcripta per Ioannem Lupū, in Rubr. de donat. inter. vir. & vxor. cap.38. num.17. pag.109. vbi additio Gom.deciſ.148.Corbul.in tract. de iure emphit.in part.de priuat. ob lineam finitam. num.53.cum alijs, & vbi agitur de* conſer-

Digitized by Google

conſeruatione domus, & familiæ, per baſtardos non conſeruatur ſecundum Bald. in l. Libertinum, C. de interdict. matrim. notat Afflict. deciſ. 96. n. 10. vbi num. 4. vſque ad 10. alia ad propoſitum adducit. & Menoch. conſ. 164. num. 10 lib. 2. & conſ. 117. num. 51. & 52. lib. 2. & idem Mieres. num. 97. & 98. ibi vbi etiam tradit: filios illegitimos non eſſe de domo, caſata, nec parentela. Gambar. de offic. legati, lib. 7. num. 28. pag. 228. & faciũt ſcripta per eundem Cæſar. Lambert. in 26. art. præcedenti, fol. 140. nu. 1. cum ſeq. vbi reſoluit: filios illegitimos non eſſe admittẽdos ad ius patronatus, & in art. 29. ſeq. num. 6. tradit ex Gloſ. in Clemẽt. 1. in verb. Liberi de Baptiſmo, filios illegitime natos non includi in diſpoſitione legali quantum ad commodum, & honores, & tradit Selua. de benefic. par. 3. q. 7. nu. 12. fol. 157. Staphi. de litteris Gratiæ. pag. 227. num. 8. & conducunt, quæ ſcribo ſup. part. 1. quæſt. 51. Et quæ ſcribit Beroi. in conſ. 176. num. 65. lib. 2. vbi per plura probat, quod barſtardi, & ſpurij non dicentur de poſteris, nec de familia, & minus nepotes, nec deſcendentes ex illis, etiam legitimi. Et an illegitimi ſint de familia, tradit poſt alios Ioan. Lup. in cap. per veſtras, de donat. inter. vir. & vxor, §. 10. num. 14. pag. 44. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 88. num. 13. fol. 155. & etiam Cephal. in conſ. 440. num. 82. lib. 3. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 46. & 47. Auend. in l. 40. Tauri. gloſ. 11. num. 44. fol. 112. Peregr. in tract. de fideicom. artic. 22. num. 83. fol. 205. Et notatur etiam per Gregor. Lop. in proœm. tit. 13. p. 4. in gloſ. 2. & in gl. ſ. in verbo. Las honran. *Matth. de Afflict. deciſ. 96. num. 9. & plura contra ſpurios ſcribit notanter Ioſeph. Ludouic. deciſ. 8. num. 13. cum ſeq. Roland. in conſ. 79. nu. 40. cum ſeq. lib. 3. quod conſ. refert in 1. p. q. 48. num. 144. deciſ. in conſ. 365. viſo num. 2.* Hactenus Pelaez de Mieres:
64 cum igitur naturales, & baſtardi nõ ſint de agnatione ergo nec ab eis deſcendentes. Ita Mantica de cõiectu. vltim. volunta. lib. 8. tit. 12. nu. 21. vbi continuando quod dixerat nu. 20. ad med. ita ait: *Et cum naturales non poſſunt admitti, nec qui ex eis deſcendũt, admittendi ſunt, quamuis ſint legitimi: quia nulla conſequentia poteſt eſſe legitima ex illegitimo naſcendi principio, & radice corrupta, l. vlt. de naturalibus lib. Bart. in d. l. vlt. in fine, C. de verbor. ſigni. & Alciatus in conſ. 162. nu. 3. lib. 9. Quia non poteſt eſſe plus iuris in cauſato, quã in influẽti potentia cauſa, Bald. in l. 1. ff. de Senator. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 45. & excluſa radice, non poſſunt ramuli pullulare, & qui primitiua inficit, deriuata vituperat. Bald. in l. fin. in fin. C. de verb. ſignific. & in l. fin. C. de natural. liber.* Cum igitur dictus don Martinus Maça deſcendat à dicto Ioanne Maça baſtardo, nõ poteſt vti agnatus obtinere, & ita fuit deciſum
65 in Rota Rom. vt legitur in deciſio. 395. in recollectis per Farin. 1. tomo. 2. partis, pag. 517. præſertim num. 4. ibi: *Quibus accedit, quod ipſi, tanquam deſcendentes ab illegitimo, non videntur eſſe de domo, & agnatione Palauicina, quam teſtator conſiderauit. Bald. in d. l. vlt. num. 4. C. de verbor. ſignific. Anchar. conſilio 389. num. 2. deciſ. conſil. 85. verſ. Et idem dicit, Tiraquellus dict. cap. 15. de nobilitate, num. 24. & ita deciſum fuit.*

66 Et hoc fundamento, quod dictus don Martinus Maça, non erat agnatus, & ita non poterat excludere domnā Eliſabeth ream conuentam, deſcendentem per lineam legitimam & naturalem à don Ioanne Maça de Calloſa, in cuius lineā erat ingreſſa ſucceſsio. S. R. Conſilium confirmauit ſententiam latam in Regia Audientia Valentina: ſuper alijs enim, per Aduocatos deductis non ſumpſit reſolutionem. Sed quia per eximios vtriuſque partis aduocatos doctiſsimè multa alia fuerunt deducta, quæ nec fuerunt approbata, nec reprobata, viſum mihi fuit ea deducere.

67 Secundo in occurrenti caſu, hoc procedit, iuxta voluntatem, & diſpoſitionem don Petri Maça fideicommiſsi inſtitutoris, qui poſtquam in ſeptem primis clauſulis vocauit eius filios, nepotes & alios legitimos deſcendentes: conſiderando, quod poterat deficere eius deſcendentia per lineam legitimam & naturalem in octaua clauſula, addictum fideicommiſſum vocauit deſcendentem naturalem tantum, in illis verbis: *Volo, ordino, & mando, quod omnia dicta bona, & iura mea deueniāt ad alios filios, & deſcendentes meos, ſi reperientur*; ſi caſus fuit ſequutus. Et ita dicēdū eſt: deſcendentem naturalem tantum à teſtatore fuiſſe vocatum in defectū legitimorum deſcendentium; dictus tamen teſtator, qui deſcendentē naturalem dicto in caſu ad ſucceſsionem admiſsit, in nona clauſula adiecit hæc verba: *Etſi nō extiterint, vel quādocumque deceſſerint abſque filijs legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis, quod omnia dicta bona, & iura mea perueniant ad honorabilem Guillermum Maſco.* Et ita clarè voluit, quòd poſtquā deſcendens naturalis tantum fuit admiſſus, non admittantur amplius ad fideicommiſſum deſcendentes per lineam illegitimam à dicto naturali, ſaltē extantibus legitimis deſcendentibus dicti naturalis tantum. Cum igitur dictus don Martinus Maça deſcendat à don Ioanne Maça de Calloſa, teſtatoris nepote naturali tantum, mediante alio don Ioanne Baſtardo pronepote teſtatoris, iuxta illius voluntatem, & diſpoſitionem admitti non debet, extante dicta domna Eliſabeth Vallebrera & de Maça, quæ eſt abneptis dicti don Ioannis naturalis tantū per lineam legitimam, & naturalem.

68 Et pro hac ſententia facit lex fin. C, de natural. liber. quæ ita ait: *Cuidam, qui iuſtum filiū habebat, nepos acceſsit naturalis. Si nepotis nomen huiuſmodi ſoboli legibus accōmodādum eſſet, quærebatur: volebant enim tali naturali nepoti ex ſuo legitimo filio iam defuncto, progenito, totam ſuam ſubſtantiam relinquere, quaſi ſacris conſtitutionibus tantummodo in filijs naturalibus prohibentibus totum patrimonium, ſine quartā parte voluerit, eis relinquere, & certo fine partes eorū cōcludētibus. Huiuſmodi antē dubitatio, & in alia dubitationis ſpecie ventilata eſt: quid enim ſi ex naturali filio nepotem habeat auus legitimū patri ſuo, vel naturalem. In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima conſequentia in huiuſmodi perſonis cuſtoditur,*

ditur; ſed interuentu ſobolis naturalis;
nullum ius legitimum ſubeſſe poteſt, vel
neceſsitas relinquendi aliquid eis ex legi
bus immineat, liceat eis quantum volue-
rint ſuæ ſubſtantiæ in eos conferre. Et
poſtea ille text, ſubiūgit hæc verba:
Scilicet nulla legitima ſobole ſubſiſtente.
Et ita licet in defectum legitimæ ſo
bolis lex admittat ad ſucceſsionem
naturalem tātum; tamen exiſtente le
gitima ſobole, prout reperitur in ca
ſu noſtro per exiſtentiam dictæ dō-
næ Eliſabeth Vallebrera & de Ma-
ça, quæ deſcendit per lineam legiti-
mam, & naturalem, non eſt admit-
tendus dictus don Martinus Maça,
deſcendens per lineam illegitimam.
69 Tertio: hæc eſt certiſsima regula
in materia maioratuū, quod in illis
quatuor ſunt ſpectanda: primo, li-
nea: ſecundo, gradus: tertio, ſexus:
quarto, ætas. Vt dixit Molina de
Hiſpan.primog.lib.3.cap.4.num.13.
& 14.& latè multis relatis D. Gar-
cia Maſtrillis deciſ. 65. num.1.libr.1.
& Gaſpar Anton, Theſaurus quæſ.
Forenſ.lib.2. q. 12.num.12.qui alle-
gat Couarr.in pract. qq.cap.38. illa-
tione 15. volens eum allegare nu.6.
verſ.Etenim & alios plures. Primo
70 inquit Molin.d.num.14. conſiderā-
da eſt linea vltimi poſſeſſoris, vt qui
ex ea procedunt cęteris præferātur,
nec tranſitus fiat ad alias lineas, do-
nec ex ea deſcendentes finiantur.
cap.1. de natur. ſucceſ. feud. in vſib.
feud.Ibi: *Ad ſolos, & ad omnes qui ex*
illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et iterū.
Ibi; *Sed omnibus ex hac linea deficienti*
bus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocātur.
Per quem textum, id communiter
ſcribentes ibidem annotare ſolent,
prout ibi dixit Afflict.num.77.Idq;
etiam notant Paul. d. conſ.164. nu.
11.libro.2.Socin.in l. cognatis. ff.de
reb dub.num.14.col.penul.Idem in
l. hæredes mei.§.cū ita.colum.7. ff.
ad Trebell.Idem conſ. 73. num.14.
ſequent.libr. 4. Præpoſitus in cap.1.
numer.8.de feud. Marchiæ Ruinus
conſ.19.num.6.lib.2. Socin.in conſ.
126.num.2?.lib.1.Roland. Valle.qui
plura refert conſ.100.num. 14. cum
pluribus pręcedentibus, & ſequent.
lib.1. & *alibi ſæpe ſcriben.* Hactenus
Molin.& Gaſpar Anton. Theſaur.
71 d.q.12.num 2.ita ait: *Quod dicitur in*
primogenijs, maſculos fœminis eſſe præ-
ferendos, de maſculis euſdem lineæ, &
gradus, quādo pares ſunt in ſucceſsione;
non vero de remotioribus accipiendum
eſſe, vt tradunt Bald. conſ.275.libro.2.
Curt.Iun. de feud.p.3.q. 1. princip. verſ.
15.Ciner.d.q.19.num.5.Pariſ.d.q.10.nu.
25, Couarr.d.cap.88.num.8.Molina d.c.
4.num.4.& 5.Peregr. d.art.27. nu.15.
verſ. Denique. Didac. Spino d gloſ. 19.
n.89 Petrus Gregor.d.p. 4.q.4. nu.19.
Et ideo, cōmuniori calculo in arti-
culo, & quæſtione principali, de qua
72 agitur receptum eſſe, filiam vlti-
mi poſſeſſoris ad primogenituræ
ſucceſsionē, mortuo patre, excluſis
maſculis vlterioris lineæ in promiſ-
cua primogenitura, pro maſculis, &
fœminis conceſſa, cum prælatione
maſculorum, admittendam eſſe, vt
docuerunt Andr.de Iſer.in d cap.1.
de eo qui ſibi: vbi data etiam conſti
tutione Regni, diſponentis, quod
maſculis extantibus, fœminæ non
ſuccedant, voluit filiam primogeni-
ti

Digitized by Google

pagarent, vt poſt Socinum, Peregr.
& Tiraquell. ſcribit Cephalus conſ.
251.n.48.lib.2 late Didac. Burgenſ.
q.2.n.71. & primogenitum ob id in
ſucceſsione preferri dicit Ioã. Tom.
Minadouſin Conſtitutio. Regni, in
aliquibus, notab.3.n.130. Surd. conſ.
375.n.15.lib.3. Primogenituráq; à no-
bilibus, ideo cõſtitui optimè demõ-
ſtrat excellentiſsimus D. Præſes Mo
ror.conſ.99.n.17. Hac ratione fœmi
nas, ac filias proprias tanquam ſuæ
familię nomen in alienam transfe-
rentes, à teſtatoribus excludi, vt
ſupra dictis relatis dicit Gaſpar An
to Thel.q.forenſ. lib.1. q.34 n.3. de-
fendit Didac.var. reſol. lib.1.cap.19.
n.11. quẽ ſequitur D. Præſes, Me-
noch.de præſumpt.libro 4. cap. 82.
28 n.45.& cap. 88.numero.5. Et hac ra
tione à maioratus, & primogeni-
turæ ſucceſsione Monaſterium ex-
cludi: dicit Ioann. Gutierrez Ca-
nonicarum quęſtionum, cap.32.nu-
29 mero 29. & 30. Hancq; ſolam ob
conſiderationem diligenter à teſta-
toribus multis, in iſtis perpetuandis
maioratibus, & fideicommiſsis pro
uideri ſolet, vt nullo de agnatione
ſua maſculo, qui nomen, & arma do
mus ferre poſsit, ſuperexiſtente, alte
rius familiæ, & ſanguinis etiam ad
ſucceſsionem aliquis euocetur, qui
nomen, atque inſignia teſtatoris aſ-
ſumendo, extinguendam, ac mori-
bundam familiam non reuiuiſcat,
atq; agnationem repræſentet. Qua
in re pluribus cautelis, & priuationi
bus hęreditatum teſtatores vtũtur,
ne ab hæredibus hac ſua voluntate
fruſtrentur; multiq; ſunt qui nec eõ
mixtione armorum vtriuſq; familię
contenti ſunt: ſed volunt ſucceſſo-
res ſimplicia deferre ſuæ domus ſtẽ-
mata, & ſolo, ac ſimplici ſuę familiæ
cognomine vti, quorum præcepta
ſunt ad vnguem ſeruanda, & vti le
ges teſtamentarię cuſtodienda, pro-
ut omnes vno ore Doctores admit
tunt, vt plenè colligimus ex traditis
per Ant. Theſaur. deciſ.270. Et plu-
res ad propoſitum noſtrũ facientes
cõſiderationes, multaq; huiuſce rei
exẽpla profert vir doctiſsimus Mo
lin. de primog. lib.1. c.14.nu.5. dicẽs
hoc eſſe ſucceſſoribus in maioratus
30 fundatione perpetuo præcipiendũ.
Imò hoc onus deferendi nomen, &
arma fundatoris, ſine vlla expreſſa
iuſsione ipſo iure in primogenituræ
ſucceſſores particulariter deſcẽdere
Galliæ, & Hiſpanię conſuetudine
idẽ Theſ. n.1, &. 2. demõſtrat. In ca-
ſu autẽ noſtro teſtator multoties re
31 petijt qualitatẽ maſculinitatis, maſcu
los fœminis praferẽdo. Licet enim
poſt filios ſuos maſculos. D. Ludo-
uicũ Cornell, & D. Ioanẽ Franciſcũ
Maça, quos primo loco ad fideicõ-
miſſũ vocauit, ad ſucceſsionẽ eiuſdẽ
admiſit Catherinã filiã; hoc tamẽ fe
cit cũ grauamine dãdi dicta bona fi
lio eius maſculo, qui deferre tenere-
tur nomẽ, & arma teſtatoris. Et ite-
rũ repetijt maſculinitatem, dicẽdo,
quòd ſi filius primogenitus maſcu-
lus Domnæ Catherinę abſque libe-
ris deſcederet, bona peruenire t ad
filium maſculum eiuſdem Catheri-
nę, & ſic ſequeretur per ordinem
de vno in alium filium maſculum,
& his deficientibus, peruenirent
ad

ad don Petrum Maça teſtatoris nepotem ex don Martino eius filio; & ſucceſsiue vocauit don Martinum iuniorem, eiuſdem teſtatoris nepotem, ex eodem D. Martino filio, & poſtea alios nepotes maſculos ex dicto don Martino filio. Et quando ad ſucceſsionem admiſit domnam Briandam neptem, pariter eam grauauit, vt teneretur dare omnia dicta bona primo eius filio maſculo, & quod eo, ſine liberis decedente, ſuccederẽt alij filij maſculi eiuſdem, & ita maſculinitatem contemplauit, & ſemper ſucceſſoribus impoſuit grauamen delationis ſui nominis, cognominis, & armorum. Et ita dicendum eſt: voluiſſe conſeruare agnationem; & per conſequens don Martinus Maça tãquam agnatus præferri debet domnæ Eliſabethæ Vallebrera fœminæ, cognatæ quamuis ab eodem teſtatore deſcendenti.

32 Septimo: dictus teſtator quando vocauit nepotes ex don Martino filio, & diſpoſuit: quod ita ſequeretur de vnó in alium nepotem filiorum maſculorum dicti don Martini vſque ad vltimum ipſorum morientẽ in 6. clauſula ſui teſtamenti ſub nomine, nepotum maſculorum, comprehendit nepotes, abnepotes, & alios deſcendentes maſculos, vt late probaui in meo reſponſo iuris poſt deciſ. 163. nu. 2. & 4. in 2. tomo deciſ. Regiæ Audientiæ Valentinæ, pag. 319. iuxta doctrinam Bart. in l. liberorũ. 220. nu. 17. de verb. ſignific. canonizatã per Rotam Romanam, deciſ. 243. in 2. p diuerſ. ſacri Palacij. Cum igitur don Martinus Maça ſit deſcendens maſculus à dicto D. Martino teſtatoris filio, & ſub nomine nepotis comprehendatur, quia eſt atnepos dicti D. Martini teſtatoris filij: dicendum eſt in dicta 6. clauſula fuiſſe vocatum.

33 Octauo: licet regulariter filij naturales tantum, & ab eis deſcendentes, non dicantur de domo, & familia teſtatoris; hoc tamen fallit in caſu noſtro: iuxta ea, quę docet Menoch. de præſump. lib. 4. præſum. 88. num. 14. vbi poſtquam nu. 13. dixit, quod illegitimè nati, qui ferre non poſſunt arma, & inſignia familiæ patris, ſub nomine domus, ſeu illis de domo, hoc in caſu non continẽtur, ſubiungit hæc verba. *Hoc tamen locũ non habet, quando vſus ipſe communis admiſit, quod illegitime nati ferre poſſint inſignia, domus, & familiæ, eiuſque nobilitatis commoda retinere, ſicuti de communi vſu loquendi Fuſciæ teſtãtur Bartolus, Baldus, & Corneus in l. vlt. C. de verborum ſignificat. Sic de vſu Florentino, & Peruſino, affirmat Angelus in conſilio* 30. *num.* 6. *Ita de vſu Regni Galliarum teſtati ſunt Guido Papa, quæſtione* 580. *& Beroius in quæſtione* 127. *in fine, qui tamen dixerunt: non comprehendere ſucceſsiones bonorum: Sic etiam de vniuerſali aliorum locorum loquendi vſu aſſerit* Socinus Senior in conſilio 102. numero 8. lib. 3. & de communi vſu apud Brexienſes ſcribit Achiles Pedrocha in

34 conſilio 10. numero 10. *Ceſſat etiam hoc quando extat præſumpta voluntas diſponentis, qui ſenſit etiam ſub nomine domus, & familiæ contineri ſpurios,*

35 vt reſpondit Socin. Sen.in dict.conſilio 102. numero 9. libro.3. & probatum fuit in proceſsu cauſæ tunc vertentis in Regia Audientia Valētina, circa hoc fideicommiſſum in Regno Valentiæ, naturales eſſe de domo. Et ita fuit declaratum in Regia ſententia, lata in fauorem Don Ioannis Maça de Calloſa, anno 1570. vt conſtat ex verbis dictæ ſententiæ ſupra relatis in facti narratione, numero 18. & per conſequens verſamur in caſu dictæ limitationis, quod filij naturales, & ab eis deſcendentes ſuccedere poſſunt in hoc fideicommiſſo, relicto deſcendentibus, cum grauamine delationis nominis, & armorum, maximè deficiente tota linea legitimorum. Declarauit dicta ſententia ann.1570. vt conſtat ex facti narratione numer 53. ibi: & attento quod ſi teſtator de prædictis interrogatus fuiſſet, veroſimiliter credendū eſt, quòd ad prædictorum bonorum ſuorum ſucceſsionem potius admiſiſſet, deficientibus omnibus alijs deſcendentibus ex totali linea legitimorum dictum Ioannem Maça actorem, illius deſcendentem legitimum, & naturalem, & de nomine, & armis, & ex patre etiam legitimo & naturali, quantumcunque ab auo non legitimo, quam eidem penitus extraneos: quia intelligendum eſt, illud teſtatorem feciſſe, & diſpoſuiſſe, quod prudētibus conuenit. Et multum facit quod ponderauit Regia ſententia, numero.29. ibi: Ex qua conditione, & onere deferendi nomē, inſignia, & ſtigmata teſtatoris, cum armis, & nomine nobilium remaneat, & ſeruetur principalis domus memoria, & genituræ ſplendor: & præſertim quando poſt deſcendentes ſuos vocat teſtator extraneum, & eius deſcendentes maſculos, cum dicto onere nominis, cognominis, & armorum, prout in occurrenti caſu ſatis aperte apparet prædictum teſtatorem voluiſſe conſeruare eius agnationem, & nomen, & relinquere eis bona, familiam ſuam æternam, & immarceſsibilem reddere.

36 Nono: teſtator voluit agnationem ſuam conſeruare, vt expreſſe dicitur in dicta ſententia lata anno 1570. in fauorem don Ioannis Maça de Calloſa, aui dictæ domnæ Eliſabethæ Vallebrera, numer.29. in fine. ibi: ſatis aperte apparet prædictum teſtatorem voluiſſe conſeruare eius agnationem, & nomen, & relinquere eis bona, familiamque ſuam æternam, & immarceſsibilem reddere: & attenta etiam qualitate maſculinitatis, per viam diſpoſitionis in dicto teſtamento ſæpius adiecta, & repetita, cum in ſex prædicti teſtamenti partibus, videlicet, in filijs Catherinæ, Martini: Briandæ, & extranei expreſſe vocet filios maſculos. Ex quo etiam ſatis aperte liquet teſtatorem præfatam maſculinitatem eius deſcēdentiam dilexiſſe, bonaque ſua in eius deſcendentium agnatione, & familia perpetuo conſeruare voluiſſe.

37 Nā agnationem indicat multiplicata expreſsio maſculinitatis, vt legitur

in

in deciſione Rotæ. 354. numero 4. in recollectis per Farinac. tomo. 1. 2. partis. pag. 391. ibi: in caſu autem iſto vrget diſpar ratio; quia in prima ſubſtitutione agebatur de conſeruatione agnationis Balthaſaris filij, quod indicat multiplicata expreſsio maſculinitatis. Ioan. Andræas in addit. ad Specula. in Rubrica de teſtament. in fine. Mattheſilan. notab. 130. Alex. in l. venia, nu. 6. C. de in ius vocand. Aym. conſ. 113. num. 2. Ruy. conſ. 101. num. 15. lib. 2. Cephal. conſ. 241. num. 49. In iſtis terminis tradit Decius conſil. 480.
38 num. 4. Item teſtator iuſsit ſuos nepotes maſculos ex Catherina filia, aſſumere nomen, & cognomen dō Petri Maça, & deferri eius arma, vt legitur in clauſula tertia in fine: iuſſit etiam domnam Briandam neptem ſuam, ex dōna Blanca filia, certo in caſu ſubſtitutam, relinquere omnia bona primo filio maſculo ipſius, qui pariter teneretur accipere nomen, & cognomen, & deferre arma, quod indicat voluntatem conſeruandæ agnationis, vt declarat Pariſ. conſ. 19. nu. 34. in fin. cum ſeq. his verbis: *Et ipſe teſtator in defectū maſculorum, vocauit filias ſuas, & demum deſcendentes ex filiabus, & ſciens, quòd filij erant alterius familiæ, & agnationis, vt in §. fin. inſtit. de patria poteſtat. & in l. nam ciuium, & l. ſeq. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum concord. vt etiam in illis eius familia, & agnatio conſeruaretur, adhibuit remedium, vt ita demum venirent, ſi vocarent ſe de eius familia, & agnatione, & aſſumerent eius arma, per quos actus eius familia, & agnatio conſeruabatur.*

39 Præterea: teſtator quando vocauit Guillermum Maſco extraneum, & eius filios, & deſcendentes, iuſsit eius nomen, & cognomen aſſumere, & deferre eius arma: quo caſu cēſetur etiam velle conſeruare agnationem, vt probat Cephalus, ſcribens in cauſa Ducatus de Alburquerque, conſilio. 251. num. 50. libro 1. his verbis: *Item ex eo, quod ſemper iuſsit fœminarum maritos teneri aſſumere nomen, & inſignia eius familiæ, quod eſt indicium agnationis conſeruan-*
40 *dæ.* Ripa in l. Centurio. numero 164. ff. de vulgar. his verbis: *Qua ratione reſpondebam ſuperioribus diebus: quòd ſi teſtator filios maſculos in conditione poſuit, & deficiente linea maſculorum, extraneum ſubſtituit cum onere deferendi nomen, & arma ipſius teſtatoris, quod tunc filij maſculini cenſeantur ſubſtituti: quia expreſſe apparet teſtatorem voluiſſe familiam ſuam æternam, & immarceſsibilem reddere.* Cum igitur fideicommiſſum noſtrum ſit agnationis, in eo debet ſuccedere don Martinus Maça: quia eſt maſculus deſcendens per lineam maſculinā, excluſa domna Eliſabeth Vallebrera. Iuxta ea, quæ tradit Molin. de Hiſpan. primogen. libro. 3. cap. 5. nume. 1. & 2.
41 vbi ait: quòd ſi in maioratus inſtitutione eiuſdem inſtitutor profiteatur ſe ea ratione maioratum inſtituere, vt bona ipſa perpetuo in agnatione conſeruentur, ex huius rationis expreſsione fœminæ, atque etiam maſculi ex eis deſcendentes perpetuo excluſi cen-

ſendi erunt; etiam in caſibus in
diſpoſitione nõ expreſsis,& ibidem
reddit rationem: quia fœminæ ſuc-
ceſsio agnationis conſeruationi re-
pugnat,cum ipſa ſit finis agnationis.
l. denuntiatio,§. familiæ, ff.de verb.
ſign.l.Iuriſconſultus, in princip. ff.
de grad. & in inſtitu.de legi. agnat.
ſucceſ. l.aduerſus. C. de crim. expila
hæred.l.quinque, cum ſimilibus. C.
de re mi'ita.lib.10.& poſtea ſubiun-
git Molin. hæc verba: *Ideoque in hac
ſpecie,fœminæ propter maſculos remotio-
res excluduntur,idque efficitur agnatio-
nis fauore ſub vocatione: namque agnato-
rum,deſcendentes ex fœminis non com-
prehenduntur:cum ipſi non agnati, ſed
cognati eſſe dicantur.l.ſunt autem 7.ff.
de legiti.tuto.vbi dicitur:quod illi ſunt ag-
nati, qui ſunt cognati per virilis ſexus
cognationem coniuncti, quaſi à patre cog-
nati*: cum igitur D.Martinus Maça
ſit maſculus agnatus,& domna Eli-
ſabeth Vallebrera ſit fœmina cogna-
ta, abſque dubio don Martinus eſt
illi præferendus.

41 Nono: in caſu noſtro teſtator vo
cauit agnatos fictos, nimirum filios
domnę Catherinæ Maça in clauſ.
3.& filios domnæ Briandæ in clauſ.
7.cum grauamine delationis nomi-
nis, cognominis,& armorum: ergo
à fortiori agnatos veros, qualis eſt
don Martinus Maça per lineã maſ-
culinam à teſtatore deſcendens. Itã
argumentatur. Cephal.conſ.251. nũ.
57.& 58.lib.2.his verbis: *Vltimo ſi di-
ctum maioratum eorum eſſe voluit,qui fi
cte fierent de ſua familia, & agnatione
ſuſcipiendo eius nomen,& arma,longe ma
gis eundem eſſe voluit eorum,qui vere,&
proprie ſunt de familia,& agnatione; cũ
68 non ſit credendum, quod voluerit præfer-
re agnatos fictos, & imaginarios, veris
ac naturalibus. Argumen.text.l.3.in prin-
cip ff.de tutel glo.ſ.in l.1.C.de cura furio,
& in l.1.in verbo, Curatorem, ff.eod. De
cius conſ.120.col.3.num.4.verſ. Quia reſ
pondetur,& facit quod inquit Ioan. Ci-
uer tract.primog.lib.3.quæſt.2. num.7.in
fin: præferendus eſt igitur D.Gab. agna-
tus ſanguinis verus & naturalis dominæ
aduerſariæ,cuius maritus,etiãſi aſſume-
re prædictum nomen familiæ,& agnatio
nis teſtatoris,non propterea eſſet verus,
& naturalis agnatus, ſed fictus,& ima-
ginarius: argum.l.fin. C. de his qui veni.
æta.impetra. Decius conſ.258.num.6.So
cin.Iun.conſ.39.nu.55.57. lib.3.& idcir-
co debet poſtponi ex prædictis.* Hacte-
nus Cephal.idem ſcribit Crauet.cõſ.
579.num 14. & 15. vol.4. fol.38. his
verbis: *Octauo monendi ſumus, non ſim-
pliciter mulieres ab eiſque editos, ad feu-
dum hoc vocari: verum ſi primo ex eis ge
niti Scaramporum inſignibus cognomine-
que vtantur,atque adeo ciuilem, fictam-
que Scaramporum agnationem ſuſcipe-
rent.* Verũ enim vero agnatis à Sca-
rampis naturalibus interuenĩẽtibus,
credibile non eſt cogitatum id fuiſ-
ſe,vt fictæ agnationi locus eſſet, iura
potiora cauſa naturali nunquàm nõ
obtinente, atque accidentali, ſeu fi-
cta.l.qui habet.ff.de tutel.l.filio.ff.de
liber.& poſth.l.fin. C. de his,qui ve-
ni. ætat. impetrau. l. penult. C. de
adopt.cap.pręſent. §. idem de præ-
bend.lib.6.inde fit,vt ad cauſam na-
69 turalem,non accidentalem,ratio ha-
bita videatur.l. profectitia. §. fin. ff.
de iure dot. & in caſu memorabili,
Ang.

Digitized by Google

Ang.ſcribit in conſ.397. Luduſpilz, col.1.Rurſum cum agnatio hæc ab inſignibus Scaramporum ferendis in fictione tota ſeruetur:fictioni non aliter locus eſſe debet, niſi quando veritas ſuccurrere non valet.l. nō dubito in princip.ff. de capt. Curtius
44 poſterior in conſ.5. col. 2. num.41. è qua ad fictionem ita aditur, ſi commode aliter conſuli rei nequit, l.quia ratio,ff.de condic.indebiti.Bart. in l. per iusiurandum,§.tutor.ff.de acceptil.in conſ.55.col.4. num.12. lib.2. & in caſu noſtro dictus don Martinus Maça, qui eſt maſculus, & deſcendens à fideicommiſsi, & maioratus inſtitutore per lineam maſculinam, licet mediantibus pro auo,&ab auo naturalibus tantum, eſt agnatus, cum iuxta conſuetudinem Regni Valentię,ſit de domo,& familia te-
45 ſtatoris, & ſic agnatus: at vero dicta domna Eliſabeth Vallebrera, & quod fortius eſt, eius filij maſculi non ſunt agnati, nec illa, nec iſti poſſunt conſeruare agnationem, vt fuit deciſſum in Senatu Sabaudiæ, & teſtatur, Faber. in ſuo Cod. Fabriano lib.6. tit.18. de verb. ſignific. diffinit.1. his verbis: *Magna contentione certatum eſt inter noſtros, an appellatione maſculorum, in ſubſtitutionibus, comprehendantur maſculi, ex fœminis deſcendentes. Illa diſtinctio Senatui noſtro ſemper probabilior viſa eſt, an teſtator in excludendis fœminis rationem habuerit conſeruandæ familiæ, an non: Vt poſteriore caſu comprehendantur, priore non item, quod eadem concluſionis ratio noceat liberis,que matri: Neque enim per maſculos, ex fœminis deſcendentes magis conſeruari familia poteſt, quam per ipſas fœminas: quando quidem patris ſui,non matris familiam ſequuntur.*

46 Decimo in caſu noſtro teſtator prætulit nepotes maſculos, ex eius filijs don Ludouico, & don Ioanne Franciſco Maça dominæ Catherinæ Maça propriæ filiæ: non enim eam ad fideicommiſſum vocauit, niſi deficientibus deſcendentibus dictorum duorum filiorum, & ſic prætulit remotiores, filiæ proximiori.Quod non poteſt conſiderari feciſſe ob aliam rationem,niſi quia erāt agnati:licet enim loquendo de filijs, ex legitimo matrimonio procreatis, non adiecit, illud verbum, maſculis; tamen intelligendum eſt de maſculis cenſiſſet, quia diſcretiuè de maſculis, & fœminis loquutus fuit, vt ſupra latè probaui in 4.huius part fundament. num.19. Ergo quamuis domna Eliſabeth Vallebrera ſit ex linea vltimi poſſeſſoris, & illi proximior don Martinus Maça: quia maſculus,per lineam maſculinam à teſtatore deſcendens, illi præfe-
47 rendus eſt: nam vna pars teſtamenti aliam declarat. l. qui filiabus 17. ff. de legat. 1. Corrobo-
48 ratur hæc ratio, ex mente teſtatoris ſatis declarata, ex quo ſemper vocauit maſculos, duabus tantū fœminis exceptis,nimirū Catherinæ filia,& Briāda nepte,quas nō ſimpliciter vocauit,ſed temporaliter dū taxat.Vt ponderatum fuit in Regia ſententia anni 1570.num.30.ibi: Hæreditas prædicta fœminis ad tēpus,

tantum relicta fuerit cum onere, vt
primogenitis earum maſculis tenerẽ
tur eam dare, atque relinquere,&ita
tẽporaliter, dum filios maſculos nõ
haberent, & eas grauauit, vt ſtatim
eorum filijs maſculis bona dicti fi-
deicommiſsi, & primogenituræ re-
ſtituerent:& ſic noluit eas bona poſ
ſidere,niſi indefectum maſculorum
ex eis,nec vocauit earum filias, vel
fœminas deſcendentes, ſed dumta-
xat maſculos,ſæpè repetendo quali-
tatem,maſculinitatis, in contextura
teſtamenti de fœminis,nullam faciẽ
do mentionem,& tacitè eas à ſucceſ
ſione ſuorum bonorum excluden-
do:& ita quando vocauit filios de
maſculis intellexit. Quod cõproba-
tur ex his,quæ ſcribit.Molin. de Hiſ
49 pan.primog.lib.3.cap 5.num.30. vbi
ait:quod licet in diſpoſitionibus le-
gis cum auus,& l.cum acutiſsimi.C.
de fideicom.intelligatur conditio, ſi
ſine liberis maſculis,vel fœminis de-
ceſſerit;tamen quando teſtator adie
cit illud verbum,maſculis, conditio
non comprehendit fœminas.Et idẽ,
ait.Peregrin.de fideicom, art.25. nu.
11.qui ſubiungit,hæc verba: Hoc ca-
ſu ob expreſſam maſculorum quali-
tatem ceſſet tacita prouiſio dictæ le-
50 gis cum auus: tum per eam rationẽ:
quia expreſſa prouiſio hominis fa-
cit ceſſare tacitam legis prouiſionẽ.
l.cum ex filio,§.1.ff.de vulg.l.fin. C.
de pactis conuen. tum etiam; quia
per expreſſam maſculorum condi-
tionem conſtat à teſtatore de filijs
cogitatum: ac ideo ceſſat prouiſio il
larum legum. Et ſic quoque latè cõ-
cludit Anton.Gabriel,de verb.ſign.
concluſ.6.num.106.& ſeq.

Vndecimo negari non poteſt te-
ſtatorem maſculinitatem dilexiſſe,
vt conſtat ex ſupradictis. numer.
& expreſsè legitur in dicta ſentẽ-
51 tia anni 1570. de qua in facti narra-
tione.num.29.ibi apertè liquet teſta-
torem præfatum maſculinitatẽ eius
deſcendentium dilexiſſe,&vt inquit
Molin.de Hiſpan. primog. lib.3. c.5.
num.30.maioratus inſtitutor,ex ſola
maſculorum vocatione,ex natura,&
propietate,huius verbi, maſculus,fœ
minas excludere cenſendus ſit. Ad
poſitionem namque maſculorũ, ſe-
quitur excluſio fœminarum. Quod
probatur ex text.in l.1. de adult. ibi:
Quæ cum maſculis iure mariti faculta-
tem accuſandi detuliſſet,non idem fœmi-
52 *nis priuilegium detulit*,l.1. vbi Bald. &
ſcrib. ff. de leg. & in l. ſcripturas, C.
qui potiores in pign.hab. in c. Ray-
nald.verb. Si abſque maſculis,de te-
ſtam.& latiſsimè comprobat Pere-
grin. de fideicom. art.25.num.11.fol.
mihi 235.vbi plura refert.Cum igitur
don Martinus Maça ſit maſculus,
quamuis,non eſſet agnatus præferri
debet domnæ Eliſabeth Vallebrera,
quę eſt fœmina.

Sed his non obſtantibus,contra-
rium fuit deciſum. Primo, quia di-
ctus don Martinus Maça (qui præ-
tendit hoc fideicommiſſum eſſe ag-
53 nationis,& vti agnatus in eo ſucce-
dere) non probauit eſſe agnatum,ad
quod tenebatur, vt ait Gratian. diſ-
cept.foren.lib.3.cap 491.num 14.his
verbis: *Et generale eſt, vt agens tan-*
quam agnatus,debeat probare agnationẽ.
Dec.conſ.13. pro tertia col. 2. Socin. Iun.
conſ.

conſ.76.num 65.lib.1.& non ſolum ſe agnatum, ſed etiam legitimum. Cephal.conſ. 82.num.10.lib.1. Roland. conſ.32. num. 18.& 19. lib.3.& conſ.3.num.40. vſque ad 48.lib.1.quamuis non opponatur. Dec. conſ.61. in princip. Bec. conſ.75.num.6. Honded.conſ.4.nu.103.lib.1.Rim. Iun. conſ.494.num.20.lib.5. & dictus don Martinus Maça, ne dum, hoc non probauit:ſed imò conſtat,& proceſſu ipſum non eſſe agnatum: deſcendit enim per lineam illegitimam fideicommiſsi inſtitutoris, mediantibus D.Ioanne Maça nepoti naturali tantum,& alio D. Ioanne baſtardo dicti naturalis filio: & per cõſequẽs,
54 nõ eſt agnatus.Ita Cardinalis Mant. deciſ.319. Rotæ Romanæ.num.7.his verbis: *Siquidẽ naturales tantũ non poſſunt conſeruare agnationem. l. ſi ſpurius, & l.hac parte, ff. vnde cognati. Bart. conſ.54.num.1. Bald.in l. certum. num.8. C.vnde cognati. Cor.conſ.200.nu.10. & latè Crauet.conſ.138.num.3.cum ſeqq. vſque ad num.12.* Et probatur hæc opinio in d.l.ſi ſpurius,4. ff. vnde cognat.cuius verba ſunt: *Si ſpurius inteſtato deceſſerit iure conſanguinitatis, aut agnationis,hæreditas eius ad nullum pertinet: quia conſanguinitatis, itemque ag-*
55 *nationis iura à patre oriuntur.* Crauet. d.conſ.138.à num.3. vſque ad num. 12.his verbis: *Aut vult venire ex capite, vndè legitimi,tanquam agnata,& non poteſt:quia etiam naturalis propriè ſumptus non habet iura agnationis, niſi reſpectu Patris,etiam ſi talis naturalis legitimetur per oblationem Curiæ,* l.communium,C.de naturalibus liber.ibi: *Nec permittatur eis contra ſubſtantiam ab eodem naturali patre deſcendentium,vel aſcendentium,vel ex latere agnationis, vel cognationis iure ei patri coniũctorum, licet ipſi legitimi ſucceſſores eidẽ naturali patri per memoratã fortunã efficiantur, aliquod ius ſibi vendicare.* §. filium in auth.quoq.mod.natur.effic.ſui,& ita (inquit Craueta) naturales,licet patri abinteſtato ſuccedant in duabus vncijs,non exiſtente ſobole legitima,& coniuge.auth.licet,C.de natur. liber. Non tamen reperitur, quod ſuccedant alijs attinentibus, ex parte patris,puta tranſuerſalibus:imò contrarium expreſsè ſtatuitur,in d l. communiũ,& d.§.filiũ,vbi dicitur:quod etiam poſt legitimationem,per oblationem Curiæ non efficiuntur agnati,alijs coniunctis ex parte patris,ſed
56 tantum ipſi patri. Ex quibus iuribus fortius etiam probari videtur,quod nec ipſe patri naturalis efficitur agnatus,niſi legitimetur: ſi enim eſſet agnatus, & iura agnatorum conſequeretur,ipſi patri æqualiter ſuccederet cum alijs legitimis,aut ſaltem,nõ obſtante ſobole legitima inſolidum poſſet ſuccedere;& tamen dicitur in d.auth.licet:quod ſolum poteſt ſuccedere in duabus vncijs,non extante ſobole legitima,& coniuge. Et idem Crauet.num.5.verſ.4.ſubiungit hæc verba: *Quarto probatur iſta concluſio, per text.in l.hac parte in l.ſi ſpurius, & l.Modeſtinus,ff.vnde cognat.in quibus iuribus expreſsè dicitur, quod ſpurij iura agnationis nõ obtinent,ſed cognationis tãtum,& ſi dicas illa iura loquuntur in ſpurijs,nos in naturalibus. Reſpondeo,quod*
57 *in illis legibus verbum,ſpurius,capitur generaliter pro omnibus,qui naſcuntur ex coitu non damnato a iure.* Et ſic etiã pro natu

naturalibus,Bart.in l.fin.num.2. ff. de his quibus, vt in dig. Clarius Iacob. de Puteo inter conſil.Calca.in conſ. 62.col.2.Alexand.in conſ.174.in fin. lib.5.Capra in conſ.108. col.3. in fin. & in conſ.136.in fine,Bald.conſ.319. num.8.verſ.Præterea,lib.4.ibi: *Præterea iure teſtator conſiderauit agnationem,dum dicit,ex maſculina,quæ non cadit in baſtardus*, vt ff. vnde cogn. l. ſi ſpurius,& l.hac parte.Cardin.Mantic.de coniect.volunt.lib.8.tit.12. nu.
58 20.poſt mediũ,qui ita ait: *Sed cum teſtator ad familiam, hoc eſt ad agnationẽ reſpexit ſine diſtinctione naturales debẽt à fideicommiſſo repelli:quia non ſunt agnati:& conſequenter familiam conſeruare non poſſunt*. Bart.in l.vult. nu.1. C. de verb.ſign.& ibi Bald. num.4. idẽ Bart. in l. tutelas in princip. num.4. verſ. Aut enim accipis de cap.dimin. idẽ in l. pronũtiatio.§.familiæ.verſ. Quę ſunt,ff.de verb.ſign.& Bald. in l.centum,nu.8.C. vnd. legit. Corn. in conſ.200.num.10.& 11.vol.4. Socin.Iun.in conſ.77. num.23. vol.3. & ipſa cũ poſteris, etiam de domo,ſeu familia eſſent ſubſtituti.Cõſuluit Capr.in conſ.90.num.4.& infra. Et tradit Gual.in tit.de ſubſtitut.cautel.33. eandem opinionem, quod naturales non ſint agnati,tenet Valençuel: conſ.97.num.65.verſ. Quibus accedit.Molin.de Hiſpan.primog. lib.1. & 4.num.46.ibi: *Quod nedum in ſpu-*
59 *rio, ſed etiam in naturali, & baſtardo procedit:baſtardus namque, ſeu naturalis,nec dicitur de familia, nec de domo, nec agnatione,nec etiam cognatione parẽtis:cum enim hæc nomina iuris, non autẽ ſolum naturæ ſint,ad filios naturales,ſeu*
60 *baſtardos non extenduntur*. & ibi pro hac ſentent. allegat. Molin. Bartol. Alcia. Ang. Alex. & Tiraquellum in locis per eum relatis,Peregr. de fideicom.art.22.num.82.fol.mihi 205. ibi: *Id relicto agnatis, aut agnationi,naturales,& multo minus ſpurij continentur,& ibi multos DD.pro hac opinione refert;& in fine ait,Paduæ bis pro fiſco obtentum fuiſſe.Et bene aduertit*, Gratian.diſcept.for. lib.2. cap.218. num. 14.& 15.quod licet ſecundum com-
61 munẽ,vſum loquendi illegitimi dicantur de domo,& familia paterna. Cephal. conſ.591. num.13. lib.4. tamen talis vſus non eſt attendendus, cũ domus,& familia accipiatur pro agnatione,vt latè concludit Peregr. de fideicom.art.22.num.83. Rimin. Iun. conſ.442. num.11. & 12. lib.4. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.8.n. 4.& 6.& de nobil.cap.15.num.12.Et quod baſtardi non ſint agnati, probat Mieres de maiorat.par.2. quæſt. 2.num.95.his verbis: *Hæc etiam alia nõ leui ratione confirmantur:quia baſtar-*
62 *di,& ſpurij, non poſſunt portare arma patris,nec inſignia ſecundum Bald. in l. generaliter,§.cum autem.C. de inſtit. & ſubſtituit:quia ſecundum eum, baſtardi non ſunt de domo, nec agnatione, & ibi Bald.& alij ſcribunt:quod illegitimi prohibentur habere honores.Quod tradit Cæſar Lamberti in tract.de iur e patr. lib.1. par.2.art.26.2.quæſt.princip.num.2.fol. 140.faciunt ſcripta per Ioannem Lupũ, in Rubr. de donat. inter. vir. & vxor. cap.38. num.17. pag.109. vbi additio, Gam.deciſ.148.Corbul.in tract. de iure emphit.in part.de priuat. ob lineam finitam. num.53.cum alijs, & vbi agitur de*

conſer-

conſeruatione domus, & familiæ, per baſtardos non conſeruatur ſecundum Bald. in l. Libertinum, C. de interdict. matrim. notat Afflict. deciſ. 96. n. 10. vbi num. 4. vſque ad 10. alia ad propoſitum adducit. & Menoch. conſ. 164. num. 10. lib. 2. & conſ. 117. num. 51. & 52. lib. 2. & idem Mieres. num. 97. & 98. ibi vbi etiam tradit: filios illegitimos non eſſe de domo, caſata, nec parentela. Gambar. de offic. legati, lib. 7. num. 28. pag. 228. & faciũt ſcripta per eundem Cæſar. Lambert. in 26. art. præcedenti, fol. 140. nu. 1. cum ſeq. vbi reſoluit: filios illegitimos non eſſe admittẽdos ad ius patronatus, & in art. 29. ſeq. num. 6. tradit ex Gloſ. in Clemẽt. 1. in verb. Liberi de Baptiſmo, filios illegitime natos non includi in diſpoſitione legali quantum ad commodum, & honores, & tradit Selua. de benefic. par. 3. q. 7. nu. 12. fol. 157. Staphi. de litteris Gratiæ. pag. 227. num. 8. & conducunt, quæ ſcribo ſup. part. 1. quæſt. 51. Et quæ ſcribit Beroi. in conſ. 176. num. 65. lib. 2. vbi per plura probat, quod barſtardi, & ſpurij non dicentur de poſteris, nec de familia, & minus nepotes, nec deſcendentes ex illis, etiam legitimi. Et an illegitimi ſint de familia, tradit poſt alios Ioan. Lup. in cap. per veſtras, de donat. inter. vir. & vxor, §. 10. num. 14. pag. 44. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 88. num. 13. fol. 155. & etiam Cæphal. in conſ. 440. num. 82. lib. 3. Molin. lib. 1. cap. 4. num. 46. & 47. Auend. in l. 40. Tauri. gloſ. 11. num. 44. fol. 112. Peregr. in tract. de fideicom. artic. 22. num. 83. fol. 205. Et notatur etiam per Gregor. Lop. in proœm. tit. 13. p. 4. in gloſ. 2. & in gloſ. in verbo. Las honran. Matth. de Afflict. deciſ. 96. num. 9. & plura contra ſpurios

ſcribit notanter Ioſeph. Ludouic. deciſ. 8. num. 13. cum ſeq. Roland. in conſ. 79. nu. 40. cum ſeq. lib. 3. quod conſ. refert in 1. p. q. 48. num. 144. deciſ. in conſ. 365. viſo num. 2. Hactenus Pelaez de Mieres: cum igitur naturales, & baſtardi nõ
64 ſint de agnatione ergo nec ab eis deſcendentes. Ita Mantica de cõiectu. vltim. volunta. lib. 8. tit. 12. nu. 21. vbi continuando quod dixerat nu. 20. ad med. ita ait: *Et cum naturales non poſſunt admitti, nec qui ex eis deſcendũt, admittendi ſunt, quamuis ſint legitimi: quia nulla conſequentia poteſt eſſe legitima ex illegitimo naſcendi principio, & radice corrupta, l. vlt. de naturalibus lib. Bart. in d. l. vlt. in fine, C. de verbor. ſigni. & Alciatus in conſ. 162. nu. 3. lib. 9. Quia non poteſt eſſe plus iuris in cauſato, quã in influẽti potentia cauſa, Bald. in l. 1. ff. de Senator. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 45. & excluſa radice, non poſſunt ramuli pullulare, & qui primitiua inficit, deriuata vituperat. Bald. in l. fin. in fin. C. de verb. ſignific. & in l. fin. C. de natural. liber.* Cum igitur dictus don Martinus Maça deſcendat à dicto Ioanne Maça baſtardo, nõ poteſt vti ag-
65 natus obtinere; & ita fuit deciſum in Rota Rom. vt legitur in deciſio. 395. in recollectis per Farin. 1. tomo. 2. partis, pag. 517. præſertim num. 4. ibi: *Quibus accedit, quod ipſi, tanquam deſcendentes ab illegitimo, non videntur eſſe de domo, & agnatione Palauecina, quam teſtator conſiderauit. Bald. in de l. vlt. num. 4. C. de verbor. ſignific. Anchar. conſilio 389. num. 2. deciſ. conſil. 85. verſ. Et idem dicit, Tiraquellus dict. cap. 15. de nobilitate, num. 24. & ita deciſum fuit.*

Et

Digitized by Google

66 Et hoc fundamento, quod dictus don Martinus Maça, non erat agnatus, & ita non poterat excludere domnã Eliſabeth ream conuentam, deſcendentem per lineam legitimam & naturalem à don Ioanne Maça de Calloſa, in cuius lineã erat ingreſſa ſucceſsio. S. R. Conſilium confirmauit ſententiam latam in Regia Audientia Valentina: ſuper alijs enim, per Aduocatos deductis non ſumpſit reſolutionem. Sed quia per eximios vtriuſque partis aduocatos doctiſsimè multa alia fuerunt deducta, quæ nec fuerunt approbata, nec reprobata, viſum mihi fuit ea deducere.

67 Secundo in occurrenti caſu, hoc procedit, iuxta voluntatem, & diſpoſitionem don Petri Maça fideicommiſsi inſtitutoris, qui poſtquam in ſeptem primis clauſulis vocauit eius filios, nepotes & alios legitimos deſcendentes: conſiderando, quod poterat deficere eius deſcendentia per lineam legitimam & naturalem in octaua clauſula, addictum fideicommiſſum vocauit deſcendentem naturalem tantum, in illis verbis: *Volo, ordino, & mando, quod omnia dicta bona, & iura mea deueniãt ad alios filios, & deſcendentes meos, ſi reperientur*, ſi caſus fuit ſequutus. Et ita dicẽdũ eſt: deſcendentem naturalem tantum à teſtatore fuiſſe vocatum in defectũ legitimorum deſcendentium; dictus tamen teſtator, qui deſcendentẽ naturalem dicto in caſu ad ſucceſsionem admiſsit, in nona clauſula adiecit hæc verba: *Etſi nõ extiterint, vel quãdocumque deceſſerint abſque filijs legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis, quod omnia dicta bona, & iura mea perueniant a l honorabilem Guillermum Maſco.* Et ita clarè voluit, quòd poſtquã deſcendens naturalis tantum fuit admiſſus, non admittantur amplius ad fideicommiſſum deſcendentes per lineam illegitimam à dicto naturali, ſaltẽ extantibus legitimis deſcendentibus dicti naturalis tantum. Cum igitur dictus don Martinus Maça deſcendat à don Ioanne Maça de Calloſa, teſtatoris nepote naturali tantum, mediante alio don Ioanne Baſtardo pronepote teſtatoris, iuxta illius voluntatem, & diſpoſitionem admitti non debet, extante dicta domna Eliſabeth Vallebrera & de Maça, quæ eſt abneptis dicti don Ioannis naturalis tantũ per lineam legitimam, & naturalem.

68 Et pro hac ſententia facit lex fin. C, de natural. liber. quæ ita ait: *Cuidam, qui iuſtum filiũ habebat, nepos acceſsit naturalis. Si nepotis nomen huiuſmodi ſoboli legibus accõmodãdum eſſet, quærebatur: volebant enim tali naturali nepoti ex ſuo legitimo filio iam defuncto, progenito, totam ſuam ſubſtantiam relinquere, quaſi ſacris conſtitutionibus tantummodo in filijs naturalibus prohibentibus totum patrimonium, ſine quartã partẽ voluerit, eis relinquere, & certo fine partes eorũ cõcludẽtibus. Huiuſmodi antẽ dubitatio, & in alia dubitationis ſpecie ventilata eſt: quid enim ſi ex naturali filio nepotem habeat auus legitimũ patri ſuo, vel naturalem. In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima conſequentia in huiuſmodi perſonis cuſtoditur,*

ditur; ſed interuentu ſobolis naturalis, nullum ius legitimum ſubeſſe poteſt, vel neceſſitas relinquendi aliquid eis ex legibus immineat, liceat eis quantum voluerint ſuæ ſubſtantiæ in eos conferre. Et poſtea ille text, ſubiūgit hæc verba: *Scilicet nulla legitima ſobole ſubſiſtente.* Et ita licet in defectum legitimæ ſobolis lex admittat ad ſucceſsionem naturalem tātum; tamen exiſtente legitima ſobole, prout reperitur in caſu noſtro per exiſtentiam dictæ dōnæ Eliſabeth Vallebrera & de Maça, quæ deſcendit per lineam legitimam, & naturalem, non eſt admittendus dictus donMartinus Maça, deſcendens per lineam illegitimam.

69 Tertio: hæc eſt certiſsima regula in materia maioratuū, quod in illis quatuor ſunt ſpectanda: primo, linea: ſecundo, gradus: tertio, ſexus: quarto, ætas. Vt dixit Molina de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 13. & 14. & latè multis relatis D. Garcia Maſtrillis deciſ. 65. num. 1. libr. 1. & Gaſpar Anton. Theſaurus quæſ. Forenſ. lib. 2. q. 12. num. 12. qui allegat Couarr. in pract. qq. cap. 38. illatione 15. volens eum allegare nu. 6. verſ. Etenim & alios plures. Primo
70 inquit Molin. d. num. 14. conſiderāda eſt linea vltimi poſſeſſoris, vt qui ex ea procedunt cęteris præferātur, nec tranſitus fiat ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes finiantur. cap. 1. de natur. ſucceſ. feud. in vſib. feud. Ibi: *Ad ſolos, & ad omnes qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit.* Et iterū. Ibi; *Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocātur:* Per quem textum, id communiter ſcribentes ibidem annotare ſolent, prout ibi dixit Afflict. num. 77. Idq; etiam notant Paul. d. conſ. 164. nu. 11. libro. 2. Socin. in l. cognatis. ff. de reb dub. num. 14. col. penul. Idem in l. hæredes mei. §. cū ita. colum. 7. ff. ad Trebell. Idem conſ. 73. num. 14. ſequent. libr. 4. Præpoſitus in cap. 1. numer. 8. de feud. Marchiæ Ruinus conſ. 19. num. 6. lib. 2. Socin. in conſ. 126. num. 2 . lib. 1. Roland. Valle. qui plura refert conſ. 100. num. 14. cum pluribus pręcedentibus, & ſequent. lib. 1. & *alibi ſæpe ſcriben.* Hactenus Molin. & Gaſpar Anton. Theſaur.
71 d. q. 12. num 2. ita ait: *Quod dicitur in primogenijs, maſculos fœminis eſſe præferendos, de maſculis euiſdem lineæ, & gradus, quādo pares ſunt in ſucceſsione; non vero de remotioribus accipiendum eſſe, vt tradunt Bald. conſ. 275. libro. 2. Curt. Iun. de feud. p. 3. q. 1. princip. verſ. 15. Ciner. d. q. 19. num. 5. Pariſ. d. q. 10. nu. 25. Couarr. d. cap. 88. num. 8. Molina d. c. 4. num. 4. & 5. Peregr. d. art. 27. nu. 15. verſ. Denique. Didac. Spino d. gloſ. 19. n. 89. Petrus Gregor. d. p. 4. q. 4. nu. 19.* Et ideo, cōmuniori calculo in articulo, & quæſtione principali, de qua
72 agitur receptum eſſe, filiam vltimi poſſeſſoris ad primogenituræ ſucceſsionē, mortuo patre, excluſis maſculis vlterioris lineæ in promiſcua primogenitura, pro maſculis, & fœminis conceſſa, cum prælatione maſculorum, admittendam eſſe, vt docuerunt Andr. de Iſer. in d. cap. 1. de eo qui ſibi: vbi data etiam conſtitutione Regni, diſponentis, quod maſculis extantibus, fœminæ non ſuccedant, voluit filiam primogeniti

ti excludere patruum ſecundo geni-
73 tum, quando primogenitus iam ad
feudi ſucceſsionem fuit admiſſus, &
ſequitur ibi Neapodan. in addit. &
Afflictis nu.13. & 14. Marin. Frec.
dict. different.23.num.50. Pariſ. de
Puteo in dict. cap.1. Guillermus à
Pon. inter conſ. feudal. diuerſ. con-
ſil.19. Curt. de feud. part.3. princip.
num.19. Petro à Bellapertica in l.
pater, §. quindecim, de legat.3. Bald.
in l. in multis, in princip. de ſtat. ho-
minum. Tiraquel. dict. quæſt.10. nu.
21. & quæſt.14. num.25. Ioan. Lup.
in repet. rubric. de donat. inter vir.
& vxor. §. 59. num.23. & 26. qui
dicit hoc eſſe notandū in primoge-
nijs. Alex, Raudenſ. in ſuo pulcher-
rimo tract. de analog. cap.15. n.290.
& duobus ſeqq. Minador. in repet.
conſtitut. Regni in aliquibus, in 3.
notab. n.21. pag.100. vbi poſt Alex.
& Moder. in l.2. C. de in ius vocā-
do, quos allegat, ait hæc verba: *Ex-*
74 *tante ſtatuto, quod exſtantibus maſcu-*
lis, fœminæ non ſuccedant, fœmina filia
defuncti excludit patruum, quia talis ex
cluſio cenſetur facta inter exiſtentes in
pari gradu, & ſimiliter in fideicommiſſo
facto in Regno, quod neptis illud faciat
deficere, quando fuit ſub cōditione factū
à filio, ſi ſine filijs deceſſerit, & quod ex
cludat patruum, etiamſi in alijs partibus
teſtamenti propoſuiſſet. Et vocaſſet maſ
culos, fuit iudicatum per Regiam Came
ram, facta relatione in Collaterali Conſi
lio, in cauſa Montani Sales, me exiſtente
Patrono: per ea, quæ dicuntur per Bald.
& Salic. in l. cum acutiſsimi. C. de fidei-
commiſ. Petrus de Ancharr. in cap. Ca-
nonū ſtatuta. verſ. His igitur. Et cumu
lat multa Lud. Bolog. in conſ.53. inter
conſ. Alex. vol.4. Melchior Pelaez in d.
tract. maiorat. p.2. q.6. num.7. & 21. vbi
75 *facit concluſionem poſt multa: quod filia*
vltimi poſſeſſoris eſt præferēda patruo,
niſi fœminæ eſſent expreſſe excluſæ, vel
per euidentiſsimas coniecturas. Quod &
confirmat Molina d. cap.4. & 5. per to-
tum. Gamma deciſ.354. num.6. vbi pro-
bat fœminam ex linea, in quam fuit in-
greſſa ſucceſsio, eſſe præferendam maſ-
culo alterius lineæ. Et in finalibus verbis
dixit ita fuiſſet iudicatū in Senatu Luſi
tano: quamuis in illo caſu erant à teſtato
re vocati maſculi. Sed domna Eliſabeth
Vallebrera eſt de linea don Ioannis Ma
ça de Calloſa, qui ſententiam obtinuit an
no 1570. & in quem fuit ingreſſa ſucceſ
ſio; eſt enim eius neptis, & domna Elpha
Maça eius filia: Dictus vero don Marti-
nus Maça eſt alterius lineæ: ergo præfer-
ri debet dicta domna Eliſabet *prædicto*
don Martino, quamuis deſcenderet per
lineam legitimam, & naturalē: quæ qua-
litas in eo deficit.

76 Quarto: linea legitima ſemper
præfertur illegitimæ, & ita ſi extent
duo filij teſtatoris: vnus primogeni-
tus naturalis tantum: alius ſecundo-
genitus legitimus, & naturalis; filius
iſte ſecundogenitus præfertur pri-
mogenito, vt probāt Molin. de Hiſ
pan. primog. lib.3. cap.3. ex num. 41.
Mieres de maiorat. p.2. q.2. num.11.
cum ſeqq. qui alios plures allegant.
Et ita ſi, & vbi dōna Eliſabeth Val-
lebrera, & don Martinus Maça eſ-
ſent eiuſdem lineæ, cum domna Eli
ſabeth deſcendat per lineam legiti-
mam, & naturalē à dicto dō Ioāne
Maça: at vero dictus don Martinus

per

Digitized by Google

per lineam illegitimam abſque dubio illi eſt prçferenda.

Quinto: dictus don Martinus Maça nullatenus poteſt ſuccedere: aut enim prçtendit ſucceſsionem tã quam agnatus, aut tanquam maſculus ad excluſionem fœminæ, ab eodem teſtatore deſcẽdentis: tãquam agnatus non poteſt, quia deſcendit per lineam illegitimam, & ita nõ habet agnationem, vt latè probaui nu. 64. aut venire t tãquam maſculus à teſtatore deſcendens, & non poteſt obtinere: quia extat D. Franciſcus Rocamora maritus domnç Eliſabeth Vallebrera, qui eſt nepos dõnæ Iolantis Maça, ſororis dõ Ioannis Maça de Calloſa, qui dictam ſententiam obtinuit anno 1570. & pronepos don Gaſparis Maça patris prope dicti don Ioãnis, in cuius lineã fuit ingreſſa ſucceſsio; & cum in hac linea extet dictus don Franciſcus maſculus, prçferri debet ſupra
77 dicto don Martino, qui eſt alterius lineç. Et hçc exceptio (quod alius maſculus dictum don Martinum prçcedat) recte contra eum opponi potuit per dictam domnam Eliſabeth Vallebrera, ream conuentam, l.2.ff.ſi pars hered.petat.cuius verba ſunt: *Si ex pluribus, ad quos eadem hæreditas pertinet quidam adierint, quidã adhuc deliberent, placuit eos qui adierint, ſi petant hæreditatem, nõ maiorem partem petere debere, quam habituri eſſent cæteris adeuntibus, nec eis proderit, ſi cæteri nõ adierint.* Et probat Theſaurus deciſ.4.num.8.verſ.In cõtrarium, poſſe opponi de iure tertij ad excludendum actorem; & dicit ite fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemõtano. Idem ait Surd.deciſ.144.n.18. & Anto. Faber in ſuo C.Fabrian. lib.3.tit.21.de petit. hæred. definit.2. & 3. vbi dicit ita Senatum Sabaudię ſæpius iudicaſſe, & me referente, ſiue auditore Commiſſario cauſæ exiſtẽte, ita fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina, ſentẽtia lata inter Mucium Palaueſino, Ioannem, & Ioſephum Palaueſino ex vna parte; & Damianum Palomino, & Ioannam Annam Paſcual & de Palomino ex altera, ſentẽtia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 5. Iunij 1615. Exiſtente igitur D. don Franciſco Rocamora de Maça, deſcendẽte maſculo, à teſtatore, nõ poteſt ſuccedere dictus don Martinus Maça.

78 Sexto: quando inſtitutor maioratus, ad illum vocat fœminas, non cẽſetur inſtituere dictum maioratũ in fauorem agnationis. Ita Molina de Hiſpan.primog.lib.3. cap.1. n.50. his verbis: Septima cõcluſio: quod quoties in aliqua parte, ſeu clauſula primogenij, vocantur fœminæ, etiã ſi pluries in eo primogenio maſculi vocati fuerint, in eo nõ cẽſetur habita agnationis ratio, ſed ſolum prælatio maſculis tributa, Ita, vt in eorum defectum fœminæ eiuſdem gradus ſuccedant. Quod dixit Bald.conſil. 473. lib.5. vbi inquit: tunc cenſeri agnationem conſeruatam, quãdo fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur; & quod tunc quicunque agnatus, quantumcunque remotus, fœminam propinquiorẽ excludit. Idipſum etiam notat Alexand. conſ.

conſ. 115. num. 10. lib. 2. vbi inquit nõ cenſeri habitam rationẽ agnationis, vt fœmina in aliqua parte diſpoſitionis vocata inuenitur Socin. in l. cum auus, num. 82. verſ. Secundus caſus. ff. de condit. & demonſtr. idẽ Socin. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia, ff. de liber. & poſthu col. fin. circa finem. idem conſ. 28. num. 26. lib. 4. Idem conſ. 9. num. 20. libro. 3. Dec. conſ. 370. num. 30. Gozadinus conſ. 29. num 3. Socin. Iun. conſ. 6. num. 20. verſ. Nec etiam obſtat. lib. 1. Idem conſ 118. num. 7. eod. lib. & conſ. 158. num. 42. libr. 2. Curt. Iun. conſ. 172. num. 4. & 5. Aymon cõſ. 180. num. 1. & conſ. 306. nu. 5. Quod eſt ſatis ſingulare ad hoc, vt in hoc caſu non poſsit ex ratione conſeruandæ agnationis de caſu ad caſum primogenium extendi: cum ex huiuſmodi diſpoſitione, non fœminarum excluſio, ſed ſolum maſculorũ prælatio, & prædilectio comprehendatur: ſicque vidimus hæc pluries ad fœminarum admiſsionem, in forenſibus controuerſis adduci. Idq; verum eſt, quamuis inter ipſos maſculos, qui fœminis præferuntur, & illorum reſpectu, non dubitandum ſit, quia fœminæ excluſæ cenſeãtur, & præter ſupra dictos allegatos à Molina, latiſsimè comprobat don Ioannes del Caſtillo, lib. 2. quotid. c. 4. numer. 118. Rota Romana apud Farinac. deciſ. 667. num 10. part. 2. tom. 2. pag. 165. his verbis maximè cum vocauerit in eiſdem tabulis, in certum caſum fœminas, quæ vocatio excludit conſeruationem agnationis, vt ex multis rationibus, & authoritatibus reſpondit Rota in vna Viterbien. fideicõmiſ. 30. Maij 1613, coram Reuerendo Patre domino meo Mançanedo, cõfirmata die 16. Februarij, & 26. Maij. 1614. coram eodem, & prius in Amerina ſucceſſionis. 2. 1592. coram bonę memorię Penia: Et 16. Nouembris 1607. corã Illuſtriſsimo Lanceloto. Eadẽ Rota Romana, apud eundem Farinac. deciſ. 267. & 338. in recollectis per Farina. tom. 1. p. 2. & nouiſsimè Marius Giurba deciſ. 32. num. 20. vol. 1. Sed in caſu noſtro Maioratus inſtitutor expreſſe vocauit fœminas, nimirum domnam Catherinam Maça eius filiam, & domnam Briandã Maça eius neptem, in tertia, & in ſeptima clauſula. Et quod fortius eſt dictam domnam Catharinam prætulit don Martino Maça eius filio legitimo & naturali, & pluribus nepotibus, & deſcentibus maſculis per lineam legitimam, & naturalem: ergo non habuit animum conſeruandi agnationem, nec in eius fauorem inſtituit dictum maioratũ: ſed potius regularem, in quo attenduntur linea, gradus, ſexus, & ætas, vt dixi ſupra num. 69. ergo dicta domna Eliſabeth Vallebrera in occurrẽti caſu ſucceſsit.

79 Septimo: fœmina à maioratus ſucceſsione nõ cẽſetur excluſa propter maſculos remotiores alterius lineæ, vel gradus, etiamſi teſtator fœminas à ſua ſucceſsione expreſſe excluſerit propter maſculos. Couarr. lib. 3. variarum. cap. 5. nu. 5. verſ. Rurſus, & latè multis relatis probat Molina de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 5. num.

Digitized by Google

num.71. vbi ponit hanc cōcluſionem: Quoties maioratus iuſtitutor generi cè,& abſolutè fœminas,propter maſculos à maioratus ſucceſsione excluſerit,nec ſe illas,ptopter maſculos remotiores excludete velle,adiecit:ea excluſio propter maſculos eiuſdē lineæ, ac gradus, nō autem propter remotiores intelligenda eſt : & poſtquam multos allegauit pro hac opinione ſubiungit hæc verba: *Quod niſi ex alijs vocationibus,ſeu coniecturis,ſeu ex ratione conſeruandæ agnationis expreſſa , vel ſubintellecta aliud comprehendatur ; verū mihi videtur.* Quamuis igitur in occurrenti caſu extet dō *M*artinus maſculus,vbi alias naturalis, eſſet præferendus fœminæ à teſtatore deſcendenti, non ſit de linea don Ioānis Maça de Calloſa, in qua exiſtit dicta dōna Eliſabeth,& per quam fuit cōtinuata ſucceſsio,nō poteſt illā excludete. Quod benè probat Minadoi. in repetitione conſtitutionis,in aliquibus in 3.notab. num.21.pag.100.

80 Octauo: dōnam Eliſabeth fœminam à teſtatore deſcendentē,eſſe præferēdam dō Martino Maſculo, ſic ficto agnato , virtualiter fuit declaratū ſententia lata in fauorem dōnæ Briandæ Maça, contra Guillermū Maſco, ſupra relatū in facti narratione n.6. In qua cauſa,dictus Guillermus Maſco prætendebat,vti agnatū eſſe præferendū dictæ dōnæ Briandæ,quæ deſcendebat à teſtatore mediātibus D.Martino Maça filio,& Petro Maça , vulgo dicto,de la Batalla,dicti teſtatoris nepote,patre dictæ dōnæ Briandæ,ex quo ipſe erat agnatus fictus,a teſtatore expreſſe vocatus in 9.clauſula,& dicta dōna Brianda erat fœmina : & ita nō poterat cōſeruare agnationem : & fuit declaratū:intentionem dicti Guillermi Maſco,nō procedere:&illa ſententia parit exceptionem rei iudicatæ cōtra dō Martinū Maça, qui idē præ
81 tendit.Cōcurrunt enim tria requiſita, de quibus in l.cū quæritur, cū duabus ſeqq ff.de except.rei iudic. Nimirum eſt eadē res: idē ius , ſiue eadem cauſa petendi, & eadē conditio perſonatū. Quod ſit eadē res patet: quia litigabatur ſuper eiſdē Baronijs,& alijs bonis recadentibus in dicto fideicōmiſſo, ſeu maioratu,de quibus modo vertitur præſens lis,& cauſa:quod eſſet idē ius,ſiue eadē cauſa petendi , dubitari non poteſt : quia Guillermus Maſco prętēdebat vti agnatus, excludere fœminam à teſtatore deſcendentem: & idē hodie prętēdit dōMartinꝰMaça.

82 Deniq;:quod eadē ſit cōditio perſonarū,patet ex interpretatione,glo. in l. & an eadē,in verb. perſonatū ff.de except.rei iud. vbi declarādo, verbū perſonarū inquit;quod large accipe,vt cōprehendat ſucceſſores actoris , & rei vniuerſales, & etiā in rē. Et inferius, ibi:Itē quod plus eſt,quandoq; etiam extraneos omninò interpretor eaſdē perſonas : & exacte declarat Ioannes Franciſcus de Ponte conſ.49.num.4. cum ſeqq lib.1.ibi: Nec obſtat textus in l.cū quæritur,& ſeq.ff.de except.rei iud.quia ſufficit concurſus illorū triū, de quibꝰin l.cū quęritur verè,vel interpretatiue:& latiꝰ deinde proſequitur.

83 Nono:agnatio excluditur per vocationem fœminarum. Vt probat Molin.de Hiſpa.primog lib.3. cap.5.n.50. & Pereg.de fideicom.art.25.nu.26. Et

ſequitur abſurdum. Alexand. conſil, 17.num.3.lib.4.Peregrin.de fideicom. art.25.num.26.verſ. Et idem quoque quando.Hondedeus conſ. 57. nu. 37. & 38.& 39.lib.5. Riminald.Iun.conſ. 669.num.31. lib.6.

87 Nec obſtant in contrarium adducta. Ad primum enim reſpondetur: ſententiā latā in Regia Audientia Valentina anno 1570. non parere exceptionē rei iudicatæ contra dictā domnā Eliſabeth Vallebrera:quia ibi cauſa agebatur cū penitus extraneis,nimirū cū D.Raymūdo Ladro donatario & ceſsionario dōnæ Briandæ Maça, & cū dō Federico de Portugal,emptore iuriū, & ceſsionario Ioānis Caſcant, & nō concurrebāt tria requiſita neceſſaria, vt obſtet exceptio rei iudicatæ:nimirū,quod ſit eadē res, eadem perſonæ, & eadē cauſa petendi.l.cum quæritur 12. cum duobus ſeqq. ff. de except.rei iudicatæ. Vbi:cum quęritur hæc exceptio noceat: nec inſpiciendū eſt,an idem corpus ſit. Quātitas eadē idem ius: eadē cauſa petendi: & eadē cōditio perſonarum. Quæ niſi omnia concurrunt alia res eſt: Vt illo caſu agebatur:an bona,de quibus diſpoſuerat don Petrus Maça Senior Barbutus nuncupatus, eſſent libera; ſi enim talia eſſent,poterant ſuccedere, qui ea tunc poſsidebant, nimirum don Raymundus Ladro,& don Federicus de Portugal. Si verò erant fideicommiſſo ſubiecta,in illis ſuccedebat D.Ioānes Maça de Calloſa, ab eodē D.Petro Maça deſcendens, & vti talis vocatus in fideicōmiſſo ab illo inſtituto.Et ſic eſt diuerſa cauſa,ſi diuerſum ius,quod tūc deducebatur in iudicio: & per conſequens illa ſententia nō parit exceptionem rei iudicatæ in occurrenti caſu,in quo vtraque partiū prætendit bona eſſe fideicōmiſſo, & maioratui ſubiecta: cum enim in illa ſententia,ne actum,nec dicuſſum fuit id, de quo modo inter partes litigatur, non obſtat exceptio.l.ſi ex teſtamento.21.ff.de except. rei iudica.ibi *Nec obſtaturam exceptionem, quod non ſit petitum, quod nec actor petere putaſſet, nec iudex in iudicio cenſiſſet.* l.cum de teſtamēto.22.ff.eodem,ibi: *Quia nec iudex, nec litigatores de alio, quem de argento actum intelligant.* Et tradunt ſcribentes omnes in c.ſicut, de re iudic.

Secundo reſpōdeo:quāuis in motiuis ſentētiæ latæ anno 1570. incidenter fuit dictū teſtatorē contemplaſſe agnationem; tamen principaliter de hoc non agebatur: ſed tantū,an bona eſſent libera. Et ad probandum eſſe fideicōmiſſo ſubiecta,inter alia, fuit adductu motiuū de conſeruatione agnationis. Et verè teſtator certis caſibus eā contēplauit in vocatione filiorū dō Ludouici Cornell, & dō Ioānis FrāciſciMaça. Et iterū in deſcēdētibus,ſi forēt maſculi,&per lineā maſculinā deſcendētes, etiam in d.Petro Maça nepote ex D.Martino filio;tamen non perpetuo: ex quo vocauit Catherinā filiā, & Briandā neptē, & Guillermū Maſco penitus extraneū, qui nō poſsint cōſeruare verā agnationē. Quod recte pōderauit Rota Romana deciſ.6.n.1.in 1.cap. deciſ.nouiſ. diuerſ.ſacri Palat.his verbis: Quia illa procedit tā ex interpretatione, vt in dictis locis tradunt DD.quam etiam ex mente Petri teſtantis, qui vo-

cando Ioannem de Monſis filiũ ſuæ ſororis vterinæ, qui nõ erat de eius agnatione, & eius liberos maſculos,ac D.Magdalenã eius priuignam in extranea agnatione exiſtentẽ oſtendit, quod nõ curauit conſeruare ſuã agnationẽ,vel bona in ſua agnatione : nec refert,quod loci,& alij tenẽtes hanc limittationẽ,ſiue cõcluſionẽ in l.Gall⁹, §.nunc de lege,in fin.de lib. & poſth. cũ concordant. loquãtur, quãdo filia, vel alia mulier eſt inſtituta,& vocãtur eius deſcẽdentes maſculi,quaſi tũc clarè appareat quod teſtator nõ ſtuduit. Quod idẽ cẽſetur eſſe quãdo inſtituerit aliã perſonã etiã quod ſint de genere maſculorũ,& eius deſcẽdentes maſculos, qui nõ erãt de ſua agnatione, vt fecit teſtator in caſu præſenti:quia iſto caſu ſimiliter non procurauit conſeruationem agnationis.

88 Et quod ſentẽtia cõſiderauit:fuiſſe cõtẽplatã agnationẽ,nõ eſt intelligẽdũ de agnatione abſoluta inomnibus lineis,& gradibus,vt docuit Molin.de Hiſp.primog.lib.3. c.5.n.20.ibi:Secũdus caſus eſt,quãdo hãc rationẽ cõſeruadæ agnationis maioratus inſtitutor certis perſonis, ſeu gradibus adiecit, veluti quãdo dixit,volẽs agnationẽ in perſonã Titij,& deſcendẽtiũ ſuorũ cõſeruare,vel ſimile : in quo caſu dicẽdũ erit cõſeruationẽ agnationis ad perſonas nominatas reſtringẽdã,nec ad alias perſonas ex rationis idẽtitate extẽdẽdã eſſe:quã diſtinctionẽ fecit Imol. in l.ſi verò. §.de viro.ſoluto matrim. prope fin.Soc.iu.conſ.1.nu.15.lib.1,& cõſ.108 n.31.&32.lib.1.Gozad.59.n.4. Pariſ.cõſ.44.n.16.lib.2.Grat.cõſ.5.nu. 9.lib.2.Riminald.cõſ.224.nu.27.lib.2. Bonen.art.8.col.penul,& fin.idq; mihi probat tex.in l. quæ conditio. ff. de condit.& demonſt. vbi dicitur: Quæ conditio ad genus perſonarũ,non ad certas, & notas perſonas pertineat eã exiſtimamus totius eſſe teſtamenti:at cum quæ ad certas perſonas accõmodata fuerit,referre debemus ad eum dumtaxat gradum , quo hæ perſonæ

89 inſtitutæ fuerũt: quod ſine dubio procedit,quando cõmodè poteſt agnatio vera , vel ficta reſtringi ad perſonas, gradus, vel lineas ſpecialiter nominatas.Vt benè declarat Menoch.conſil. 1035.nu 3. lib.11. agnatio enim attenditur in caſibus expreſsis,nõ in alijs. Vt cum communi probat Surdus cõſil. 316.num.16.lib.3.Alioquin nunquam eſſet locus diſtinctioni vulgari inter agnationẽ abſolutã, & limitatã,cõtra cõmunes concluſiones. Itaq; teſtator noſter in certis caſibus tantum agnationem conſiderauit , & deſcendentes in perpetuum vocauit ad excluſionẽ extranei.Et hoc eſt quod fuit

90 iudicatum cum dicta ſententia anni 1570. Et cum ſit fideicommiſſum perpetuum inter omnes deſcendentes, quamuis fuiſſet contemplata agnatio; tamen in ſubſidium , deficientibus omnibus agnatis, admitterentur, prout fuerint admiſsi cæteri deſcendentes, quamuis non ſint agnati.Vt in ſpecie probant Ruin.conſ.49. n.5.lib.1.Surd.conſ.808.n.9.lib.3. Molin.de rit.nupt.lib.8.q.24.nu.212.optimè Peregr.conſ.58.n.3.& 4.lib.5.

91 Tertio dicta ſentẽtia nõ declarauit D.Ioannẽ Maça de Calloſa eſſe agnatũ:ſed tantũ eſſe deſcendẽtẽ, & de domo,ſecũdũ cõmunẽ vſum loquẽdi;vt

vide-

videre eſt in eadem ſentētia ſupra relata in facti narratione, num. 50. cum ſequentibus. Et ſub verbo, Domus, & ſub verbo, De domo, ſecundum communem vſum loquendi, non ſolum comprehenduntur maſculi, ſed etiam fœminæ. Ita Molin. de Hiſpan. primo gen. lib. 3. cap. 4. numero 10. his verbis. Similiter etiam ad maioratū ob fauorem domus, atq; caſſatæ expreſſe inſtitutum, fœmina, maſculo deficiēte, admittenda eſt. Nam quamuis extricta horum vocabulorum ſignificatione, atq; ex Italiæ conſuetudine, verba hęc ſolum ad agnatos referenda ſint, prout dixit Iacobus de Aren. in l. 1. ad Sylan. vbi exponit verbum, Domus, id eſt, agnationis. Et Bart. in l. pronunciatio. §. familiæ, ff. de verb.
92 ſignific. num. 1 & in l tutelas. ff. de capit. diminu numero 4. Gozadinus conſil. 45. nu. 12. Secundum aliam tamen ſignificationem verbū, Domus, ſeu caſſatæ, comprehendit eos qui ſanguine coniuncti ſunt, ſiue agnati, ſiue cognati ſint. Vt Bart. in locis ſuperius citatis aduertit. Exprobatur ex text. in l. fin. de verbor. ſignific. Aduertit que Alciat. in d. §. familiæ, verbo, Ex eadem dom. Idque ex pluribus probat Pariſ. conſil. 47. numer. 57. cum
93 ſeqq. lib. 3. Vbi etiam inquit verbum Cippus, accipi pro ſtirpe progeniæ, ſeu generatione D. Did. de Couarr. in c. Raynaldus, de teſtament. in princip. num. 13. Et ſecundum Hiſpaniæ conſuetudinem tam maſculos, quam fœminas hæc verba comprehendere ſolent: prout notiſsimū eſt, aduertit Burgos de Paz in proœmio ll. Tauri, num. 118. Et quamuis filij naturales non ſint agnati, dicuntur de domo ſecundum communem vſum loquendi Barr. Salicetus in l. fin. C. de verbor. ſignific. Angel. in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. Pet
94 regrin. de fideicommiſ. art. 22. num. 88. vbi multis relatis latiſsime probat tamē in verſ. Sed cōtra ſcribit: quòd iſti naturales non ſint de agnatione, vt ipſe antea dixerat num. 82. Et ita non poteſt prætendi in dicta ſententia formiter fuiſſe declaratum: maioratum hunc eſſe agnationis, tantum enim ſumpſit dictū motiuum ad inducendum perpetuum fideicommiſſum: & ſic ius ad excludendum extraneos: & per conſequens dicta ſententia cum ſuis motiuis, parit in hoc caſu exceptionem rei iudicatæ.

95 Nec curādū eſt de dicto motiuo: cū contrariū fuerit expreſſe deciſum cum ſententia lata in fauorem dōnæ Briandæ de Maça contra Guillermū Maſco, vt ſupra ponderaui nu. 80. in qua principaliter agebatur, an eſſet admittendus Guillermus Maſco tanquam agnatus, excluſa domna Brianda fœmina à teſtatore deſcendēte. Et cum dicta ſententia expreſſè fuit declaratum dictam domnam Briandā eſſe admittendam, excluſo dicto Maſco maſculo, qui erat agnatus filius, qualem eſſe prætendit dictus don Martinus Maça, per lineam illegitimam deſcendens. Et ſic ibidem principaliter fuit deciſum id, de quo modo litigatur. Et licet D. Martinus Maça ſit perſona diſtincta à dicto Guillermo Maſco; cū tamē prætēdat vti maſculus ſucceſsionē dicti fideicommiſsi, quā tunc prætēdebat dictus Guiller-

mo Maſco; videtur eadem perſona interpretatiue; Vt diximus ſupra numero 82.

Ex quibus patet ſolutio ad allegata ſupra num.2.& 3. quod ſententia lata cum don Ioanne Maça nocet dictæ domnæ Eliſabeth Vallebrera eius nepti, & ſubſtitutæ. Nam doctrinæ
96 ibidem allegatæ locum habent, quando ſententia fuit lata inter poſsidentem res fideicommiſſo ſubiectas, & fideicommiſſarium. Tunc enim, quia ſententia fuit lata cum legitimo contradictore nocet ſucceſſori: fuit enim lata cum eo, ad quem principaliter de officio cauſæ ſpectat; ſecus tamen eſt in caſu noſtro. Nam ſententia anni 1570. non fuit lata inter fideicommiſſarium, & poſſeſſorem rerum in fideicommiſſum recadentium virtute dicti fideicommiſsi: ſed inter extraneos, qui de facto poſsidebant res fideicommiſsi, & dictum don Ioannem Maça, qui non vti agnatus: ſed vti deſcendens à teſtatore, petebat Baronias in dicto fideicommiſſo recadentes. Et ſic deficiebat idemptitas perſonarum, & cauſæ.

97 Nec obſtat, quod ſupra dicitur numero 4. & 5. quod dicta ſententia fuit lata pro fideicommiſſo. Et ſic in iure reali declarando fideicommiſſum eſſe agnationis: Contrarium enim conſtat ex ſupradictis. Non enim de hoc fuit actum in proceſſu: an fideicommiſſum eſſet agnationis, ita, vt ſoli agnati in eo ſuccedere poſſent, excluſis agnatis: ſed tantum, an fideicommiſſum duraret, vel expiraſſet: vt tanquam bona libera ea poſsidere poſſent don Raymundus Ladro, & don Federicus de Portugal, penitus extranei. Vnde nō applicantur caſui noſtro deducta ſupra num.6.vſque ad 10.

98 Nec obſtat ſecundum: non enim negamus filium, vel deſcendentem naturalem, in defectum legitimorū, & naturalium, admitti ad fideicommiſſum: ſed tantum dicimus, quòd poſtquam ſucceſsio fuit deuoluta ad don Ioannem Maça de Calloſa, deſcendentem à teſtatore per quendam naturalem tantum, & extant deſcendentes ab eo per lineam rectam, legitimam, & naturalem, non poteſt admitti, qui deſcendit per lineam illegitimam. Vt probauimus numero 67. & 68.

99 Et docet tex. in l. fin. C de natural. lib. Vbi propoſitis his duabus ſpeciebus: Vna; quando pater ex filio legitimo habet nepotē naturalem: Altera, quando ex filio naturali tantum habet nepotem etiam naturalem, reſcripſit ibi Imperator: bene poſſe auū relinquere nepotibus naturalibus, nulla legitima ſobole ſubſiſtente. Quod bis repetit, & ſignanter poſt mediū, his verbis: In nepotibus autem non eadem obſeruatio in præfatis ſpeciebus cuſtodienda eſt: vbi legitima ſoboles minime fuit impedimentum: ea enim ſubſiſtente, veterum conſtitutionum tenorem, in naturalibus filijs ſtatutum, & in nepotes extendimus. Et ita ille textus deſcidit caſum noſtrum: nam exiſtentibus deſcendentibus per lineam legitimā & naturalē à primo don Ioanne naturali tantum, nō poteſt ſuccedere alius natu-

naturalis deſcendens à primo naturali.

100 Nec obſtat tertium argumentum, de quo ſup.nu.16. & 17. Nam verum non eſt, quod ſi teſtator hodie viueret, & fuiſſet interrogatus: an vellet ſuccedere dictum Don Martinum Maça deſcendentem maſculum per lineamillegitimam? Reſpondiſſet: velle eũ ſuccedere, excluſa dicta dõna Eliſabeth Vallebrera deſcendente per lineam primogenitam legitimam & naturalem à dicto don Ioãne Maça de Calloſa, in quam ingreſſa fuit ſucceſsio: imò credẽdum eſt velle ſeruari regulam illam iuris, de qua ſupra num.70. Quod vbi ſucceſsio ingreſſa eſt in vnam lineam, donec ea ſit finita, non poteſt tranſitus fieri ad aliam lineam, maximè cum dictus don Martinus Maça non ſit agnatus: quia deſcendit per lineam illegitimam.

101 Nec obſtat quartum, de quo ſupra numero 18. Nam teſtator, quãdo vocauit deſcendentes, vſus fuit hoc communi nomine, Deſcendentium, vt pateat in clauſula octaua, & in Regia ſententia, de qua ſupra in facti naratione, numero 25. & non fuit vſque verbum, diſcretiuis. Et ſic cum domna Eliſabeth veniat ſub nomine deſcendentis, non bene applicatur, quod dicitur: teſtatorem diſcretiue fuiſſe loquutum de filijs, & filiabus.

102 Præterea; doctrina Molinæ de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 55. & Doctores, quos ille allegat, quod vbi maioratus inſtitutor diſcretiuè de maſculis, & fœminis, diſpoſuit maſculos nomine filiorũ: fœminas verò nomine filiarum, appellans: verbum, filiorum, non ad filias fœminas, ſed ſolũ ad filios maſculos refertur: ita intelligenda eſt, quod vbi à principio generaliter vocauit filios, quod nomen filias etiam comprehendit, & poſtea ſpecialiter vocauit filias ab eis deſcendentes, tunc quia diſcretiue loquutus fuit de filijs, & filiabus illud verbũ generale, filiorũ fœminas nõ comprehendet: quia expreſſum facit ceſſare tacitũ; ſecus tamẽ eſt, vbi teſtator, poſt quã vocauit filios, aut deſcendentes, poſteriori loco vocauit aliquas fœminas à primis vocatis non deſcendẽtes quales ſunt domna Catherina, & dõna Brianda, quę non deſcendunt à dõ Ioãne Frãciſco Maça teſtatoris filijs primo loco vocatis in prima & ſecũda clauſula: tunc enim illa diſcretiua loquutio non excludit fœminas, eo enim ipſo quod in aliqua parte maioratus ſunt vocatæ fœminæ, & ab eis deſcendentes excluditur agnationis coniectura. Vt probat Molin. de Hiſpan primog. lib.3. cap. 5. num.50. & dixi ſupra num. 83. Maximè; vbi primo loco ſunt vocati filij maſculi, & his morientibus ſine filijs, non adiecta illa dictione, Maſculis, vt in noſtro caſu fœminæ ſunt vocatæ

103 Nam ex qualitate ſubſtituti deducitur ſub illa conditione. Si ſine filijs, quæ præceſsit, comprehendi fœminas. Vt multis relatis, probat Menochius conſilio 95. numero 82. 98. & 99. libro 1. & libro. 4. præſump. præſump. 85. num. 10. cum multis alijs cumulatis à Mario Giurba, deciſione 32. numero 14. verſic. Tertio

tio filijs. Hocque maximè procedit, quando teſtator vocauit aliquas fœminas priuſquam maſculos agnatos, vt in caſu noſtro: quia prætulit domnam Catherinam in tertia clauſula vocatam don Petro Maça, & don Martino eius fratri teſtatoris nepotibus in quarta, quinta,& ſexta clauſula à teſtatore vocatis, & pariter prætulit domnam Briandam, neptem in ſeptima clauſula vocatam,alijs filijs maſculis teſtatoris, quos poſt conditum teſtamentum generare poterat vocatis in octaua clauſula ſimul cum alijs deſcendentibus. Ex his enim excluditur coniectura agnationis,& intelligẽdum eſt:diſpoſitionem factam fuiſſe fauore certarum perſonarum, & non
104 fauore agnationis. Vt bene declarat Peregrin. de fideicomm.art.25.nu.26. poſt medium,his verbis: Putarem ſic dicendum, quòd vbi teſtator in ſuis ſubſtitutionibus prætuliſſet deſcendẽtes,& agnatos ſuos maſculos,& in eorum defectum,fœminas,& deſcendẽtes ab eis vocaſſet, agnationis habitã fuiſſe rationem. Sic enim clarè ſenſit Curt.Iun.cõſ.113.ante num.15. Nam, & ſtatuta ſolent per prius admittere agnatos, & in eorum defectum cognatos,& fœminas; attamen fauore agnationis prodijſſe exiſtimantur. Diuerſum eſt,vbi ſtatutum,vel etiã teſtatoris ordinatio excluderet aliquã perſonam à ſucceſsione, non ſolum per exiſtentiam maſculorum, ſed etiã fœminarum certi gradus: tunc enim nõ in fauorem agnationis, ſed illarũ perſonarum diſpoſitio illa videretur facta;& in his terminis loquuntur plures allegati à Ludou.Molina.

105 Quo ſuppoſito, dicendum eſt: quod cum dicta domna Catherina, & domna Brianda non ſint filiæ, nec deſcendentes don Ludouici Cornell, nec don Franciſci Maça primo loco vocatorum, non eſt applicabilis caſui noſtro illa doctrina: quod filiorum appellatione non veniunt fœminę,vbi teſtator diſcretiue de maſculis, & fęminis fuit locutus. De qua Bald. in conſ.186.nu.1.& 2.lib 1. Loquitur enim tantum Bal. quando teſtator inſtituit filios:ſub quo verbo,filia comprehendebatur, & poſt eos nominatim inſtituit filiam. Et probat ibi filiã non cõprehendi,his rationibus: quod legalis incluſio vnius perſonæ ſexus, vel qualitatis in altera non habet locũ ſi de contraria mente teſtatoris apparet: vnde ſub nomine appellatiuo generis maſculini, putà ſub nomine filiorum, non includitur appellatiuum nomen generis fœmenini,puta nomẽ filiarum,ſi teſtator maiorem affectionem oſtendit ad maſculos, quàm ad fœminas. Secunda, quod quoties diſcretiue diſponitur de pluribus, vnum non continetur ſub altero,licet diſcretione non appoſita,includeretur. Tertia, quod ſpecies diſcretiua à genere, non includitur ſub genere:nam quod ſpecialiter eſt ordinatum à generali ordinatione,videtur exẽptum. Quarta, quod expreſſum facit ceſſare tacitum. Ex quibus concludit Bal. quod quia teſtator vocauerat filios maſculos, & poſtea,vt inquit num. 1. ad finem,circa filias diſcretiue, taxatiue, & ſpecialiter ordinauit, filiorum nomine in ſuo caſu, filias non comprehendi.

Et

Et his etiã terminis loquitur Hieron.Gabriel conſ.69.nu.3. verſ. Quæ concluſio,cum ſeqq.volu,2. ſupra allegatus num. 22. vt ex verbis ipſius ibi relatis aperte conſtat.

106 Et pariter procedunt iura ſupra allegata num. 20. & 21. nimirum Tex. in l.hæres.100.§.duę.ſtatuę.ff.de lega: 3 & in l.cũ Delanionis.§.11.ff.de fundo inſtruct. ibi enim fuit expreſſum nomen generale,nimirum,omne marmor,ſub quo cõprehendebantur.in d. verò,§.11.mãcipia dicti fundi:ſed quia ſpecialiter teſtator nominatim legauit quædã mãcipia ex dicta diſcretiua locutione ſpecies nõ fuit cõprehẽſa ſub genere. Et ſic illa iura loquuntur in diuerſa ſpecie:ſi quidem caſu noſtro dõna Catherina,& domna Brianda neptes teſtatoris, non comprehendebantur ſub vocatione generali filiorũ, inſtituti,& ſubſtituti.

107 Nec obſtat quintum argumentũ relatum ſupra nu.24.25. & 26.deſumptum ex c.1. de eo quod ſibi,vel hæredibus ſuis in vſibus feud. æquiparãdo feudum,& maioratum: nam huic argumento eleganter reſpondet Gaſp. Ant.Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2. q.12. num.44.verſ.Et primo,cum ſeqq. & 47.& 52. in fine.verſ.Tertio principaliter, cũ duobus ſeqq.In primis enim Theſaur.dicto verſ. Et primo loquẽdo.dict.c.4 ait hæc verba: Et primo, non habeat locum in feudo, quod ab initio ſui natura, & ex conſuetudine ſuccedendi tranſit in fœminas. Et ibi multis relatis bene confirmat.

108 Et poſtea num.47. ita ait:Secũdo, textum illũ non habere locum in feudo,ſuper quo fuit erecta primogenitura, prout in proprijs terminis ſubtiliter,& ſcientiſsimè reſpondit Bald.qui nihil ignorauit, in iam allegato conſ. 143.lib.1.quem ſequitur Curt.Iun. de feud.part.3.princip.num.17. Et eoſdẽ ſequitur Tiraquell. de primog. q.10. num.35.Pariſ.conſ.21.nu.29.lib.1. Et hoc eſſe perpetuo notandum, dicit Curt.Iun.in d.loco, num.2.in fin.pro vt locũ Iſerniæ inducit Pariſ.pro Baldi opinione Afflict. ibidem num. 13. Lofred.d.conſ. 14. num.10. conſ.30. num.29.Ioan.Cirier.de primog.lib.1. q.19.num.5,Menoch.conſ.8.7.nu.54. Et optimè probat hanc concluſionẽ P.à Bellapert.in l. pater.§.quindecim, de legat.3.vbi dixit:quòd ſi conſuetudo eſt,vt in Baronia nõ ſuccedat filia, & aliquis habeat filium ſecundogenitum, & filiam primogeniti præmortui, ipſa filia primogeniti debet habere Baroniam. Et ſic etiam in caſu vbi filia eſt ſimpliciter excluſa, adhuc admittitur, quando non ſupereſt maſculus eiuſdem gradus:cum agitur de primogenitura ad excluſionem ſecundogeniti. Et idẽ voluit Bald. in l.in multis.D.de ſtatu hominum. Et ſecundũ illam opinionem Baldi conſuluit etiã Roman.conſ.98.num.2. in fin.Ioann. Lup.in repet.Rubric.de donat. §.69. num,26. Solon.à Pace, conſ.29. n.11. Molina lib.3.cap.4.n.4.& ſeqq.Oſaſc. deciſ.23.num. 25. Ludouic. Schrader. de feud.part.7,cap.4.num.78. Petrus Gregor.de cõceſ.feud.p.4.q.4. num. 24.Menoch. conſ.940. num. 45. Et quod diſpoſitio illius capituli reſtringi debebat ad feudi ſucceſsionẽ,probatur euidenter ex verbis illis ibi: non patet enim locus fœminę in feud ſucceſ-

ceſsione,donec ſupereſt maſculus, & ſic text. differte loquiturde feud.ſuc-ceſsione. Et ita illū interpretaturBald. in l.quoties,poſt nu.6. verſ.Sed illud, quod magis vrget. C.de ſuis & legit. Et quod text.ille loquatur in caſu ſpeciali ipſius feudi,ſcribit Menochius in conſ.315. poſt num.39.verſ. Reſpondetur primo; & de eo eſt ſpecialis caſus illius text.vt ipſamet gloſ. dixerit mirum videri, quod ibi fuerit ita ſtatutum. Quapropter ſi primogenitura fuerit conceſſa, ſeu in teſtamento fundata pro maſculis,& fœminis,& cum clauſula,quod maſculis extātibus, fœminæ non ſuccedant,illa clauſula non accipitur, vt in feudo, quod maſculi à primo inueſtito deſcendentes excludant fœminam primogenitam vltimi poſſeſſoris: ſed reſtringitur ad lineam vltimi defuncti: & primogenita, quæ eſt ex linea vltimi poſſeſſoris, excludet maſculū primogenirum alterius lineæ. Et propterea dicit Molina dict. cap.5.num.50. in fin. & cap.8. num.9. quod diſpoſitio illius text. reſtringitur ad ſolos maſculos vocatos, & ad eos qui ſub qualitate maſculinitatis vocati ſunt,fœminis excluſis. Et idem Theſaur.num.52.prope finem,ait hæc verba.

109 Tertio principaliter circa tex. in d. cap.1.de eo qui ſibi, & hæred. eſt aduertendum: quod ille plures patitur intellectus qui non conueniunt primogenituræ,vltra ſupra expreſſos. Et primo ibi auctor loquitur de maſculo exiſtente in pari gradu cum fœmina,dum ponit caſum, in quo deceſsit fœmina domina feudi relictis duobus filijs maſculis, quorum vnus habebat duas filias,alter filium maſculū; differentia orta inter maſculum, & filias ſuper ſucceſsione iſtius feudi, & ſic inter cōſobrinos in eodem gradu exiſtentes,maſculus fuit prælatus,quia licet eſſent diuerſarum linearum, erāt tamē in eodē, & pari gradu ſucceſsionis inter ſe, & aliter dixiſſet forte ibi Obertus,ſi maſculus fuiſſet remotior, cum eſſemus in feudo fœmineo, & quod primus erat ad manus fœminæ: prout & in caſu noſtro præſupponitur feuda iſta in D. Petrum feudatorem è manibus fœminæ præueniſſe. Superque re maximū facit fundamentum Ancharr.de conſ.339.& poſt eūdem Roma,Soc. Crot. Iaſ.Cur.Rip. Dec.Gozad.Pariſienſ. Tiraquell.Burgun.Piſcinam,Peraltam, & Port. tenuit Molina d.c 5.nu.73.Et ſuper hoc caſu maximam coniecturam fauore fœminarū colligit D.Alex. Raudenſ, de analog.cap.15.nu.297.& ſeq.

110 Secundo: in ſpecie dicti capituli, ideo maſculus remotior excluderet etiam fœminam proximiorē: quia clare apparebat de mente expreſſa concedentis feudum, vt omnes maſculi tam nati ex maſculis, quàm ex fœminis, quouis tempore admitterentur: Et vt ait Bald.in auth.ceſſante. C. de legi.hęred.col.vl.verſ.Dicas inueſtitura poſuerat omnes maſculos, qui fœminis eſſent præferendi. Et ita ibi text. illum interpretatur idem Bald.quem ſequitur Menoch. in conſ.177. nu.36. & cap.315.num.40.Sed vbi tenor contractus non obuiat, tunc filia præfertur filijs alterius filij. Et concludendo: Bald.d.primo ad vltimum, ſubiungit in caſu ſuo, quod in feudo indiuiſibili

bili filia eſt potior nepote: & hãc eſſe veritatem,& Bal. iterum ſequitur Menoch.in conſ.940. num.45. Et propterea benè dicebat Bald. in d.cõſ.275. limitari illum text. in primogenitura: quia,vt dixi ſupra in tertia ratione ſpecialitatis,in ea vnus dumtaxat ſuccedit. Et illa forma datur, vt bona quæ in ea cõprehenſa ſunt, diuidi nequeãt, nec ſeparationem recipiant. Vt idem Bald.ait in auth. ex teſtamento,num. 16.C.de collat. Cyn. in l.ſi viua matre.C.de bon.mater. Tiraquel.de iur. primogen,q.51.num.5. Molina de primogen.lib.1.cap.11. num.2. Et ſic eſt quid indiuiſibile:in quo,vt modo dixi,Bald.cõcludit pro filia, nõ obſtante diſpoſitione text.in d.c.1. Et ſequitur Ang.cõſ.321. Rober.de Salic.inter conſ.Bald.conſ.205.lib.5. Menoch.d. conſ.940.

111 Tertio:vt dicit Are.in l. Gallus.§. nunc de lege. ff. de liber. & poſth. & alij ſup.allegati proximè,text.in d.c.1. loquitur de feudo conſolidato in fœminam, quæ illud dederat marito in dotem. Et ideò ibi tractatur de ſucceſsione ipſius fœminæ inueſtitæ de feudo nouo, in quo maſculi fœminis præferuntur ex tenore inueſtituræ, & natura ipſius feudi. Et licet interpretatio iſtorũ contra ſenſum litteræ(quod etiam animaduertit Alc.reſp.34.poſt num.37.verſ.Nec obſtant,lib.9.ſecundum Lugdunen.impreſsionem)tamẽ libuit,& illam hic recenſere, vt videamus quam ſpecialis ſit prouiſio illius text.quẽ variè Doctores interpretantur. Et ob id ad caſum ſuum reſtringi debet,& non ampliari, nec ad deciſionem aliorum caſuum allegari.

112 Non eſt tamen prætermittendum pro intelligentia illius text. quòd aliqui dixerunt omnes Doctores,qui tenuerunt illum text.limitari in primogenitura, deceptos fuiſſe auctoritate Bald.qui tamen hoc non dicit; prout aduertit Cephal. in conſ.261.num.65. Nã hoc eſt falſum, & præter id,quod Cephal.loquitur contra communem, & contra id,quod alibi concludit, nẽpè in conſ.656.num.50. & conſ.664. num.10. Et eſt abſurdum credere tot, tantoſq; Patres eſſe deceptos, & plus eis vnum ſciuiſſe Cephalum. Pluſque ſe ipſo conſtat etiam non eſſe illos deceptos:quia hoc ſcripſit Bald.(ſi rectè intelligatur)in c.etenim pri. de eo,qui ſibi,& hæredib. proponitur regula: ſi fundum ab vno fuerit acquiſitũ, pro ſe,ſuiſque hæredibus maſculis, & fœminis, quandiu ſupereſt maſculus ex primo inueſtito, tandiu fœminas repelli. Eiuſque rei duo afferuntur exẽpla. Vnum, quãdo primus acquiſitor deceſsit relictis duobus filijs,quorum vnus maſculo ſuperſtite deceſsit:alter verò relicta tantum filia:propter ſuperiorem definitionem, totum feudum 113 excluſa filia,defertur maſculo. Alterũ eſt, cum primus acquiſitor deceſsit relictis duabus filiabus, quarum altera maſculum habet. Nam hic maſculus, ex ſuperiori regula materteram excludit. Hæc igitur duo exempla eandem rationem habent, & eadem regula nituntur,quæ eſt,vt maſculus,ex primo inueſtito deſcendens,fœminas excludat. Hoc præmiſſo, Baldus proponit hanc queſtionem: ſi primogenita deceſiſſet relicto maſculo; nondum tamen adquiſita primogenitura: an is maſ-

maſculus excludat materteras ſecundo & tertio genitas,

Et primo loco ad fauorẽ maſculi adducit regulam d.cap.1. Deinde pro contraria ſentẽtia quam ipſe ſequitur, (fuit enim Bald. inter eos, qui cenſent patruum nepoti præferendum eſſe in
114 primogenitura nondum acquiſita) ita ſcribit. Propterea eſt animaduertendum, quod ſi in inueſtitura eſſet verbum, primogenitis, quod non haberet locum d.cap.1. quia hic põderatur primogenitura ex forma inueſtituræ, potius, quam maſculus remotioris gradus. Quibus verbis ſignificat, quòd ſi in inueſtitura dictũ ſit, vt primogenitus ſuccedat, quia in primogenitura ſpectatur proximior ei, de cuius ſucceſsione tractatur, & filia ſecundogenita eſt proximior patri, de cuius agitur ſucceſsione quam filius primogenitæ: ideo eſſe fœminam præferendã maſculo, tanquam remotiori, quia nõ tractatur amplius de ſucceſsione primi acquiſitoris, ſed de ſucceſsione ipſius primogeniti. Vt tradit Tiraq. de primog. q. 40. nu. 1. Et per conſequens in primogenitura non habet locũ tex. in d.cap.1. quia ſi haberet locũ, remotior maſculus excluſiſſet filiam primogeniti defuncti: & ſic non decipiũtur ſequaces Baldi: ſed magis decipitur ipſe Cephal. qui non benè percepit doctrinam illius Doctoris. Ex quibus, meo iudicio, remanent ſublata omnia ea, quæ in primo fundamento, pro parte maſculi fuerunt adducta.

115 Nec obſtat ſextum: verũ enim eſt, voluntatem inſtitutorum maioratuũ eſſe, conſeruare ſplendorem ſui generis, ſuumque cognomen, & arma, cum quibus ſua familia immarceſsibilis redditur: nõ tamen ex hoc ſequitur, quod voluit excludere fœminas à ſucceſsione ſui maioratus: cum iſtæ etiam deferant cognomen, & arma. Nam ſplendor familię, eiuſdemque teſtatoris memoria, etiam per fœminas cõſeruatur. Vt inquit Molina de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 6. Ad quod põderat textum in l. liberorũ, in fine. ff. de verbor. ſignific. ibi: Etenim id circa filios, filiaſque concipimus, atque edimus: vt ex prole eorum, earumue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Vbi id Bart. & Alciat. aduertunt textus in authentic. de hęred. ab inteſtat. venient §. 1. Portius, qui plura refert conſ. 13. num. 260. Et late probat Molin. d. cap. 4. fœminas in maioratibus Caſtellæ ſuccedere, quamuis in eis ſit adiectum grauamen delationis cognominis, & armorum. Et in Regno Valẽtiæ, vbi fuit inſtitutus hic maioratus, & in quo ſita ſunt bona in eo recadentia, pariter ſuccedunt fœminæ in ſimilibus maioratibus. Vt dixĩ in deciſio mea 220. 2. tom. vbi adduxi: quòd fuit obſeruatum in Ducatu de Villahermoſa, & in Comitatu de Almenara. Et idem fuit obſeruatum in Cathalonia in Ducatu Cardonę.

116 Nec obſtat ſeptimum: verũ enim eſt, in fideicommiſsis, ſub nomine, nepotum, comprehendi pronepotes, & alios deſcendentes, dum tamen ſint legitimi, & naturales, & per lineam legitimam deſcendentes; non tamen ſunt comprehenſi deſcendentes per lineã illegitimam (qualis eſt dictus dõ Martinus Maça, qui deſcendit mediantibus don Ioanne Maça naturali tantum,

tum,

tum,& alio don Ioanne Maça, Baſtardo) iſti enim in fideicomiſsis non ſuccedunt. Vt ſupra probaui num. 62. & 63. Idque in caſu noſtro ſatis conſtat ex verbis clauſulę ſextæ, ibi: Si ille deſceſſerit abſque filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio, quod omnia dicta bona, & iura mea perueniant ad alium nepotem meum filium maſculum dicti don Martini, filij mei, ſi reperietur: et ita ſequatur de vno in alium dictorum nepotum meorum filiorum maſculorum dicti don Martini filij mei deſcendendo abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio, vſque ad vltimum illorum morientem. Hocq; abſque dubio procedit extantibus deſcendentibus per rectam lineam legitimam, & naturalem à D. Ioāne Maça de Calloſa, in quem ingreſſa fuit ſucceſsio (qualis eſt dicta domna Eliſabeth Vallebrera) tunc enim nō poſſunt ſuccedere naturales, nec per lineā naturalem deſcendentes.

117 Ad octauum reſpondetur: quod licet naturales in Regno Valētiæ, ſecundum communem vſum loquēdi dicantur de domo; tamen ſuccedere non poſſunt extantibus legitimis, & natuarlibus, & per lineam legitimam, & naturalem deſcendentibus, vt reperiuntur in caſu noſtro, dicta domna Eliſabet Vallebrera, & eius filij. Vt ſupra late probaui, & fuit deciſum eā dicta ſentētia in Regia Audientia lata anni 1570. qua, & ſignāter num. 53. dicitur: deſcendentē per lineā naturalem poſſe ſuccedere deficiētibus omnibus alijs deſcendentibus ex totali linea legitimorum; & ita in occurrenti caſu, extante dicta domna Eliſabeth, quæ deſcendit per lineam legitimam & natnrale, & à dicto D. IoaneMaça de Calloſa.

118 Nec obſtat nonū: quia in caſu noſtro teſtator nō contemplauit agnationem in omnibus ſuis deſcendentibus, cum aliquas fœminas admiſſerit: ſed tantū in certis perſonis, & gradibus, vt probaui ſupra num. 78. Et ita non poteſt hac ratione conſeruandæ agnationis, de caſu ad caſum primogenium extendere. Vt multis relatis benè probat Molina de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 50. qui dicit: ita vidiſſe pluries ad fœminarum admiſsionem in forēſibus controuerſijs adduci. Et verum eſſe idem tenet Peregr. de fideicomm. art 25 num. 26. in fine, his verbis: Diuerſum eſt vbi ſtatutum, vel etiam teſtatotis ordinatio excluderet aliquam perſonam à ſucceſſione, nō ſolum per exiſtētiam maſculorum: ſed etiam fœminarū certi gradus: tūc enim non in fauorem agnationis, ſed illarum perſonarum diſpoſitio illa videretur facta. Et caſu quo hoc fideicommiſſum, ſiue maioratus eſſet agnationis; cum D. Martinus deſcendat per lineam illegitimam, nō eſt agnatus: & ita vti talis ſuccedere non poteſt.

119 Nec obſtat decimum, quia noſtri maioratus inſtitutor in ſua diſpoſitione nō receſsit à regula, quæ ſeruatur in ſucceſsione maioratum, vt primò reſpiciatur linea, ita, vt prius debeant ſuccedere omnes, qui ſunt de linea illius, qui poſſedit maioratū, ante quā fiat trāſitus ad aliam lineam. Primo enim vocauit lineam don Ladouici Cor-

Cornell, filij primogeniti hæredis inſtitui, & non admiſit don Ioannem Franciſcum eius filium ſubſtitutum, niſi dictus don Ludouicus ſuccederet ſine filijs legitimis,& naturalibus, & ex legitimo matrimonio naturaliter procreatis:& pariter vocauit prius totam lineam dicti don Ioãnis Franciſci Maça, filij ſecundi matrimonij, contracti cum domna Elionora Calatayud,tunc viuente, antequam ad ſucceſsionem admitteret domnam Catherinam Maça eius filiam dilectam: cum non aliter dictam domnã Catherinam ad ſucceſsionem vocauerit,quã decedente dicto Ioãne Frãciſco Maça ſine filijs legitimis, & naturalibus. Vnde dici non poteſt prætuliſſe deſcendentes à dictis duobus filijs, qui erant remotiores dõnæ Catherinæ propriæ ſuæ filiæ,quę erat proximior ratione conſeruandi agnationis;cum imò hoc fecerit, vt obſeruaret dictam regulam, iuxta quã prius finiri debebant lineæ vocatorum primo,& ſecũdo locò, ante quam tertio loco vocatus admitteretur, nec poteſt conſiderari ratio conſeruãdi agnationem:quia quando teſtator fecit mentionem de filijs don Ludouici Cornell,& D. Ioãnis Frãciſci Maça, licet expreſserit qualitatem legitimorum,& naturaliũ, & ex legitimo matrimonio procreatorũ; nõtamẽ expreſſit qualitatẽ maſculinitatis: & ita ſi in linea primi vocati, reperietur filia, vel neptis,deficiẽtibus maſculis,excludere ſubſtitutũ, tanquam eius lineæ, in quã ingreſſa fuit ſucceſsio, & in tota dicta clauſula hæreditaria nõ fit mentio agnationis, nec in pluribus eius partibus maſculinitatis; & ita nõ procedit dictum argumentum.

120 Præterea etiam: ſi de maſculis in aliqua parte fiat mẽtio, & in alia parte tantum de filijs, ex hoc ſolo nõ debet interpretari verbum,filijs, de maſculis. Rota Romana deciſ. 554. nu. 2. in recollectis per Farin.primo tomo, 2.part.fol.391.his verbis: Non obſtat, quod ſubſtitutione pręcedenti,in qua teſtatrix vocauit filios Balthaſaris,eos vocauit cũ expreſsione maſculinitatis. Vnde vocãdo ſimpliciter in alia filios filiarũ,debeãt intelligi pariter de maſculis:quia vna pars teſtamenti aliã declarat;vt per Abb.conſ.36. num.1. cũ multis concordantibus.Quia contrarium conſuluit Anan. conſ.22. cuius ſententia verior eſt,& receptior, quando nõ ſunt coniecturæ in cõtrarium. Socin.Iun.cõſ.100.nu.20 lib.1. Gabr. conſ.97.num.87. ante med.lib.1.Molin.de primog.Hiſpan.lib.3. cap.5. nu. 56. ante finem Menoch.præſump.84. num.5 ad finem. lib. 4. Et vti magis communem ſequuta eſt Rota in vna Camerinen.fideicom. ſeu bonorũ. 8. Nouembr.1595.coram R. P.D. meo Decano;præſertim vbi de diuerſis perſonis,in diuerſis ſubſtitutionibus agitur. Ruin.conſ.134.nu.19.verſ. Et hoc procedit.lib.2.Rubr. conſ. 71. num 6. circa med.cum multis per Menochiũ præſumpt.84.num.7.lib.4.

121 Nec obſtat vndecimum:verum enim nõ eſt teſtatorem ita maſculinitatem dilexiſſe, vt fœminas ab eo deſcẽdentes omnino à ſucceſsione excluderet:imò videmus ab eo fuiſſe expreſſè vocatas Catherinã filiã,; & Briandam neptem, & quod in cõditione

appo-

appoſita don Ludouico filio inſtituto, ſi deſcederet ſine filijs, non adiecit verbũ; Maſculis. Quod pariter fecit, quando ſubſtituit dõ Ioãni Franciſco Maça, ſi decederet ſine filijs. Et ita ſi D. Ludouicus, vel dõ Ioãnes Franciſcus relinqueret filias legitimas, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatas, non eſſent excluſæ. Vnde expreſsio maſculinitatis operabitur effectum in perſonis, gradibus à teſtatore expreſsis, & non in alijs.

Secundo reſpõdeo: quod vbi maſculi non agnati poſſent ſuccedere, dõ Franciſcus Rocamora, qui eſt maſculus à teſtatore deſcendens ex ea linea; in quam ingreſſa fuit ſucceſsio, præferri debet don Martino Maça, qui eſt alterius lineæ.

122 Tertio, & vltimo reſpõdeo, quòd quamuis dictus D. Martinus ſit maſculus, deſcẽdit tamen à teſtatore ſiue maioratus inſtitutore per lineam illegitimam, mediantibus don Ioanne naturali, & alio D. Ioãne Baſtardo. Et ita exiſtẽte legitima ſobole don Ioannis Maça de Calloſa, aui dictæ domnæ Eliſabet Vallebrera, nõ poteſt ſuccedere. Vt ſupra probaui num. Et probat Parlador. rerum quotidianar. lib. 3. quæſt. 1. num. 12. & 13. Vbi illam regulam, quod in maioratibus, agnatus remotior præfertur fœminæ proximiori, limitat in filio naturali. Idem in ſpecie latiſsimè probat Albert. Brunus in tractat. quod extãtibus maſculis, art. 12 quęſ. 3. tom. 2. tract. nouiſ. fol. 227. Vbi num. 33. dicit quod: ſtatutum factum fauore agnationis, ceſſat in naturalibus tantum, qui non poſſunt excludere fœminas. Et late per ſex argumenta comprobat Georg. Scaccia in tract. de ſtat. exclud. fœmin. propter maſcu. num. 47. verſ. Circa tertiã principalem quæſtionem.

123 Ex ſupradictis fuit declaratum in S.S.R.C. in fauorem dictæ domnæ Eliſabeth Vallebrera, nunc Comitiſæ de la Granja; ſententia publicata per Michaelem Codorniu die 26. Ianuarij 1627. confirmando ſententiam latam in Regia Audiẽtia Valentina.

DECISIO II.

Appellari, vel ſupplicari non poteſt à declaratione facta in cauſa contentionis per arbitros electos, iuxta formam iuris, vbi diſpoſitum eſt: ſtandum eſſe deliberationi eorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt ab arbitris, qui ſecundum formam iuris cognoſcunt.*

2 *Ab arbitris, ex neceſsitate ſtatuti eligendis, appallari poteſt: ſed contra infrà num. 4.*

3 *Appellari non poteſt à pronunciatione facta per arbitros, quando inter duos Iudices eſt contentio, & declaratur: ad alterum iuriſdictionem pertinere.*

4 *Supplicari non poteſt à declaratione facta per Prorregem, cum votis Doctorum vtriuſque Aulæ ciuilis, & criminalis, circa hoc: an cauſa ſit ciuilis. Et num. finali.*

5 *Appellare nõ licet, vbi arbitrium conceditur, & ſtatur dicto arbitorum.*

6 *Supplicari nõ poſſe à prouiſione facta, cũ qua fuit declaratũ in cauſa contentionis, ſuper eo: an cauſa ſit ciuilis, vel criminalis, fuit declaratũ in Sup. Cõſ.*

CON-

CONTENTIO fuit orta in R. Audientia Valentina ſuper eo:an eſſet ciuilis,vel criminalis actio intentata per Syndicũ Monaſterij S.Michaelis Regũ,Ordinis diui Hieronymi, conſtructi extra mœnia Ciuitatis Valẽtiæ, domini loci de Fraga,cõtra oficiales Comitis Coſentaynæ,ſub prætextu, quod ruperãt Regiam Saluaguardiam, per dominum noſtrum Regem cõceſſam die 2.Aprilis 1608. & in oppido Coſentaynæ publicatam die 19.eiuſdem, cũ qua Regia Maieſtas ſuſcepit, poſuit, & conſtituit ſub ſua Regia,& immediata poſſeſsione,& Guidatico dictũ Monaſterium,eiuſq; vaſallos: & ſignanter,locum de Fraga,& iuriſdictionem ciuilem,& criminalem ipſi Monaſterio de iure foro,vſu,conſuetudine, vel aliàs in dicto loco & termino illius pertinentem, & ſpectantem: ita,quod de cætero nemo auderet,vel præſumeret vaſallos in dicto loco degentes capere, damnificare, iniuriare, offendere,detinere,arreſtare,aut damnum aliquod inferre. Et quia Regia Pragmatica,facta per ſpectabilem dõ Ioannem Laurentium Villarraſa;gerentem vices generalis Gubernatoris in Regno Velentiæ,& Regentem Locitenentiam,& Capitaniam generalem in eodem Regno, publicatam Ciuitatis Valentiæ die 4. Maij 1564. in cap.3.diſponit,vt in caſu contentionis:an cauſa ſit ciuilis, vel criminalis: Locumtenens generalis ſuæ Maieſtatis debeat nominare aliquos DD.Cõciliorũ ciuilis, & criminalis in num. pari, hoc eſt, tot Concilij criminalis, quot fuerint electi ex R. Audientia ciuili, quorum deliberationi,vel maioris partis eorum, ſtandum ſit. Ad dictam contentionem fuimus nominati quatuor arbitri, nimirũ duo auditores Regiæ Audientiæ ciuilis, & duo DD. Regij criminalis Cõcilij. Et omnes conuenimus dictam cauſam ruptæ Saluaguardiæ eſſe criminalem. Et Excellentiſsimus dominus, Marchio Caracenæ,tunc Prorex Valẽtinus,cũ Regia Prouiſione,per ſuam Excellentiam, & per nos dictos quatuor arbitros ſubſcriptam, ita pronuntiauit. Idcirco,& aliàs in ſequẽdo vota Magnificorum Doctorum Regij Concilij vtriuſque Aulæ ciuilis,& criminalis, pro executione Pragmaticæ nominatorum,prouidet dictã cauſam denunciationis,& acuſationis criminalis, poſitæ per Syndicum Monaſterij Sãcti Michaelis Regum, aſſerti domini loci de Fraga, tractãdam fore,& eſſe in Regia Audientia criminali,in eaq; ad vlteriora procedi poſſe. Quæ Regia prouiſio fuit publicata per Franciſcum Pablum Alreus die 1. Auguſti 1608.

Ab hac Regia prouiſione ſupplicauit dictus Comes Coſentaynę ad ſuam Maieſtatem, & ad S.S.R.Concilium. Dubitatum fuit: an deberet admitti dicta ſupplicatio. In quo dubio,à declaratione facta in cauſa contentionis, per arbitros electos iuxta formam iuris, appellari, ſiue ſupplicari poſſe videbatur.

1 Primo per text. in cap.ab arbitris, 11.de offic.delegati.lib.6. cuius verba ſunt: *Ab arbitris, qui ſecundum formam iuris,vt de propoſita contra iudicem, ſuſpitionis cauſa, cognoſcant,vel qui, cum de re-*

renocatione ambigitur, litterarum iudicibus, nequeuntibus in vnam ſententiam concordare, ad concertationem huiuſmodi ſopiendam à partibus eliguntur, eſt (ſi grauauerit) ad Sedem Apoſtolicam appellandum.

2 Secundò: quod à dicta ſentētia appellari poſsit, tenuerunt multi grauiſsimi DD. nimirū Panormitanus in c. Paſtoralis, extra de reſcript. nu. 1. verſ. Nota 1. Ibi: Si autem diſconueniunt, licet plures ſint ab vna parte, quam alia, recurrendum eſt ad arbitros, qui quidem debent communiter à partibus eligi, & ſunt iſti arbitri iuris, cum eliguntur auctoritate huius C. Ideo ab eis poteſt appellari, Vt in d. cap. ab arbitris, de offic. de legat. lib. 6. Imola in d. cap. Paſtoralis, de reſcriptis, nu. 2. & 9. Et ibi etiam Bellamera num. 2. ad finem. Felinus num. 10. Decius num. 4. & 23. aſſerens communiter teneri: Euerardus in Topicis legalibus. Capit. ab exceptione ad regulam, nu. 8. Socin. reg. 31. fallentia 3. qui omnes conſtanter affirmant: prædictam opinionem veriſsimam eſſe: eo maximè, quod arbitri huiuſmodi ad competentiam iuriſdictionis electi, non tam arbitri, quam iudices dici debent. Quapropter ab eis, tanquam a iudicibus appellari poſſe, profitentur. Cui ſententię accedunt plerique, qui affirmant ab arbitris, ex neceſsitate ſtatuti eligendis, ex qua potius iudices, quam arbitri reputantur, appellari poſſe, vt docet Iaſſon in §. omnium, num. 10. & 11. inſtitut. de actionibus. Et Felinus in cap. fin, num. 11. & 12. de ſentent. & re iudic. Et late Iaſon in l. cum ſpecialis; numer. 6. de iudic. Vbi, poſt plures antiquos, per eum citatos, aſſerit hanc opinionem cōmunem eſſe, & eam amplectitur Socin. Reg. 31. fallentia 4. Et ipſam probauit Franciſcus Aretinus in l. 1. C. de arbitris. Et id ipſum tenet Angel. in l. apertiſsimi, in 3. notabili. per illū text. & ibi Paulus Caſtrenſ. in vltimo notabili. C. de iudic. & Bart. & Bald. in l. 1. §. fin. & ibi Imola. ff. à quibus appella. non licet. Et Bald. in l. 1. C. de peric. & commod. rei venditę. Et Ancharran. in cap. ab arbitris, & ibi Frāc. de probationibus. de offic. delegat. lib. 6. & gloſ. in cap, à iudice. Et ibi Bellamera, & Turrecremata, &c. q. 6. Aretinus in §. omnium, col. 5. in vltima differentia, inſtit. de actionibus. & Bart. in l. conſtitutio. C. col. 1. in fine Et hanc ſententiā probare videtur. text. in l. cum ſpecialis, & ibi hoc expreſſe tradunt Bart. & Bald. in 7. notab. Et Salicetus. C. de iudic. & itidē ſentit Paul. Caſtrenſ. in l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. Et Alexand. in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogant. & Lanfranc. in tractatu de arbitris, q. 7. & q. 14. Bald. in l. penult. §. fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Et in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr. Et Panormitan. in cap. cum dilectus, de arbitr. & ſuperiores allegans Hieronymus Portoles in Scolijs ad Molinum ad for. in tit. *De competētia de iuriſdictiones*, num. 25. & 26. 1. parte. pagina 433.

Sed His non obſtantibus, fuit denegata dicta ſupplicatio.

3 Primò: per doctrinam Angeli; in l. ex quocumque. nu. 8 ff ſi quis in ius vocatus non ierit, cuius verba ſunt:

E Tu

Tu da vnam fallentiam ſingularem, ſcilicet, cum inter duos iudices eſt de iuriſdictione contentio, & ſuperior, vel arbitri pronũtiant: ad alterũ pertinere: quia ab illa non appellatur, cum non interſit partium, eo, quod eſt veriſimile, quod ita iudicabit vnus æquę ſicut alter. Refert, & ſequitur Ruginellus in tractatu de appellationibus. §. 2 cap. 3. numero. 188. pagina 84. Idem tenet Innocentius in cap. Paſtoralis. numero 3. & 8. de reſcriptis, quem allegat Angelus vbi ſupra, Fulgoſ. in dict. l. 2. numero 12. & Iaſon numero 38. & Curtius Iun. numero 24. ff. ſi quis in ius vocatus non erit. Et eam probauit Paulus de Bene. ſingulari. 13. in volum. ſingul. omnium Doctorum, pagina 995. & Conſtantinus ad leges Galliæ, fol. 227. columna. 1. in principio. Et Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, interlocutionibus, numero. 64. aliàs in ſua practica. cap. 10. num. 64. fol. 362. iuxta vltimam paruam impreſsionem anni 1573. & Baldus in

4 cap. Paſtoralis, numero 10. de reſcriptis. Quibus ſuffragãtur pleriq; qui contra opinionem eorum, quos ſupra retulimus, probabilius exiſtimãt: ab arbitris, ex neceſsitate ſtatuti eligendis, appellari non poſſe. Quorum late meminit Felinus in cap. fin. num. 12. de ſentent. & re iudic. & Socinus in regula 31. incipien. Appellari à ſententia, fallent. 4. & Iaſon in §. omniũ. num. 11. inſtit. de action. Et hanc ſententiam tenuit Bart. in l. 1. per illum text. ff. de arbitr. Et idem Bart. in l. 2. ad fin. eodem tit. & in l. ſi arbitro. ff. qui ſatiſda. cogantur, & in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Et Antonius de Butr. in cap. Quintauallis, in 25. differentia, de iure iuran. & Domi. in cap. ab arbitris, prope finem. de offic. deleg. in 6. Et Portoles in Scholijs ad Molin. in tit de competent. iuriſdict. numero 27. in fine, pagina 434. inquit: hanc opinionem, tanquam Regni Aragoniæ ad modum vtilem, & litium anfractus tollentem approbatam fuiſſe, per forum illius Regni. Et Regens Seſſe, in deciſione Regni Aragonum, tomo 2. deciſ. 113. numero 126. & 127. refert dictas contrarias opiniones Doctorum in hoc articulo an ab arbitris neceſſariis appellari poſsit. Et nu. 28. inquit: Practicam illius Regni, ſecurè approbare opinionem ſibi magis vtilem, & magis occurrentem litigijs, & per quam reſpublica in maiori quiete conſeruetur. Hæc autem ratio militat in caſu noſtro, ne detur locus ſupplicationi interpoſitæ à declaratione facta per Proregem cum votis arbitrorum nimirum, Doctorum vtriuſque Aulæ, ciuilis, & criminalis: circa hoc, an cauſa ſit ciuilis, vel criminalis: facta enim fuit dicta Regia Pragmatica, ad ſedandum lites, & controuerſias: & ita non eſt dandus locus ſupplicationi,

5 Secundo: dicta Regia Pragmatica diſpoſuit: ſtandum eſſe deliberationi dictorum quatuor Doctorum, vel maiori parti eorum. Et hoc caſu non licet appellare ab arbitrio eorum, vt inquit Baldus in conſil. 217. incipienti: Citatio, numero 2. ad medium, libro 4. his verbis: Vnde, ſciendum eſt, quod per ſtatutum

tum conceditur arbitrium, & ſtatutum. Vltra non procedit, & tunc per tale ſtatutum, nec ius partis lęditur, nec contra iuſtitiam præſumitur, de donat. l. filius. per Bart. de admin. tut. l. impuberi filio Centurio, aut conceditur arbitrium, ſtatutum præſumitur pro ipſo: & tunc in alteram partem trãsfertur onus probãdi: Ar. de legat. 1. licet Imperator: aut cõceditur arbitrium, & ſtatuitur pro ipſo. Et tunc, dummodo ſecuentur verba ſtatuti, & eius forma acquieſcẽdum eſt, tanquam ſententiæ legis, contra quam nullus eſt recurſus. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus, & Bald. refert, & ſequitur Cardinal. Tuſc. practic. quæſtionum. lib. 1. in verbo, arbitrio. concluſio. 475. num. 3. pag. 428.

Nec obſtant in contrarium adducta: quia regula fallit in hoc caſu; & ita merito, me referente, fuit denegata dicta ſupplicatio interpoſita per Comitem Coſentaynæ, & cum à denegatione recurſum emiſiſſet, & in S. S. R. Conſilio, cauſam recurſus introduxiſſet in eodem fuit facta pro
6 uiſo tenoris ſequentis: Die 26. Februarij. 1609. in facto articuli verten tis ſuper admiſsione, vel repulſione recurſus, emiſsi per don Gaſtonem Ruiz de Corella, Comitem de Coſentayna à denegatione ſupplicationis interpoſitæ à ſententia in R. Audientia Valentina, contra eum, & in fauorem Prioris, & Conuentus Monaſterij Sancti Michaelis Regum, Regni prædicti, lata die 1. menſis Augusti, anni 1608. viſis ſupplicationibus, hinc, inde, per vtramque partem reſpectiue oblatis; ad inſtructionem dicti articuli, viſo proceſſu, & omnibus alijs videndis, facta relatione in S. S. R. Conſilio per nobilem cauſæ Relatorem: attenta diſpoſitione pragmaticæ anni 1564. (quæ per illa verba: quod declarationi factæ per DD. nominatos debeat ſtare, tollit ſupplicationem, & reuerſum) & alias prouidet: non eſſe locum admiſſioni memorati recurſus: ſed potius repellendum fore, & eſſe eundem Comitem de Coſentayna, prout cum præſenti repellit à limine huius iudicij, & neutram partem, ex cauſa, in expenſis condemnamus: ſed pro biſtractis executionem fieri mandat. Et intimetur Clauero Vicecancel.

V. D. Monſerratus de Guardiola R. — *V. D. Ioannes Zabater R.*
V. Monter R. — *V. D. Ioſephus Bañatos R.*
V. D. Philippus Tallada R.

DECISIO III.

Feudi controuerſia vbi eſt inter dominum, & vaſallum, quæſtio eſt terminanda per pares Curiæ; fallit tamen in caſibus hic relatis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi controuerſia inter dominum, & vaſalum per Pares Curiæ eſt terminanda.*

2 *Pares Curiæ ſi ſint in Prouincia, de conſenſu partium eliguntur: alioquin extra*

prouinciam.

3 Feudalis cauſa dicitur, quando agitur de fructibus, & re feudali.

4 Pares Curiæ cognoſcunt ſi lis, vel controuerſia ſit inter dominum, vel vaſallum ſuper actione reali, vel perſonali, vel mixta.

5 Pares Curiæ cognoſcunt, quamuis dominus feudi ſit conſtitutus in maxima dignitate.

6 Feudalis cauſa, ſi vertatur inter dominum feudi, non recognoſcentem ſuperiorem, & vaſallum, pares Curiæ debent cognoſcere, quamuis dominus feudi, ſit Summus Pontifex, vel Imperator. num. 7.

8 Feudalis cauſa, quando vertitur inter Regem, & Baronem, vel militem eius feudatarium, iuxta conſtitutionem Cataloniæ, per pares Curiæ dirimi debet.

9 Pares Curiæ cognoſcunt inter dominum feudi, & ſubfeudatarium, quando non eſt immediatus vaſallus.

10 Fiſcus, vbi facit partem in cauſa, debet tractare in ſuo conſiſtorio, & nō coram paribus Curiæ.

11 Fiſci priuilegium eſt, quod procurator Cæſaris tantum de cauſis fiſcalibus cognoſcat.

12 Fiſcus pro ſuo intereſſe comparens in iudicio, cauſam tradit ad ſuum iudicē & num. 14.

13 Iudex eſt procurator Cæſaris, quando cauſa priuatorum pendet a cauſus fiſcali.

15 Fiſcus in Catalonia trahit cauſam ad ſuum tribunal nimirum ad Baiulum generalem.

16 Tertius oppoſitor comparēs pro ſuo intereſſe, non poteſt cauſam ad alium forum trahere.

17 Feudalis cauſa non debet tractari corā paribus Curiæ, quando Imperator, vel Rex eſt dominus feudi.

18 Perſona loquentis non venit in generali ſermone.

19 Iudex in cauſa propria eſſe poteſt Papa, vel Imperator, ſiue Rex, ſiue Supremus Princeps.

20 Fendi controuerſia non debet terminari per pares Curiæ, vbi Imperator eſt præſens, in Lombardia.cap.1.§.ſententiæ de pace conſtantiæ. Et hoc ratione pacti, num. 21.

22 Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt de fendis ligijs cognoſcere.

23 Superiorem non recognoſcens, ex honeſtate: non autem ex neceſsitate cognoſcit de cauſa feudi inter ipſum, & ſuum vaſallum.

24 Rex noſter cognoſcit per ſuum Conſilium: non autem perſonaliter, de ſua cauſa.

25 Cauſæ feudales de conſuetudine tractantur in Regalibus auditorijs illæ de quibus cognoſcebant pares Curiæ.

26 Feudales cauſæ inter Regem dominū feudi, & vaſallum actitatæ fuerunt in S.S.R.C.Aragonum.

27 Pares Curiæ, vbi non extant, ordinarius iudex inter dominum feudi, & vaſallum cognoſcit, & num.35. vbi ſunt ſuſpecti.

28 Pares Curiæ qui ſint.

29 Pares Curiæ in Catalonia dicuntur, qui habent paria, vel ſimilia feuda.

30 Feudatarij in Inſula Ebuſi, qui extant.

31 Plu-

31 *Pluralis numerus, vbi debet interuenire, non ſufficit vt vnus extet, ſed plures.*

32 *Iudex quis eſſe non poteſt in cauſa propria, vel ei cōmodū, vel incommodū reſultat.*

33 *Pares Curiæ, ſi non extant, dominus feudi aſsignat iudicem, vel ſi nō reperiētur in numero ſufficienti, nu. 34.*

35 *Pares Curiæ, vbi ſunt inhabiles, vel ſuſpecti, iudex ordinarius cognoſcit.*

36 *Ordinarius rei, vel loci vbi res ſita eſt, cognoſcit in cauſa feudali, in defectum parium Curiæ.*

37 *Ebuſi in Inſula, quā partē habet Archiepiſcopus Tarraconenſ. & quam alij condomini.*

38 *Pares Curiæ regulariter de cauſa feudali inter dominū, & vaſallū cognoſcit: fallit tamen in aliquibus caſibus.*

39 *Feudales cauſæ, iuxta conſtitutionem Cathaloniæ apud pares Curiæ tractari debent: ſecus ſi nō habet niſi vnū parem.*

41 *Feudalem cauſam inter Regem, & Archidiaconum feudatariū, poſſe tractari in S. S. R. C. non obſtante fori declinatoria oppoſita, fuit declaratum in eodem Concilio.*

CAVSAM vertentem in hoc
1 S.S.R.C. inter fiſci procura-
torem domini noſtri Regis,
qui eſt dominus feudi, inſularū Ebu-
ſi, & Frumentariæ, ex vna parte; & Ar
chidiaconū S. Fructuoſi ſubfeudata-
rium partis earundē Inſularum, ex al
tera, ad pares Curiæ fore remittendā,
& non poſſe in eodē Cōſilio tractari,
prætendebat Archidiaconus, & in
eius fauorem.

Primo facit tex. in c. de cōtrouer-
ſia feudi, quod par. term. in vſib. feud.
cuius verba ſunt: *Si inter dominū, & vaſ
ſalū de feudo orta fuerit contentio, per pa-
res illius domus, ſicut lex Corradi dicit, di
rimatur: ſi tamen pares habeat. Et ſi qui-
dē dominus, & vaſallus cōſenſerint in eli-
gendis paribus, nulla dubitatio eſt.* text.
in cap. 1. §. ſi inter dominnm, de
prohib. feud. alien. per Fede. cuius ver
ba ſunt: Si *inter dominū, & vaſallū de
beneficio fuerit controuerſia, corā paribus
finiatur.* cap. Imperialē. § fin. de prohi.
feud. alien. per Feder. Amad. de Pon-
te in tract. quis ſit iudex in cauſa feu-
di, n. 1. tom. 10 tract. part. 2. fol. 195. col.
4. ibi: *quod cauſa feudalis per pares Cu-
riæ eſt cognoſcenda, & deſcidenda. Id-
que procedit, ſiue tractetur de inueſtitu-
ra, vel de commiſſo, vel de quocumque iu-
re domini in feudo, vel de iniuria, aut vio-
lentia domini in re feudali facta.* Ioann.
2 Blanc. in 4. part. in tit. de controuerſ.
feud. in princip. & Ard. eo. titu. col. 1.
Sunt aut pares Curiæ, cum vaſallo,
partium conſenſu eligantur in Pro-
uincia ſi ſint alioquin extra Prouin-
ciam, habetur in dictis locis. Et latē
Iacob. de Sanct. Gregor. de feudis,
1. tit. de differentia inter feu. re. num.
14. vbi inquit: quod parilitas conſi-
deratur ratione feudi, non perſonæ;
& Franciſc. Milan. deciſione 6. lib. 1.
inquit: Cauſam eſſe feudalem, quan-
do agitur de percipiendo fructus ex
3 re feudali. Schrader. de feud. part. 10.
ſectione 5. numero 70. pagina. 165.
vbi dicit: Pares Curiæ cognoſcere,
4 ſiue illa lis, vel controuerſia inter
dominum, & vaſallū vertens ſit actio
realis, perſonalis, mixta, in rē ſcripta,
bonæ fidei, ſtricti iuris, prætoria, ciui-

E 3 lis,

lis,rei perſecutoria,vel pœnę perſecu-
toria,vel etiam officium iudicis. Et al
legat ita tenentes, Ant.de But.c.cæte
rum,num.8.ext.de iud. & eſt, inquit,
de mente Hoſtien. Innoc. & Ægid.
Bellam.ibidem. Et idem Schrader in
5 eadem ſect.5.nu.18. ait: hoc procede-
re , quãuis dñi feudi ſint conſtituti in
maxima dignitate:ſubiungẽs hæc ver-
ba:*Quales ſunt Duces, Comites,Barones,*
Cardinales , Epiſcopi, & ſimiles. Oldrad.
cõſ,211.conſ.293.col.pen & cõſ 321. Paul.
Caſ.& Corn l.fi.C.de verbor.ſign. Ioann.
Monac.in extrauag.Excõmunicamus,ſu-
per verb.Clericus.Arch. Io.And. & Do-
min.cap.nemo,de elect.lib.6. Domin.cap 1.
col.1.de ſchiſm. lib.6.Card.Clem.in pleriſ-
que,in fin.princ.de elect.Fran.Paui in ex-
trauag.ad onus:Fel.cap.ad aures,n.11.ex-
tra de reſcript. Fel.c: cũ in iure. n. 7.verſ.
quinimo in materia ſtricta, ext de offic de
leg.Fel.c.quod ſuper his,ext. de fid.inſtru.
Dec.l.1.nu.24.C. de mand. Princ.Dec.c.
Eccleſiæ S.Mariæ,nu.24.circa fin & n.
15.de conſtitutio.Io.de Cter.in tract. de pri
mogenit lib 1 q.24.nu.31.& 32.Ruin.cõſ.
7 *4 num.19.lib.5.* Intriglio de feud.cẽtur.
art.94.nu.40.pag.38. vbi multis rela-
tis,probat:quòd ſi cauſa feudalis ver-
tatur inter dominũ feudi, non recog-
noſcẽtẽ ſuperiorẽ,& vaſallũ,pares Cu
riæ debent cognoſcere. Quod proce-
dit etiã, quãuis dñs feudi ſit Sumuus
Põtifex,vel Imperator. Alciat conſ.2.
num 21 & 26 lib 3 Roſental de feud.
cap 12 concluſ 3 num.2.& 3.cum mul
tis alijs ſequen.
8 Secũdo facit:in feudatio fuit facta
à Rege Iacobo Primo,a d cõſuetudi-
nem Barchinonæ, vt legitur ſup in fa-
cti narratione n.4 & 11 ſed iuxta con
ſtitutionẽ Regis Petri 2 factã in 2 Cu
ria Barcinonæ,anno.1283.*En totas cau*
ſes tit 1.de feu. pag 345 quãdo cauſa
feudalis vertitur inter Regẽ, & Baro
nẽ,vel militẽ,eius feudatariũ per pares
Curiæ dirimi debet. Ita Scarrats in c.
ſi quis habet hominẽ n 18 pag 451. er
go per pares eſt tractanda, & per eos
decedenda.
9 Tertio:quãuis dictus Archidiaco-
nus ſit ſub feudatarius dñi Regis:quia
dictũ feudũ habet ab Archiepiſcopo
Tarracon.Regis feudatario,& ſic nõ
eſt immediatus vaſallus. pares Curiæ
eligẽdi ſunt à Rege. Ita Schader p 10.
ſect.5 n.211.pag.183. Roſent.de feu. c.
12 cõcl 3 n.53 verſ.17 pag. mihi 312. Et
Rex debet aſsignare parẽ Curię dictũ
Archiepiſcopũ eius feudatariũ, & Ar
chidiaconus aliũ. Ita Bald in cap.ete-
nim,de iud in 3.
Sed cõtrariũ fuit deciſum ex ſeqq.
Primò,quia hęc cauſa vertitur inter
10 Frãciſcũ Deſpuig,& litis cõſortes acto
res,ex vna,& Regiũ fiſcũ,reũ cõuentũ,
ex alia,in qua ſe oppoſuit dictus Ar-
chidiaconus Vidal, vtrũq; excluſurus
ſcilicet,actorẽ,& reũ à repetita , & cũ
agatur cõtra fiſcum, tractari debet in
Supremo Cõſilio,vbi fiſci aduocatus
interuenit, & nõ corã paribus Curiæ,
vbi fiſcus nõ aſsiſtit l ad fiſcũ C. vbi
cauſæ fiſcales,cuius verba ſunt: *Ad fiſ-*
cũ pertinẽtes cauſas rationalis decidat, om
nibus cõcuſsionibus prohibẽdis Et ibiglo.
inverb rationali,ait:Id eſt,procurator
Cæſaris l cu aliquid , eodẽ tit ibi:*Sic*
videlicet,vt præſente rationali, vel procu-
11 *ratore domus noſtræ , inter eum & accu-*
ſatorem cauſa tractetur. Peregrin de iu-
re fiſc. lib. 7 tit.1. num.1. vbi inquit:
Pro-

11 procuratorẽ Cæſaris tantum de cau-
ſis fiſcalibus cognoſcere. In quo, non
mediocre fiſci priuilegium verſatur,
cõtra regulam cap. ne quis in ſua cau
ſa iudicet, & num. 9. ampliat, vt etiam
fiſcus cõparens pro ſuo intereſſe, cau-
12 ſam trahat ad ſuum iudicem. Capic.
deciſ. 197. num. 1. & 2. vbi, ad id põde-
rat textum in l. cum eorum. C. de ſen
tẽt. vbi habetur: quod ſi fideiuſſor vel-
let agere cõtra fiſcũ debitorẽ, quod ſi
13 bi ab eo pignora tradãtur, poterit age
re corã procuratore Cæſaris. Et dicit
ibi Bart. quod, licet, inter duos priua-
tos, fiſcus nõ debeat eſſe iudex: Vt in
l. 2. C. ſi aduerſus fiſcũ; tamẽ quando
quæſtio priuatorũ pẽderet à cauſa fiſ-
cali, procurator Cæſaris eſſet iudex,
& alleg l. cũ vẽdente. C. vbi cauſę fiſc.
Et notat, pro priuileg. fiſc. Frãc. Luca
Parmen. in tract. de priuileg. fiſc. 24.
priuilegio facit tex. in d. c. cũ vẽdente,
vbi mãdatarius priuati, qui emit rẽ à
fiſco, & ſoluit fiſco pretiũ, poteſt age-
re cõtra mandantẽ ad pretiũ, corã pro
curatore Cæſaris Et dicit ibi Salict. in
3. q. quôd licet, procurator Cæſaris nõ
ſit cõpetens iudex inter duos priua-
tos. l. 1. C. de iuriſdic. om. iud. tamẽ ibi
cognoſcit ipſe procurator Cæſaris de
cauſa, in cõſequentiã, & acceſſoriè ad
cauſam fiſcalẽ. Alfaro in tract. de offi
cio fiſc. gloſ. 16. priuileg. 1. nu. 26. pag.
14 52. his verbis: *Vbicunq; fiſcalis, cauſæ in-
tereſſe debet, ſiue reſpõdens, ſiue agẽs cau-
ſam, ad ſuprema, vbi aſsiſtit tribunalia,
trahere poteſt, prout ego traxi, vt ibi retu-
li doctè Pereg. lib. 7. tit. 1. n. 9. ex l. ſi minor.
C. de iur. fiſc. lib. 10. Et aliquos, pro hac
opinione ibi adducit Anchar. in c. ea quæ,
c. 17. de reg. iur. lib. 6. Pau. & Cagn. in l.
vẽditor, ff. de iud. Capi. deciſ. 197. aliquibus
etiã eã impugnãtibus, mihiq; hæc pars pro
batur l. Iulianus, de iu. fiſ. quã adduxi ſup.
glo. 11. n. 3. Quin & inter priuatos, ſi cauſa
pẽdeat a fiſcali. Capi vbi ſup. Mattheſilan.
in l. cũ eorũ. C. de ſent. & interloc. nu. 9. 1.
tom. ſing. fo. 164. vide infra glo. 34 §. ſpe-
ciali 20. illud autẽ ſcio, & patrẽ meũ cau-
ſam auocaſſe, & ego vidi in cauſa eiuſ-
dẽ ſuſceptionis S. Officij Hiſpalẽſis, vulgo
Receptor, qui nominabatur S. Iacobi: no-
mẽ enim propriũ, vt dicimus, nõ recordor:
Huius igitur iã defuncti bona impeteban-
tur ratione reliquorũ, & cũ eius cauſæ iu-
dex eſſet pater meus, alias cõtra eadem
bona iã pẽdentes, ad ſe traxit, & ego etiã
tanquã fiſcalis ad Regales Audiẽtias ali-*
15 *quas traxi.* Hactenus Alfaro. Cancer.
lib. 2. var. c. 16. n. 44. in fin. n. 45. ibi, &
hoc iure vtimur in Cathalonia. Et de
fiſco atteſtatur Iacob Cali. in Marga.
fiſc. in 3. dub. n. 24. verſ. 28. Quia reus
cõuentus, vbi in fi. aſſeritur: in Cathalo
nia, in cauſis patrimonialibus fiſcalib°
priuatus, ſiue fiſcus agat, ſiue cõuenia
tur, ſequi iudicẽ fiſci; nõ Baiulũ gẽnera
lem Cathaloniæ.

Secũdo: quoniã dictus Archidiaco
nus pro ſuo intereſſe ſe oppoſuit in
hac cauſa, excluſurus tam dictos Deſ-
puig & alios actores, quã fiſcũ, reũ cõ
16 uẽtũ: & tertius oppoſitor cõparẽs pro
ſuo intereſſe, nõ poteſt cauſam ad aliũ
forũ trahere, l. vẽditor 49. ff. de iudi. cu
ius verba ſunt: *Vẽditor ab emptore denũ
tiatus, vt cũ nomine euictionis defenderet,
dicit ſe priuilegiũ habere ſui iudicis: quæ-
ritur: an poſsit litẽ ab eo iudice, apud quẽ
res inter petitorẽ, & emptorẽ cœpta eſt, ad
ſuũ iudicẽ reuocare: Paul' reſpõdit vẽdito
rẽ emptoris iudicẽ ſequi ſolere: Et probat*

Digitized by Google

Cancer lib.2.variarum.cap.16. de tertijs oppoſitoribus,nu. 40. vbi allegat, ita in ſpecie tenentes,Bartol. Paul. & alios in l.1.C.vbi in rẽ actio. Anchar. conſ.33.& dub.num. 2. Purpur.conſ. 26.per totam; & dicit ita eſſet diſpoſitum in Cathalonia in conſtitutione 2.tit.de tertijs oppoſitor. ad inſtantiã illius, qui ſe in aliqua cauſa oppoſuerit,petendo,aſsiſtendo, aut excludendo aliquem ex litigantibus,non poſſe cauſam illam euocari ad Regiam Audientiam,ob qualitatem,quæ in perſona dicti tertij oppoſitoris cõcurreret.

17 Tertio: quamuis regulariter pares Curiæ debeat cognoſcere inter dominum feudi,& vaſallos; tamen hoc nõ procedit,quando Imperator, vel Rex eſt dominus feudi. Vt dicit Ægidius Boſ.in ſua praxi.tit.de foro competẽti, num.170.his verbis: *Tamen credo cõtrarium, quod imo Cæſar ſit iudex, quia iura ſunt Imperatoris dicentia, quod iudices ſunt pares: ſed in generali ſermone non*
18 *venit perſona loquentis,qui eſt ipſe Cæſar §.fin.de prohib feud.alien.per Federic.& ibi gloſ.Item Doct.qui dicunt: quòd pares Curiæ ſunt iudices.Allegant rationẽ, quia nemo in cauſa propria, debet eſſe iudex:*
19 *quæ ratio ceſſat in Cæſare, & Papa, qui ſunt iudices in cauſa propria: vt not. in c. cum veniſſent,de inſtit. vbi fit regula,cum fallentijs,per Felin. & Dec. Et reperio: Quòd Præpoſitus Mediolanenſis format quæſtionem, & ita tenet in tit. apud quem, vel quos contro feud.col.2.Et allegat tex. in fortioribus terminis loquentem,in Rege Francorum, non recognoſcente ſuperiorem in cap.nouit, de iudi.facit tamen differentiam inter Cæſarem,Papam, alioſque ſupremos Principes,prout eſt Rex Gallorũ, & inter alios inferiores, non recognoſcẽtes ſuperiorem de facto.Et inde intelligendus videtur Curt. in tract.feud.in vltima parte,in vlt. quæſt.& Aluaro.in dicto tit. apud quem, vel quos controu.feud.termi. deb.& Bald.in d.§. præterea:& ideo Aret.in d.cap.nouit.in 5.notab. vult reſpectu non recognoſcentis, quod cognoſcat dominus. Allegat c.1.de lege Corra, in princip. Felin.tamen ibi vult, quòd ſint pares Curiæ in gloſ. verb. iudicare, ibi limita hanc concluſionem ſecundum Bald.in §.præterea.Ita etiam in effectu Felin.in cap. cum veniſſent, de iudic.dum allegat Bald. in d.§.præterea.Ego perſiſto in mea opinione: quod imò Cæſar ſit iudex. per text.in d c. nouit,qui non poteſt cauillari, & qui fortius,vt dixi,loquitur.Et ita Aluarot.quod poteſt Cæſar, ſi vult,quando eſt præſens, alias quod ſunt pares Curiæ. cap.1. apud quem,vel quos,col.2.verſ.Quoniam.* Ha-
20 ctenus Boſ.Et pro hac ſententia facit text.in cap.1.§.ſententiæ quoque,verſ. Etſi qua controu.de pace conſtantiæ in vſib.feud.ibi: *Et ſi qua controuerſia fuerit orta de feudo inter eos, & alium, qui ſit de ſocietate,per pares illius Ciuitatis,vel Epiſcopatus, in quo deſcendit agetur, & ſecundum cõſuetudinem illius Ciuitatis in eodem Epiſcopatu terminetur:niſi nos in Lombardia fuerimus: tunc enim*
21 *in Audientia noſtra,ſi nobis placuerit,agitabitur,*licet Schraſerius de feud.part. 10.ſect.5.num.28.dicat:ſpeciale eſſe in illo textu,propter pactum expreſſum, initum inter Imperatorem, & illã Societatem Lombardiæ: ſed vbi ita de-
22 beret intelligi ille text. ſaltem negari non poteſt, quod,ex quo Imperator, & do-

& dominus noſter Rex, non recog-
noſcunt ſuperiorem, poſſunt eſſe iudi
ces in cauſa feudi, vertente inter ipſos
ex vna, & vaſallos ligios, ex alia par-
te. Quod expreſſe dixit Bald. in cap.
cæterum, ext. de iudic. num. 7. his ver-
bis: *Et ſaluo, quod ſolus Princeps poteſt in
talibus feudis ligijs cognoſcere: quia ſolius
Principis eſt inſtituere, & deſtituere.* Idē
dicit Iaſon in Præludijs feud. nu. 112.
verſ. 4. Amad. de Ponte, in tit: quis ſit
iudex in cauſ. feud. in princip. tomo
10. tract. part. 2. fol. 161. Zāſius in tit. de
feud. part. 11. nu. 6. Marta de iuriſdict.
part. 4. Centur. 1. caſu 89. num. 1. qui
alios plures allegat Dec. in dicto cap.
cæterū, n. 12. de iudi. vbi inquit: quod
licet, qui nō recognoſcit ſuperiorem,
23 non cognoſcit (iuxta Baldum) de cau
ſa feudi inter ipſum, & ſuum vaſallū;
hoc tamen eſt ex quadam honeſtate:
non autem iuris neceſsitate, cum is,
qui ſuperiorem non recognoſcit, in
cauſa propria ius dicere poſsit. Refert
& ſequitur Menoch. de retinēda poſ-
ſeſsione, remedio 3. num. 436. Ita Al-
ciat. conſ. 2. num. 26. lib. 3. & Intriglio.
de feud. Centur. 2. num. 94. poſtquā
numer. 40. retulit Doctores tenen-
tes pares Curiæ debere cognoſcere
de cauſa feudali, vertente inter domi-
num non recognoſcentem ſuperiorē,
& eius vaſalum, ſubiungit hæc verba:
*Quod intellige ex quadam honeſtate: non
autem ex iuris neceſsitate: cum is qui ſu-
periorem non recognoſcit, in cauſa propria
ius dicere poſsit.* Et dominus noſter
24 Rex, vt magis honeſte procedat, non
perſonaliter cognoſcit: ſed per ſuum
conſilium, vbi iuſtitia id poſtulat. Et
vt inquit Mieres in Conſtit. Catalo-
niæ, collat. 11. cap. 4. fol. 15. col. 3. de Ri-
gore iuris, Papa, vel Princeps cognoſ
cere poteſt de cauſa ſua; tamen hone-
ſte facit ſi cauſam alij committit, & ſe
ei ſummittit, & eſt regalia ſpecialis in
Principe, aliàs regulariter nullus eſt iu
dex in cauſa propria: ſed melius facit,
ſi alteri cōmittat. Et alijs relatis Mier.
hoc bene cōfirmat. Muta deciſ. 2. Sici
liæ, num. 11.

25 Quarto: nam de conſuetudine, in
cauſis feudalibus de quibus cognoſce
bant pares Curiæ, hodie cognoſcitur
in Regalibus Auditoribus, vt ſcribit
Gregor. Lopez in l. fin. tit. 26. *De los
feudos*, part. 4. gloſ. 2. verbo, *Otros va-
ſallos*. fol. 71. pag. 72. Et Amad. de Pon
te in tractat. quis erit iudex in cauſa
feudi, tomo 10. tractat. part. 2. fol. 196.
col. 1. ad med. vbi ait: de conſuetudine
ſeruari per eos, qui iura habent Impe
rialia. Et ita videmus in hoc S.C. A-
ragonum cognitum fuiſſe de cauſa
feudali inter fiſcum, & vaſallum feu-
datarium, vt ait Fab. de Annan. conſ.
53. in princip. & num. 2. vbi refert, ſen-
26 tentiam fuiſſe latam ann. 1565. Et in
eodem Supremo Conſilio fuit vota-
ta ſententia in cauſa Comitatus de
Serramana vertenti inter Comitem
de Cullar, Regni Sardiniæ ex vna, &
Regium fiſcū, parte ex altera (in qua
ego fui vnus ex iudicibus) & in eo
fuit lata ſententia per Proregem, ſiue
Locumtenentem generalem ſuæ Ma
ieſtatis, in Regno Sardiniæ, cum vo-
tis huius Supremi Conſilij, publicata
per Franciſcum Villaret die 22. Au-
guſti 1618.

27 Quinto: nam quando non extant
pares Curiæ, tunc Conſilium Supre-
mum

Digitized by Google

mum tanquam repræſentans perſonam Regis, cognoſcere poteſt. Quod probatur ex his, quæ ſcribit Schrader. de feud. tom 2. part. 10. ſect. 6. nu. 189. pag. 217. his verbis: *Vigeſimo primo, hæc concluſio fallit, quando nulli extant pares Curiæ: tunc enim de lite inter dominum, & vaſallum mota, iudex ordinarius cognoſcit. Gloſ. cap. 1, §. Præterea ſi inter, verbo, per pares Curiæ, & ibi Doct. Mart. Laudenſ. num. 5. de prohibit. feudal. per Frid. Abb. cap. cæterum, num. 7. & ibi Franc. Aretin. num. 31. Dec. num. 12. Fel. num. 10. verſ. 2. declara Anton. de But. nu. 15. verſ. qui autem ſi non ſint pares, ext. de iudic. Iacob. de Sancto Gregor. in tract. de feudis, verbo, Et dicti vaſalli, num. 16. Petrus de Bellapert. in tractat. feudal. tit. 15. num. 18. Ioann. Blanch. in Epitome feud. parte 4. Cap. num. 12. Franc. Sobsbech. in tractat. feudali, part. 14. num. 22. Curt. Iun. in tractat. feud. part. 7. nu. 38. Socin. cap. ex trãſmiſſa, num. 15. & 21. ext. de foro compet. Vvumſer. pract. obſeruatio. tit. de feud. obſeru. 22. Menoch. de retinenda poſſeſsione, cap. 1. num. 1. & ibi Frid. Schick num. 2. de controuerſ. feud. apud Partermin. Andr. de Iſern. cap. 1. num. 11. & ibi Aluarot. circa princip. Mart. Laud. num. 4. Matth. de Afflict. num. 2. 3. de controuerſ. feud. apud par. termin. cap. 1. in princip. ſi de inueſtitu. int. dom. & vaſal. lis oriat, l. vbi abſunt, 19. & ibi Bart ff. de tutor. & curat. dat. ab his, l. fin. & ibi Iaſ. nu. 1. & 2. C. de iudic.*

28 Pares autem Curiæ dicũtur, vaſalli immediati eiuſdem domini, in eadem Curia, & quidem feudi controuerſi, ab eodem domino feuda tenentes, cap. 1. verſ. teſtes, ſi de inueſtitura inter dominum, & vaſallum lis oriatur in vſibus feudo: Et ad fungendũ munere iudicandi habiles, ſiue capaces, vt dicit ad literam Schrader de feud. part. 10. ſectio. 7. num. 1. tomo 2. pag. 229. vbi multis iuribus, & doctrinis relatis, hanc ſententiam benè confirmat & Bald. in cap. cæterum, num. 13. de iudicijs, declarando: qui dicuntur pares, inquit: ſi eſſet quæſtio de Comitatu, dicerentur pares Comites, vel Barones: ſi ſe inferioribus beneficijs, ſiue feudis, dicerentur pares; qui poſſident feuda, & iurauerunt fidelitatẽ:

29 Quod etiam diſpoſitum eſt per Cõſtitutionem Cathaloniæ, in tit. de feu. vt habetur in cap. *in totes cauſes*, pag. 545. ibi: *Faſſ an per pars de la Cort, eſſer iutiats, barons ſo es a ſaber, per Barons, e Cauallers de vn eſcut per Caualler de vn eſcut.* Et eſſe pares Curiæ, qui habent Paria, vel ſimilia feuda teſtatur Ioannes Socorrats in conſuetudine Cathaloniæ, Conſuetud. ſi aliquis habet hominem, num. 31. pag. 454. his verbis: Sed hodie eſt expeditũ in dicta Conſtitutione, cap. item: quod in omnibus cauſis, vbi habetur, quod illi dicuntur pares, qui habent ſimilia feuda, & debent eſſe eiuſdem Curiæ, ſeu Prouinciæ, in qua exiſtunt bona feudalia, cap. 11. ibi: Pares illius domus, de controuerſ. apud pares terminan: cap. 1. ibi. *Per pares eiuſdem Curiæ*: Et ibi. *Pares eiuſdem Curiæ: ſecundum præfatũ modum eſſe eligendos*, de contro-

30 uerſ. inter Epiſcop. & vaſal. Vnde cũ in Inſula Ebuſi, tantum ſint feudatarij Regis, Archiepiſcopus Tarracon: Archidiaconus Sancti Fructuoſi, & Infans Portugaliæ, cui ſuccelsit dominus noſter Rex, & præſens cauſa vertatur

tatur inter procuratorem fiſci Regis
domini feudi,& Archidiaconum ſub
feudatariū, tantum remanet archiepiſ
copus Tarraconen . qui habet ſimile
feudum: & ſic non extant pares Cu-
riæ,ſed vnus tantum: & cum requiri-
tur pares in plurali, non ſufficit vnus
31 l.vbi numerus ff.de teſtibus:& vnus,
qui extat , eſt Archiepiſcopus , cui,
commodum ſpectat, ſi Archidiaco-
32 nus Victoriam reportaret. Et quādo
ad ſingulos pares Curiæ commodū,
vel incommodum reſultat, vel reſul-
tare poteſt;tunc pares Curiæ nō poſ-
ſunt iudicis officio fungi : vt probat
Schrader de feud. part.10 ſect 6 num.
192 cum ſequentibus: nemo enim po-
teſt eſſe iudex in cauſa propria, vt in
Rubric.& in l.vnica. C.ne quis in ſua
cauſa iudicet. Et,vt inquit Caliſ in vſa
33 tico,placitare,num 5.fol 47. tunc erūt
iudices Pares Curiæ domini, ſi habet
pares:aliàs dominus feudi aſsignabit
iudicem. Et ita in occurrenti caſu de-
bet eſſe iudex Conſilium Supremū.
Et probatur in cap. 1. de controuerſ.
apud pares terminanda in vſibus feu
dorum,ibi: *Si tamen pares habeat*; &
ibi:hoc notat Iſern. num 5. Roſental.
de feud.2 part cap 12 concluſ.4 n.5.
34 ibi: Vt fallat caſu,quo dominus pares
Curiæ non habeat,vel non habeat nu
mero ſufficientes ad iudicādum : ſed
forte vnum tantum, & ibi additio li-
tera B pag 322 Allegantur Aluarot in
cap 1 de controuerſ feud apud pares
terminanda, circa principium Laud,
num 4. Afflict num 2. Præpo. num.
1 Schenk num 2 & Rauen. cap 1 in fi
ne,apud quem,vel quos:argum cap ſi
quis miles,de content inter dominū,
& vaſallum gloſ in cap 1 §. Præterea
ſi inter, verb.per pares; & ibidem Bel
uis:Iſern num. 91. & additio Nardi,
Lipariis,ver.vel & cætera. Aluarot n.
7. Laud num 5 Præpoſit num 7. Rai-
naud num 9 Rauen Afflict num 17.
in fin. Schenk nu. 5. & alij de prohib.
feudi alien. per Frederic. Panorm in
cap cæterum,num. 14 & ibid. Innoc.
num 3 Franciſc Aretin num 31 Felin.
n 10 verſ ſecundo declaratur. Anto.
Butr num 15 verſ. quod autem ſi non
ſint pares &c Dec num 12 in fin. de
iudic Marian Socin.num 15 verſ vlti-
mo limitatur,& num 21 vbi veriorem
dicit de foro compet Ioan Blāch lib.
4.cap 1 num 12. Petrus de Bellaperti.
de feud. tit 15.num.8 Iacobin de San-
cto Gregorio,in dicto verbo, & di-
cti vaſalli pro dict reb.num 16. Curt.
Iun.dict part 7 num 38. Ioan.Ferran
Montan.lib.5.cap.1.verſ.2. quando cō
trouerſa eſt,&c.Hannet.lib. 4. cap. 2.
verſ.ſicut & caſu,&c. Petrus Lonot.
in vſibus feu.tit. vltim.Schneid.par 9,
cap.1.n.24 & duobus ſeqq. Sonsbec.
part.14.num.21.Capy.in inueſti.feud.
cap.feudorum iudicia,col.4. §. ſed ſi
dominus nō habens,&c.pag.254.Bor
cholt.cap.10.num.13. Mozz.de natu-
ra feudorum,nu.114. Menoch.remed.
retinend.3.nu. 444. dicens ſe credere
hāc rem probabili dubitatione, com-
muniter carere. Hart.pract.obſeruat.
libro.2.titul.54. de feud. obſeruat.21.
Medium, dicit cum gloſ. DD. tran-
35 ſire, & veriorem eius eſſe ſententiam
Minſing.reſpōl. 22. num. 3. decad.3.
(ſi non habet,vel quos habet ſint ſuſ-
pecti,vel inhabiles) tunc ordinarius
cognoſcit,& obſeruat.19.num.7.cent.
6.Schra-

ſerum ſit cauſam feudalē vaſalli mediati eſſe terminandam corā paribus primi domini feudi,& ſic Regis; tamen in occurrenti caſu, cum non ſit niſi vnus, nimirum Archiepiſcopus Tarraconenſ.qui eſſet par Curiæ, ille que intereſſe haberet,non poteſt corā eo ventilari.

41 Ex quibus fuit declaratū: fori declinatoriam per dictū Archidiaconū Hieronymū Vidal,nō procedere: & in ſententia lata in hac cauſa fuit declaratum in fauorem dictorū Franciſci Ioannis Deſpuig, & litis conſortiū in principali petitione,adiudicādo eis pretium Turcarum. Et in fine ſententiæ fuerunt adiecta hæc verba: *Non obſtante fori declinatoria, & alijs quibuſcunque per memoratum Archidiaconum Vidal oppoſitis.* Et ita in hoc articulo iuriſdictionis obtinui, & fuit pronūtiatum referente Reuerēdiſsimo domino Don Ioanne Sētis, Epiſcopo Barchinonen. tunc Regente Cancellariā, ſententia lata in eodem Supremo Cōſilio,publicata per Nicolaum Menſa, die 9.Februarij 1618. Et cum à dicta ſententia, ſupplicaſſet dictus Archidiaconus Sancti Fructuoſi Hieronymꝰ Vidal:cauſa ſupplicationis fuit declarata deſerta: & per conſequens, ſupra dictam ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam. Et ita fuit pronuntiatum in eodem S. S. Regio Conſilio,ſententia publicata per Nicolaum Menſa Regij mandati Scribā die 26. Maij 1620.

Facti narratio deciſionum 3. & 4.

SEreniſsimus Rex Iacobus Primus in feudum conceſsit Caſtrum, & Inſulam Ebuſi, vulgo dictam Euizā; & Inſulam Frumentariam,vulgo dictam de la Formentera ; Guillermo de Mongino electo Epiſcopo Tarraconenſi, cum Regio priuilegio dato Illerde ſeptimo Idus Decēbris 1234.
1 tenoris ſequentis: Manifeſtum ſit cunctis præſentibus,& futuris, quòd nos Iacobus Rex Aragonum ; & Regni Maioricarum , Comes Barchinonæ, & Vrgeli, ac dominus Mōtiſpeſcelani; attendentes dilectionis affectum, & integritatem animi, qua vos Venerabilē,& dilectū G.ad Eccleſiam Tarraconen.electū erga nos ſemper geritis, & geſsiſtis. Cū hac præſenti carta perpetuo valitura, donamus, laudamus,atque concedimus vobis, & veſtris,& quibus vos volueritis relinquere,ſeu dare ad omnes veſtras, veſtrorumque voluntates inde perpetuo faciendas,Caſtrum , & villam de Eui-
2 za,cum tota Inſula in qua eſt,& totā Inſulam de Formentera,cū ſalinis,& leudis,portibus,redditibus,& prouētibus. & omnibus exitibus Maris , & terræ,& cum aquis dulcibus & ſalſis, ſtagnis,ligonis,Pratis, Paſturis montibus,planis,montaneis, cultibus , & heremis,ſeluis,nemoribus,garricijs,& cum omnibus ingreſsibus,& egreſsibus per mare,& per terram : & cum fortijs,ædificijs, & melioramentis fa-
3 ctis,& fiendis; & cū omnibus omninò,& ſingulis,& iuriſdictionibus, & pertinentijs ad prædictū Caſtrum,& villam, & ad prædictas Inſulas pertinentibus,& debentibus pertinere ſub tali,inquam, forma, hāc donationem vobis,& veſtris facimus , vt teneatis vos , & veſtri omnia , & ſingula per

nos,

4 nos,& ſucceſſores noſtros in feudum ad conſuetudinem Barchinonæ, & donetis nobis, & ſucceſſoribus noſtris vos,& veſtri quotieſcumque, & quandocumque voluerimus poteſtatem de dicto Caſtro, & de omnibus Caſtris,ſeu fortitijs, quæ in prædictis Inſulis cõtigerit fieri in futurum. Verum ſi forte contigeret, vos prædicta Caſtra,& Inſulas dare, vel dimittere alicui laicali perſonæ, teneatur nobis, & ſucceſſoribus noſtris facere inde homagium, & prædictam poteſtatẽ

5 dare,& fidelitatẽ ſeruare. Retinemus autem nobis in dictis Caſtris, & Inſulis, quod poſsimus inde facere pacem,& quôd ſin in guerra cum illis, cum quibus nos habemus guerram.

6 Hæc autem donatio valeat tali pacto, quod vos hinc vſque ad feſtum Sãcti Michaelis menſis Septembris proximè, cum nauigio,& exercitu accedatis ad dictum Caſtrum,& Inſulas expugnandas, & ſi eas acquiſieritis perpetuo valeat donatio ſupradicta. Verum tamẽ(quod abſit) ſi vos reuertimini ab obſidione,& exercitu ad bonum,& ſanum intellectum veſtrum, ibidem non relictis:iſta donatio inde ſit irrita penitus,& inanis. Datt.Illerdæ ſeptimo Idus Decẽbris,anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto. Deinde dictus Archiepiſcopus tranſactionem iniuit cum Petro Infante Portugaliæ,& Nuño Sãz in modum ſequentem.

7 In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis,ad laudem,& gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & glorioſæ Virginis Mariæ Matris ſuæ,cupientes Crucifixi iniuriam vindicare,ad expugnandum Chriſti Blasfemos, & ad eruendum terram de manibus Sarracenorum, quam iniuſtè detinent occupatam,vt in ea eiectis impijs,populus domino acceptabiliter diuino ſit auxilio introductus. Nos Guillermus pro miſeratione diuina Tarraconen. electus, & Petrus Infans Portugaliæ, dominus Maioricarũ, & Nuño Sãs accitipotenter, & viriliter contra Mauros in Inſulis de Euiça, & de Formentera commorantes venimus ad finem,& concordiam, & amicabilem compoſitionem ſuper expugnãdis,& acquirendis Inſulis memoratis, in hunc qui ſequitur modum. Quod præparamus nos in continenti bona fide,& ſine inganno ad eundum, & pugnandum, & capiendum caſtrum de Euiça,& Inſulas memoratas. Ita tamen, quod eamus ibi omnes cum exercitu noſtro, Domino concedente:& cũ iam dictas Inſulas, & caſtrũ,

8 acquiſierimus, diuidemus eas, & caſtrum inter nos, benè, & fideliter ſub hac forma. Primo,quòd ad honorem & laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti,& glorioſæ Virginis Matris ſuæ, dotabimus ibi Eccleſiam parochialẽ, & hæreditabimus honorificè ad arbitrium,& cognitionem duorum clericorum,& duarum perſonarnm laicarum,qui benè,& fideliter,& ſub ſacramento in hoc prouideant,& ordinẽt. Ipſa vero dotata honorificè, & ſuffi-

9 cienter deducantur, & percipiãtur de omnibus bonis mobilibus, & ſemouentibus,ibidem inuentis, & acquiſitis,expenſæ factæ,& fiendæ in machinis,& ingenijs, & alijs communiter neceſſarijs,& vtilibus ad expugnationem,

nem,&captionem caſtri, & fortitudi
nis:ſi autem prædicta non ſufficerent,
deducantur, & percipiantur dictæ ex
penſæ de redditibus,ſiue prouentibus
tàm villæ,quàm Inſularum, quàm cu
iuſcumque alterius rei, quæ appellatio
ne,redditus,ſeu prouentus totius ter-
ræ,ſiue maris intelligi poſsit: deinde
vnuſquiſque noſtrum habeat in iã di-
11 cto Caſtro,villa, & fortitudine tertiã
partem pro diuiſo non habito reſpe-
ctu ad numerum militum, vel arma-
torum, quilibet noſtrum habeat par-
tes ſuas ſibi, & ſucceſſoribus ſuis ad
ſuas,ſuorumque voluntates in perpe-
tuum faciendas: hoc tamen excepto,
12 quod nos dictus Petrus,& noſtri, &
nos dictus Nuño,& noſtri teneamur
iam dictas partes noſtras, in iam di-
cto Caſtro,villa, & fortitudine in feu
dum ſecundum conſuetudinem Bar
chinonæ, pro vobis domino Guiller-
mo electo Tarroconenſ. toto tempo
re vitæ veſtræ: & poſt obitum veſtrũ,
per ſucceſſores veſtros Archiepiſco-
pos Tarraconenſ. Ita tamẽ,quod red
ditus,exitus,& prouentus, & cenſus,
13 & omnia alia eximenta tàm domo-
rũ,quàm aliarum rerum, & ipſas res
immobiles (præter caput Caſtri, &
fortitudinem ipſius Caſtri, & villæ)
quas nos habebimus, & tenebimus
in feudum extra muros ipſius villæ
poſsimus vẽdere,impignorare,dona-
re,& alienare cuicumq; voluerimus,
& quandocumque, non etiam requiſi
to vobis domino Guillermo, nec ſuc
ceſſoribus veſtris; nec teneamur vo-
bis, nec veſtris dare laudimium, nec
14 foriſcapium, nec aliquid ratione alie-
nationis quam inde fecerimus, pro-
mittentes vobis, & veſtris ſucceſſori-
bus Archiepiſcopis per nos,& noſtros
dare poteſtatem grati, & paccati de
portionibus noſtris, ſcilicet prædicti
Caſtri,villæ, & fortitudinis,quando-
cumque, & quotieſcumque per vos,
aut per nuncios veſtros fuerimus re-
quiſiti.redditus verò,exitus,& omnes
prouentus totius villæ diuidantur in-
ter noſtros, & ſucceſſores noſtros le-
gali portione, tertium per tertiũ. Alia
15 autem omnia,quæ ſunt extra villam,
tàm mobilia,quàm immobilia, quam
ſemouentia, quæ ſunt in Inſulis me-
moratis,vel erunt in poſterum, Do-
mino concedente,vſque in diem diui
ſionis,tam in mari,quam in terra,quã
in ſtagnis, quam in quibuſcumq; alijs
pertinentibus, & pertinere debẽtibus
ad dictum Caſtrum. & Inſulas,lõgè,
vel propè ratione terræ, vel maris di-
uidamus bene, & fideliter inter nos
pro numero militum, ſeu armatorũ
quoſquiſque noſtrum habuerit in ob
16 ſidione, & captione iam dicti Caſtri,
& prædictarum Inſularum. Hanc au
tem portionem quilibet noſtrum ha-
beat,& poſsideat pro ſuo iure. Ita quod
dictus dominus P. non teneatur ob
aliquid pro Nunnone, vel Nũno pro
domino Infante:nec dominus Infans
17 pro domino electo. Et ſi forte aliqua
cauſa aliquis veſtrum erit impeditus,
adeo,quod non ſit in propris perſo-
na in hoc viatico factis, & completis
per milites ſuos,& homines omnibꝰ,
& ſingulis bona fide,& ſine enganno,
quæ ſupra dicta ſunt, habeat benè, &
integriter portionem ſuam,vt ſupradi
18 ctum eſt, ac ſi ibidem in propria per-
ſona intereſſet. Et nos dictus Petrus,
& di-

&dictus Nūno promittimus vobis domino Guillermo electo, quod capto Caſtro, & villam, faciemus vobis homagiū pro ipſo feudo omni dilatione remota. Et ſi forte nos non eſſemus ibi præſentes in propria perſona, illi, quibus commiſſerimus locum noſtrum in exercitio, teneant portiones noſtras Caſtri, & villæ in commendā pro nobis ſub homagio ad forū Aragoniæ, quouſque nos fecerimus vobis homagiū pro ipſo feudo, & facto homagio, quod vos inueſtiatis, nos de illo feudo & alius ſit ſolutus de illo homagio. Et viceuerſa, ſi nos Guillermus Electus Tarraconenſ. non eſſemus ibi in propria perſona, ille, qui locum noſtrum teneat ibi recipiat, & cōpleat omnia ſupra dicta, & nos habe-
19 bimus ratum, & firmum quidquid ille inde fecerit. Inſuper nos iā dictus Guillemus electus Tarraconenſ. per nos, & ſucceſſores noſtros promittimus in fide Dei, & legalitate noſtra, vobis dicto Petro Infanti, & iam dicto Nunno Sanctio, hæc omnia, & ſingula facere, attendere, & complere ad bonum, & ſanum intellectum, & bona fide, & ſine enganno, & nunquā ſcienter, vel conſultè in aliquo contra uenire. Et viceuerſa nos dictus Petrus
20 Infans, & dictus Nūno Sanctius promittimus vobis domino Guillermo electo Tarraconen. & veſtris ſucceſſoribus hæc omnia ſupradicta, & ſingula facere, attendere, & complere ad bonum, & ſanum intellectum, bona fide, & ſine enganno, & nunquā ſcienter, vel conſultè in aliquo contrauenire. Et ad maiorem ſecuritatem, & firmitatem huius rei, tactis corporali-

ter ſacroſanctis Euāgelijs, iuramus hæc omnia ſupra dicta attendere, & complere, facientes in præſenti vobis dicto Guillermo electo Tarraconen. homagium manibus, & ore ad forū Aragoniæ, pro omnibus ſupradictis complendis, & faciendis, & conuētiones prædictæ non proſint, ſiue valeāt illi, qui illis non fuerit, vel miſſerit, pro ut ſupradictum eſt, vel ſi fuerit, & inde receſſerit cum exercitu ſuo, & poſſe ſuo, ſimiliter non valeant, nec proſint ei. Et quæcumque conuentiones ſiue pacta fuerint facta vſque in hodiernum diem ſuper dictis inſulis capiendis, ſiue expugnandis, vel diuidēdis, vel alijs capitulis ad dictum negotium pertinentibus, inter nos omnes, vel aliquos noſtrū nōvaleant amodo: ſed pro non factis penitus habeantur
21 in perpetuum. Et illis penitus ex certa ſcientia renuntiamus. Actū eſt hoc pridie Idus Aprilis, anno Dñi milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto. Teſtes huius rei ſunt Franciſcus Præpoſitus Tarraconenſ. R. Berengarius Dager, Garcia Perez, Petrus Alberti Canonicus Barchinonen. Galcerādus de Carſiliano, Sanchius Periz, Girbertus, Aragonen. Guillermus Rabalſa, Guillermus de Pauone. P. Muñez. Antonius Giboti.

Sig † num Petri Dei gratia Regni Maioricarum domini, cuius ſubſcriptionem pro eo fecit. P. A.

Ego Guillermus Dei gratia Tarraconenſ. electus ſubſcribo.

Sig † num Petri Bonelli publici Notarij Tarraconen. qui hoc ſcripſit mādato omnium ſupradictorum domi-
22 norū. Poſtquam dictæ Inſulæ Ebuſi,

& Fru-

& Frumontariæ fuerunt expugnatæ
per dictos Guillermum de Mongri-
num electum Archiepiſcopum Tar-
raconenſem, Infantem Portugalliæ Pe
trum. & Nuño Sanz eis ſucceſſe-
runt in iuribus dicti Guillermi de Mõ
grino, ille qui pro tempore fuit, eſt,
& erit Archiepiſcopus Tarraconen-
ſis. In iuribus verò dicti Infantis Por
tugalliæ dominus noſter Rex, deni-
que dicto Nuño Sanz Archidiaco-
nus Sancti Fructuoſi. Inter iſtos igi-
23 tur tres condominos fuit; & eſt fa-
cta diuiſio Caſtri, & oppidi Ebuſi
in tres æquales partes, Inſula verò in
quatuor partes (quæ vulgo nominan-
tur Coitons) & duæ ex his nimirum
Balançat, & Salinas ſunt Archiepiſ-
copi Tarraconen. Vna ex dictis qua-
tuor partibus (appellata lo Corto de
Santa Eulalia) eſt domini noſtri Re
gis: vti ſucceſſoris dicti Infantis Por-
tugalliæ. Et denique alia quarta pars
appellata, lo Corto de Portmany, eſt
Archidiaconi Sancti Fructuoſi. Et
vnuſquiſque in dicta ſua portione ha
bet omnimodam iuriſdictionem, me
24 rum, & mixtum imperium: ſed in
dictis Inſulis remanſerunt aliquæ par-
tes pro indiuiſo, quæ appellantur,
Plaçes comunes, in quibus per tur-
num, domini iuriſdictionem admini-
ſtrant, reſpectiue vnuſquiſque anno
ad eum ſpectãte. Huiuſmodi ſunt par
tes, vulgo appellatæ la Mariña, y lo
Raual de aquella, la plaça de la Tor-
reta, y la poblacio de Santa Lucia. Et
pariter remanent pro indiuiſo Inſula
Frumentaria, & aliæ Inſulæ adiacen-
25 tes. Et in anno 1611. dicta Inſula Fru-
mentaria (quæ eſt communis pro indi
uiſo) per turnum ſpectauit ad Archi-
26 dieconũ S. Fructuoſij, qui in ea habuit
omnes vtilitates, & omnẽ iuriſdictio-
nẽ. Hoc igitur anno die 18. Decẽbris
cum ratis (vulgo dicta tartana) maris
fluctibus fuiſſet cõfracta, & tempeſta
te ſubmerſa, ſalui ab ea euaſerunt qua-
draginta quinque Mauri Turcæ, ſiue
Turchi, & Inſulã Frumentariã Ebu-
ſo adiacentem appulerũt, cumq; hoc
ad notitiam habitantiũ Ebuſum per-
ueniſſet ad dicta Inſulam Frumenta-
riã ſe cõtulerunt, vt dictos hoſtes vin-
cerent, & caperẽt. Qui die 21. eiuſdem
menſis capti fuerunt per Franciſcum
Delpuig, & alios incolas dictæ Inſulæ
Ebuſi, ad quã adducti fuerunt, ex his
nouẽ Turchis, ſiue Mauris traditi fue
runt Regio procuratori pro iure quin
ti, competenti Regiæ Curiæ, ſex don
Balthaſari de Borgia Gubernatori, &
Capitaneo generali eiuſdẽ Inſulæ reli
qui triginta venditi fuerũt, præcedẽte
publica ſubaſtatione, pretio quinque
mille & quadraginta quinq; librarum,
monetæ dictæ Inſulæ, quod fuit de-
poſitum in arca triũ clauiũ in ſacriſtia
Eccleſiæ Maioris Ebuſi recondita di-
cti Delpuig, & ſocij die 22. Ianuarij
1614. coram don. Ioanne Eſtalrich
Epiſcopo Oraconen. tunc Regio Vi-
ſitatore dictæ Inſulæ, cui à Rege hoc
fuit cõmiſſum, ſupplici precum libel-
lo oblato dictum factum narrauerũt,
& ſuplicauerũt, vt pretiũ dictorũ ſer-
uorũ, ipſis capientibus tradi manda-
ret, pro executione cuiuſdã Regij pri-
uilegij (de quo infra) quod oſtẽderũt,
& per dictum Regium Viſitatorem

in calce dicti libelli fuit prouiſum: In-
ſeratur in actis,& recipiatur informa-
tio ſuper contentis in dicto libello, &
omni cum effectu fuit productum,
& in proceſſu inſertum quoddá Re-
gium priuilegium ſereniſsimi Regis
27 Catholici Ferdinandi II. dat. Matriti
die 12. Octobris 1494. cum quo cō-
ceſsit incolis Inſulę Ebuſi, vt qui adhi
bita inductiua aliquem Chriſtiani no-
minis inimicum caperet, eius fieret do
minus, ſoluto conſueto quinto. Quod
28 priuilegium poſtea cōfirmans, ac am-
plians ſereniſsimus Rex Phillippus 2.
alio Regio priuilegio ſub data Tole-
ti die 24. Nouēbris 1560. eiuſdē Ebu-
ſi incolis indulſit, vt hoſtiū captorum,
ſiue adhibita induſtria, ſiue nō adhi-
bita, qualitercūq. captura cōtigeret, etiā
ſi vltro ſe traderent capientibus, dñi
fierent, ſoluto Regiæ Curiæ quinto.
29 Coram eodem Regio Viſitatore die
24. Ianuarij eiuſdem anni comparuit,
fiſci procurator Archidiaconatus S.
Fructuoſi, dicendo ad eius notitiam
perueniſſe expreſſe ex pretio ſeruorū
depoſito, & in dicta arca trium clauiū
extractas fuiſſe, & extrahi diuerſas
quantitates; & quia totum dictum pre
tium ſpectabat ad Archidiaconum,
ſupplicauit dictum Viſitatorē, vt man
daret totum pretium dictorum qua-
draginta quinq; Sarracenorū reſtitui,
& reponi in dicta area, & inde nō ex
trahi, donec traderet ex dicto Archi-
diacono, & reliqua in dicta area inuē-
ta. Cumq; die 15. Aprilis eiuſdem an-
ni pro parte dictorū Deſpuig, & litis
conſortum, inſtaretur, omnem dictā
pecuniam eis tradi, proteſtando quod
dictus Archidiaconus inciderat in
pœnam mille florinorum, appoſitam
in dicto priuilegio, de quo ſupra
numero 27. ratione contrauentionis.
Dictus Viſitator mandauit, vt dicto
Archidiacono intimaretur, qui die 30
30. eiuſdem menſis Aprilis coram
dicto Viſitatore, oppoſuit exceptio-
nem fori declinatoriam, & in ea-
dem ſupplicatione deduxit iura ſua,
circa iuſtitiam cauſæ principalis, &
idem Archidiaconus Vidal die 21.
Maij eiuſdem anni, citra conſenſum
prorogationis iuriſdictionis, coram
eodem Viſitatore, articulos obtulit
ad probandum merita cauſæ prin-
cipalis, ſuper quibus confeſsiones
exigi à dicto Franciſco Ioanne Deſ-
puig, & Marco Ferrer, & ſuper
negatis teſtes ſibi recipi poſtulauit.
Quod ita fuit prouiſum, & fuerunt
exactæ reſponſiones, & recepti teſ-
tes producti per dictum Archidia-
conum. Poſtea vero procurator di-
31 ctorum Deſpuig, & litiſconſortum,
coram ſua Regia Maieſtate, & hoc
Sacro, Supremo, Regio Conſilio,
obtulit ſupplicem libellum die no-
no Martij 1616. deducendo: quod
ſua Maieſtas mandauerat dicto Re-
gio Viſitatori Ebuſi, vt circa præ-
dicta reciperet informationem, &
eam remitteret ad dictum Supre-
mum Conſilium; quod factum fue-
rat, & ſupplicauit, vt in eo videa-
retur proceſſus dictæ cauſæ, & decla-
raretur in fauorem dictorum Deſ-
puig, & conſortum, & fuit prouiſum,
vt citaretur, prout fuit citatus dictus
Archidiaconus, qui cōparuit in eodē
ſupre-

ſupremo Conſ. & iterù eandem fori declinatoriam allegauit, prætendendo hanc cauſam eſſe tractandam coram paribus Curiæ, & præſertim coram Archiepiſcopo Tarraconenſi, Regis feudatario in eadem Inſula Ebuſi: quia agebatur inter Regem dominum feudi, & dictum Archidiaconum feudatarium. Qui articulus fuit in Supremo Conſilio diſcuſſus, me exiſtente in dicta cauſa Fiſci Regij patrimonij aduocato, & partes domini Regis tunc defendente. In hac igitur cauſa duo dubia fuerunt deciſa, de quibus in hac, & ſequenti deciſione.

Primum: an exiſtente Rege domino feudi, cauſa feudalis deberet tractari coram paribus Curiæ, vel poſſet declarari in hoc S.S.R.Cõſilio. Secudũ: an Sarraceni naufragati ſint capientiũ virtute priuilegij conceſsi à domino feudi, qui in infeudatione ſibi reſeruauerat ius pacis, & belli: an verò ſint feudatarij, qui prætendit naufragia ad eum pertinere.

DECISIO V.

Sententia, quando ex eiſdem actis reſultat, non excuſatur victus à condemnatione expenſarum.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Expenſarum condemnatio fieri poteſt, & facta fuit contra eum qui ſententiã obtinuerat, ſi ex ea eiſdem actis fuit reuocata.*

3 *Expenſarum condemnatio regulariter ex cauſa in S.S.R.C. non fit.*

1 COmmiſsio fuit expedita à Regia Curia Sardiniæ Regni, ad inſtantiam Fiſci, Regij procuratoris eiuſdẽ Curiæ: quæ executioni mandata fuit in ciuitate Boſæ, Capitis Logudorij, eiuſdem Regni. Prætẽdebat Auguſtinus Carta, creditor Hieronymi Lofraſo, procuratoris fiſcalis, ciuitatis Saceris, ſalaria diurna (vulgo appellata dietes) ſpectare ad fiſci procuratorem ciuitatis Saceris, & quã dam Regiam epiſtolam ſubreptitie obtinuerat, & in proceſſu dictæ cauſæ præſentauerat. Cõtra verò Protus Pinto, qui erat Fiſci procurator dictæ Regiæ cauſæ, ad ipſum dicta ſalaria diurna, ſiue dietes ſpectare, & ſententia lata per Locumtenentem ſuæ maieſtatis in dicto Regno die 6. Septembris anni 1618. fuit pronuntiatum in fauorem dicti Carta, declarando, ad dictum Lafraſo, procuratorem fiſci Ciuitatis Saceris ſpectare dicta ſalaria diurna. A qua ſupplicauit dictus Protus Pinto, & cauſam ſupplicationis introduxit in Sacro Supremo Regio Aragonum Cõſilio, vbi viſis priuilegijs conſtitit: ad dictum Protum Pinto, tanquam procuratorem fiſcalem Regiæ cauſæ ſpectare, & hoc reſultare ex eiſdem actis primitiui proceſſus, & cum mala fide dictum Carta litigaſſe, iniuſtitiã fuiſſe factam dicto Proto Pinto. Vnde merito fuit reuocata dicta ſententia
2 Regiæ Audientiæ Sardiniæ, & dictus Auguſtinus Carta (qui ſententiam in ſui fauorem obtinuerat) fuit in expenſis condemnatus, iuxta quæ ſcribit Æmilius Veral. Caputaq. deciſ. 142. part. 3. his verbis: Sententia quan-

Digitized by Google

do ex eiſdem actis reuocatur, non excuſat à condẽnatione expenſarum: ſecus ſi ex nouiter deductis. Ita tenet Rota deciſ.10.de dol.& coutumac.in nou. aliàs 251. quæ etiam hodie obſeruatur in Rota. Addo Mil.in Repertor. in verſ. Expenſarum. Et Abbat. in cap.fin.col.12.de dolo, & contum. Guid. Papæ quæſtione 436. q.48. & quæſt.137.Capell. Tholoſ. deciſ.282. Franc.in cap.1.§.fin. in fine,de appellationib.in 6. Et in cap.quoniam contra.colum.3.Sarnen. in reg. de Amali.q.41.nu.3. Et ita fuit deciſum meo tempore in cauſa Gerundenſ. nullitatis cenſurarum, coram don Federico Fantuccio 14. Octobris 1552 Hactenus Caputaq. Idem etiam fuit deciſum in Rota Prouinciæ Marchiæ,vt inquit Gratian. deciſione 138.numero fin. Et ita etiam fuit pronuntiatum in hac cauſa in fauorem dicti Proto Pinto, ſententia publicata per Michaelem Beltran, Regis mandati Scribã die 20. Iulij 1619. A qua ſententia, cũ fuiſſet ſupplicatum, poſtea cauſa ſupplicationis fuit declarata deſerta,cum ſententia publicata per Michaelẽ Codorniu, in locum Scribæ cauſæ die 8: Octobris 1621.

3 Bene verum eſt, quod regulariter hoc noſtrũ Supremum Cõſilium ſolet neutram partem in expenſis condemnare,nedum quando victus cum vltima ſententia aliam regiam in ſui fauorẽ obtinuerat: ſed etiam quando aliqua iuſta cauſa exiſtit. Tamẽquãdo videt iniuſtã cauſam defendiſſe. & extat præſumptio, quod mala fide hoc fecit,obſeruat quod, in hac cauſa fuit deliberatum.

DECISIO VI.

Nobilitas quomodo probetur de iure Cęſareo,& in Regno Caſtellæ. Immemorialis poſſeſsio habet vim tituli, & priuilegij. Et quomodo ſit probanda ſententia, lata in cauſa nobilitatis,in fauorẽ vnius,quando proſit alijs, ex parte patris deſcendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas a ſolo Rege concedi poteſt.*

2 *Nobilitatẽ,vt quis probet, debet oſtendere priuilegium cõceſſum a Rege, vel a ſua Maieſtate poteſtatem habente.*

3 *Militaris nemo præſumitur, & Fiſcus in hac regalia habet ſuam intentionem fundatam: & ita in ea manutenendus eſt.*

3 *Rex habet ſuam intentionem fundatã contra omnes, quod ſint plebei,niſi contrarium probauerint.*

4 *Nobilem (qui eſſe prætendit) debet oſtendere titulum, vel poſſeſsionem immemorialem.*

5 *Nobilitatis, ſiue hidalguiæ, probanda eſt forma præſcripta per leges Regnorum Caſtellæ hic allegatas.*

6 *Nobilitas (quæ in Regno Valentiæ Caualleria appellatur) probatur per immemorialem poſſeſsionem quæ habet vim priuilegij.*

Præſcriptio immemorialis habet vim tituli legitimi,& poteſt allegari titulus quem voluerit,& nu.7.

7 *Præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat,habet vim priuilegij, & tituli,ita,vt per eam acquirãtur, quæ Principi ſunt reſeruata.*

8 *Immemorialis quomodo ſit probanda,*

Et

& de immemoriali probanda teſtes debent eſſe quinquaginta quatuor annorum, & quod de quadraginta annis teſtificentur, & nu. 9.

9 Immemorialis in probatione, quatuor requiruntur hic relata.

10 Sententiæ latæ Caſtellæ, in cauſa hidalguiæ, familiæ de los Caſpes referuntur, & nu. 11.

12 Sententia lata in fauorem infantionis prodeſt omnibus conſanguineis, ex parte patris deſcendentibus, & numero. 14.

Nobilis, ſi vnus frater ſit pronuntiatus, quia natus ex patre nobili: hæc ſententia prodeſt alijs fratribus, & num. 14.

13 Sententia lata ſuper ſtatu facit ius, quoad omnes.

15 Nobilitas probatur, quando quis eſt cõfrater confraternitatis, in qua ſolũ admittuntur nobiles.

16 Nobilitas probatur per eum actum, qui facit diſtinguere nobilem a plebeyo.

17 Nobilitatis actus diſtinctiui a plebeis, procedunt ex extimatione, reputatione, fama, lege, & conſuetudine.

18 Nobilitas probatur, quando in libris Regis armorum, vbi deſcribũtur arma familiarum nobilium, arma alicuius familiæ reperiuntur.

19 Arma, ſiue inſignia, vbi Rex alicui concedit, videtur ei conferre nobilitatem.

20 Princeps conferre nobilitatem videtur inſignia nobilium concedendo.

21 Animus declaratur tam factis, quam verbis.

22 Arma nobilium plebeis deferre non licet.

23 Inſignijs dignitatis non poſſunt priuatæ perſonæ vti.

24 Arma quilibet, etiam ignobilis, propria autoritate aſſumere, & deferre poteſt.

25 Nobilitatem, qui vult probare per inſignia, tenetur demõſtrare, quod habuit ex conceſſione Principis.

26 Nobilitas non probatur ex ſola probatione delationis armorum, ſed adminiculatur.

27 Nobilem eſſe familiam, ſi probatum fuerit per immemorialem, licet pater, & auus in poſſeſſione nobilitatis non extiterint, ſi probet legitimam deſcendentiã, obtinere debet in cauſa nobilitatis.

Caſale ſi ſit probatũ; & quod qui ex eo legitimè deſcendat: obtinere debet in cauſa nobilitatis.

28 Solare ſi ſit probatũ cum immemoriali hoc ius, quaſi naturale nobilitatis iam completum, non extinguitur per contributionem.

29 Filio, non præiudicat in nobilitate, factum patris, poſtquam illa eſt formata in perſonis auorum.

30 Probatio perfecta reſultat ex multis in perfectis ſimul iunctis.

31 Conſuetudo decennalis probatur, quando duo teſtes deponunt de vno quinquenio, & alij duo de alio quinquenio continuato.

32 Teſtes de viſu coniunguntur teſtibus de fama, ad faciendã perfectã probationẽ, dũ probatio famæ ſit tẽporis antiquiſſimi.

33 Singula, quæ non proſunt, vnita iuuant in materia probationum.

34 Nobilitatem probari per diuerſas ſpecies probationis ſimul iũctas, fuit deciſum in Rot. Romana.

35 *Nobilitatis à Principe præſumitur præ
deceſſor eius, à quo legitime deſcendit,
ſi quis eſt in poſſeſsione immemoriali.*
36 *Nobilitatis ius, vbi fuit perfectum in
maioribus litigatoris, non tenetur quis
probare ipſius patrem, & auum eſſe in
poſſeſsione nobilitatis.*

*Lex 7.tit.11.lib.2.Recop. & Pragmatica
Cordubæ, quæ eſt lex 8.eiuſdem tituli
declaratur.*

1 IN cauſa ſupplicationis,interpoſi-
tæ per fiſci Regij patrimonij Pro
curatorem,à ſententia lata per Re
giam Audientiam Valentinam,in fa-
uorem Hieronymi de Caſpe,& Mar
ci Antonij de Caſpe,fratrum,in cauſa
militiæ,ſeu nobilitatis ſanguinis, quæ
vertitur in hoc S.S.R. Aragonū Cō-
ſilio, videbatur prima facie fore reuo
candam ſentētiam, latam in dicta Re
gia Audientia die 20 menſis Aprilis,
anni 1622.cum qua dicti Caſpes fue-
runt declarati milites,ſiue equites : cū
enim ſint actores,& iudicium petito-
riū intētauerint,tenebantur concludē-
ter probare ſuā intentionē;quod tamē
nō fecerunt, vt patet ex ſequentibus,
Primó,quia nobilitas (quæ in Reg
no Caſtellæ *Hidalguia*,in Regno verò
Valētiæ,*Caualleria*,ſiue *generoſitat* voca
tur)à ſolo Rege,& nō ab alio conce-
di poteſt,vt docet cōciuis meus Bellu
ga in Spec.Princ.rub.20. de milit.gra
uam.num. 4. Et ſolus Princeps aliquē
nobilitat,&facit generoſum,vt inquit
Calitius in Margari.fil.8.dub.n. 15. in
fin.verſ.93.quod Princeps.Vincēt. de
Anna.allega.130.nu.2.cum ſeq.Cabe-
do deciſ.73.lib.2.Gutier.poſt Abb.Fe
lin. & Tiraq.quos allegat lib.3.pract.
quæſt.16.nu.110.pag. 18. vel ab alio, à
Rege poteſtatem habente. Roſental.
de feu.par.1.c.5.conc.12.littera L.De-
cia.conſ. 66.nu.13.& 14.lib.3.qualis eſt
Prorex,ſiue Locumtenens Generalis
2 ſuæ Maieſtatis,qui poteſt milites, ſeu
equites creare: licet in inſtructionibus
ſecretis ei expreſsè prohibitum eſt, ne
hac facultate vtatur: & ideò ad probā
dū nobilitatem, debet quis oſtendere
titulum, ſiue priuilegium ſibi conceſ-
ſum à Rege, vel nomine ſuæ Maieſta
tis ab eo cui hoc conceſſum eſt à Re-
ge. Otalora de nobilit.2. part.3.partis
princip. cap.1.num.4. & 5. tomo.16.
tract,nouiſsimorum fol. 232. Et ita
fuit declaratum cum Regia ſententia
lata in Regia Audientia Valentina,
in fauorem Regij patrimonij Procu-
ratoris,contra Matthęum B. & alios
litiſconſortes, publicata per Franciſcū
Paulū Alreus die 1. Decēbris 1600.
his verbis: *Et in conſequentiam cum in
iſtis Regalibus, non oſtenſo titulo (de quo
in occurrenti caſu non conſtat) Fiſcus ſit
in ſua poſſeſsione,ex regula qua nemo mi-
litaris præſumitur, niſi probetur manute-
nendus,mandamus dicto B. & litiſconſor
tibus, quód intra decem oſtendant præten-
ſos titulos, quibus aſſertam militiam fun-
dare adſtruunt, vel aliàs deducant legiti-
mas probationes ad dictum effectum in
hac Regia Audientia,cum iniunctione pro
curatoris patrimonij, aliàs prouidebitur,
prout iuris fuerit.*(Licet extra noſtrum
Regnum dari etiā nobilitatē de iure
communi,& ſic non habentem priui
legium quem poſſe eſſe nobilem ſcri-
bit Antonius Faber in cap. fabria.
lib.9.tit.28.de dignitat.diffi.12.in fin.)
3 Rex namque habet ſuam intētio-

nem

nem fundatam contra omnes genera liter,quod ſint plebei,ac pronde cōtribuere teneātur. Cabedo deciſ.73.n.10. lib.2.Menoch.conſ.321.n.10.& 11 lib. 4.vt ait Gutier.pract.quæſt.lib.3.q.19. nu.13.ad med.& nu.20.Vbi ad id adducit text. in pragmatica Cordubæ, de qua inferius nu.5 ibi: *Y que nos tenemos fundada nueſtra intencion cōtra quiē no prouare la tal excepcion, e inmunidad.* Et quod nemo nobilis præſumitur: & ideò qui ſe talem dicit,probare teneatur,probat Garcia de nobilit.gloſ. 12 in princip. num.5. vbi ad id allegat ita tenentes Bald. Mart.Laud. Card. Alex.Afflict.Socin.Fran.Areti.Rip. Caſaneum. Boni. de Curtili. Rebuf. Tiraq.& Didac.Couarr. & præter ſupradictos,ita docet Menoch. de præſumpt.lib.6.præſump.6.n.1.2.& 3. ibi: *Ideò,qui dicit ſe magnatem,ſiue nobilem, debere probare: quia iſta qualitas paucis*
4 *ineſt.* Seſſe alijs relatis deciſ.2.nu. 9. & 10.& 33.lib.1. Vnde,qui nobilem, ſeu equitem eſſe prætendit,debet oſtendere titulum, vel immemorialem, quæ habet vim tituli,& priuilegij, vt infra probabimus nu.6. & 7. Dicti autem Hieronymus, & Marcus Antonius de Caſpe, nec probarunt priuilegium militiæ eis fuiſſe conceſſum,nec alicui ex anteceſſoribus,à quibus deſcendūt: ſed tantū contenderunt probare deſcendere à familia *de los Caſpes,* oppidi de Alfaro Regni Caſtellæ, nec probarunt eo, quo decet modo immemorialem poſſeſsionem dictæ nobilitatis: ergo dicendum eſt in hac militiæ, ſiue nobilitatis cauſa,quam intentarunt,non poſſe obtinere.
5 Secundo: quoniam in Regnis Coronæ Caſtellæ (in quibus ſitum eſt dictum oppidum de Alfaro) eſt forma præſcripta ad probandam nobilitatem (dictam *Hidalguia*)in l.7.titul.11.lib.2.Recop. Quæ fuit facta in Ciuitate Legiōnis per Regem Ioanē Primum die 7. Nouembris 1389. in Pragmatica Cordubæ,facta per Reges Catolicos Ferdinandum,& Eliſabeth.die 30. Maij 1492. quæ eſt l. 8. eiuſdem tituli,videlicet,quòd litigans debeat probare ſe,eius patrem,& auū eſſe in poſſeſsione nobilitatis: vt patet in d.l.7.ibi: *Todos los hijoſdalgo,que ſon hijoſdalgo de padre,y abuelo, y eſtuuieren en poſſeſsion de hidalguia de tanto tiempo aca,que memoria de hombres no es en contrario, de veynte años aca nunca pecharon*: Et in d.l. 8. ibi: *Y probare enteramente de ſi (ſiendo caſado,y viuiendo ſobre ſi)y de ſu padre, y abuelo, en la manera que las leyes, y pragmaticas deſtos nueſtros Reynos lo diſponen, que eſte tal ſea pronunciado, y dado,y auido por hijodalgo en poſſeſsion, y propriedad.* Tradit Auenda. de exequend.mandat.2.par. cap.14. num. 24. Vbi ponderat illa verba eiuſdem Pragmaticæ, in princ. ibi: *Y como ellos ſon tenidos de prouar de tiempo immemorial,o a lo menos de padre, y aguelo, y del que contiende.* Ex quibus, (inquit Auenda.) requiri continuatā poſſeſsionem trium perſonarum, nimirum litigantis, eius patris, ac aui,vt poſsit obtinere in cauſa nobilitatis. In caſu autem noſtro non fuit probatum,quòd dicti Hieronymus,&Marcus Antonius de Caſpe, nec Franciſcus de Caſpe iunior,eorū pater,nec Frāciſcus de Caſpe ſenior eorū auus, vnquam fuerint in poſſeſsione no-

bilitatis. Et ita ex defectu probationis nō poſſunt obtinere, declarari eſſe nobiles, ea nobilitate, quæ in Caſtella, *Hidalguia* vocatur.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, & declaratum in Regia Audientia Valentina, ſentētia lata in fauorem dictorū Hieronymi, & Marci Antonij de Caſpe, publicata per Fraciſcum Paulum Alteus Regium Scribam mandati die 20. menſis Aprilis 1622, quæ confirmanda venit ex ſequentibus.

6 Primò nam nobilitas (quæ in Regno Valentiæ *Caualleria* vocatur) probatur per immemorialem poſſeſsionem. Vt inquit Couarr. lib. 1. variar. c. 16. num. 10. in fin. vbi affirmat in Regnis Caſtellæ pragmaticis ſanctionib9, & forenſi vſu receptum eſſe. Et bene probat Garcia de nobilit. gloſ. 12. nu. 1. his verbis: Non enim aliter iure communi probari poterat nobilitas, quam immemoriali poſſeſsione, & notabāt Bart. & poſt ipſum Platea, & alij in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. A quibus accepit, & tradidit Ripa lib. 2. reſponſ. c. 26. & ab eo Tiraquel. de nobilit. q. 14 Roman. ſingul. 289. & idem Garcia in eadem gloſ. num. 61. cum ſequent. ſubiungit hæc verba: Et eſt adeò tutus, qui immemorialem habet poſſeſſionem, tanquam ſi priuilegiū habeat expreſſum ab eo, qui dare poſſet. Bal. conſ. 251. lib. 2. Alciat. conſ. 187. Imò eſt, ac ſi haberet inſtrumentum validum, & vndequaque perfectum. Afflict. deciſ. 239. num. 6. Roland. conſ. 3. num. 99. & licet lege deciſum eſſet, vt ſolo priuilegio aliquid poſſet probari, ſufficit probare immemorialem: quia hæc ſupplet priuilegium. Pariſ. de Puteo libr. de reintegratione feudi, numero. 12. quia ipſa immemorialis eſt titulus, & priuilegiū, & cauſa. Bald. in cap. 1. quę ſint regalia. Dec. cōſ. 496. num. 5. Corn. conſ. 24. lib. 4. num. 20. Aymon Crauet conſ. 111. num. 25. & poteſt tantum immemorialis, quantū Rex, vel Imperator poteſt cum cauſa. Iſernia in cap. 1. verb. fluminum, quæ ſint regalia. Sequitur Iaſ. in l. quominus. ff. de fluminibus. num. 42. Hactenus Garcia, quibus addo deciſum fuiſſe in Rota Rom. priuilegij, & vim legitimi tituli habere poſſeſsionem tanti temporis, cuius non eſt memoria in contrarium. Vt videre eſt in recollectis per Æmil. Veral. Caputaq. deciſ. 355. & deciſ. 376. part. 2. & latius in recollectis per Farin. deciſ. 11. tom. 1. partis ſecundæ, num 2. 3. & 4. his verbis: Nam præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij, ac iuſti tituli; ita, vt per eam acquirantur etiam ea, quæ Principi ſunt reſeruata; tametſi obſtet præſumptio iuris communis contra præſcribentē, cap ſuper quibuſdam, de verbor. ſign. cap 1. de præſcript. in 6. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana,

7 & æſtiu. Aret conſ. 80 num 4. & ſeq. Dec. conſ. 85. verſ. His non obſtantibus. & conſ. 231. num 2. in fin. & 3. Vnde ſuffici: allegare hoc priuilegium, & ſi titulus non probetur. Bellon cōſil. 20. num 2. de reb. Eccleſ. non alien. in antiq. Paul. de Caſtro conſ. 423. nu. 2. verb. in contrarium, lib. 2. Alexand. conſ. 6. num. 1. & 2. lib. 1. Felin. in cap. accedentes. num. 6. verſ. Sed diceres, & in cap. cum officij. num. 14. de præſcip.

crip. Hæc enim præſcriptio habet vim priuilegij expreſsi, & conceſsi ex certa ſcientia; quia proinde habetur, ac ſi ab eo, qui hanc habeat autoritatē, fuiſſet conceſſum. Corn. conſ. 384. nu. 1. & 3. lib. 4. Et ideò licentia etiam Papæ, & Principis cõſenſus præſumitur: Aretin. conſ. 56 in princip. & num 1. & ſeq Couarr. in cap. cum in officij. nu: 9. verſ. Nam & illa bona, de teſtam. & in cap. poſſeſſor. 2. part. §. 7. &. 10. num. 2. verſ. Firmet tamen. de regul. iur. libro. 6. Proinde, qui habet immemorialem, poteſt allegare quemcumque titulum voluerit, vt eſt tritum, & promulgatum, & in Rota receptiſsimum. Et probatur in cap. ſuper quibuſdam. §. præterea, ext. de verbor. ſignific. ibi: Quæ non apparent, Imperatorum, vel Regum, vel Lateranenſis Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, temporis, cuius non extat memoria in contrarium, introducta. In caſu autem noſtro probata eſt hæc immemorialis præſcriptio, in eo, quod domus, ſiue familia *de los Caſpes*, oppidi de Alfaro, Regni Caſtellæ eſt nobilis (ea nobilitate, quę dicitur, *Hidalguia de ſolar conocido de vengar quinientos ſueldos*) de qua immemorabili diſponunt cũ omnibus circunſtantijs neceſſarijs, Michael de Mecha Presbyter. ætatis 54. annorũ, Petrus de Oliua ætatis 66. annorum, Petrus de Soria ætatis 88. annorum, Petrus Ximenez de Santa Cruz, ætatis 60. annorum. Quorum primus teſtatur de viſu per tempus 40. annorum, ſecundus de viſu per tẽpus 50. annorum, tertius de viſu per tempus 70. annorum, quartus etiam de viſu ſuo tempore; & omnes concordant, quod nunquam viderunt, nec audierunt quidquam in contrariũ, & quòd ita audierũt à maioribus ſuis, qui ſemper ita viderant, & audierãt à ſuis maioribus; & quod talis fuit, & eſt vox, & fama publica. Cum quibus plenè probatur immemorialis. iuxta gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6 his verbis: Et quod, licet teſtes præſcribentes (ſi talẽ habent conſcientiam) quòd ſemper viderunt ita eſſe, necnon quam viderunt contrarium, & quòd communis eſt, & fuit ſemper opinio, quòd ſic fuerit, & quòd non extat contrarij, vel initij memoria. Cuius opinio communis eſt, vt dicunt Curt. Iun. conſil. 61. num. 12. & Ceuallos in communibus contra commun. q. 45. num. 2. do-
8 cet Couar. in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 3. num. 7. qui ita ait: Ex quibus apparet immemorialem præſcriptionem probari per teſtes, aſſerentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium actum fuiſſe, & à ſenioribus, & maioribus audiuiſſe, ita factũ fuiſſe, nec vnquam audiuiſſe contrarium actum eſſe, atque huius rei publicam eſſe famam, & opinionẽ apud eos, qui rei cognitionem habent. Molina de primog. libr. 2. cap. 6. num. 31. his verbis: Hæc autem immemorialis præſcriptio, ſeu conſuetudo probãda eſt per teſtes, deponẽtes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium actum fuiſſe, & à ſenioribus, ac maioribus audiuiſſe ita factum fuiſſe, de eoque eſſe publicam famam, & opinionem apud eos, qui eius cognitionem habent: vt colligitur ex gloſſa communiter ſequuta

ab

ab ſcribentibus,ibi in c.1. de præſcrip. in 6.Otalor.de nobilita. 3.part.principali.cap.7.num.4.tom. 16. tractat.fol. 230. qui ita ait: Ad probationem proprietatis nobilitatis non ſufficit quòd teſtes deponant *de la poſſeſsion, del que litiga,y del padre, y abuelo, ſino concluyen en la inmemoriæl,diziendo, que ellos aſsi lo vieron,y ſupieron, y lo oyeron dezir a ſus mayores,y mas ancianos, que en ſus tiẽpos aſsi lo auian viſto,y oydo a los ſus mayores, y que tal auia ſido,y era publica voz,y fama y comun opinion,y que nunca vieron, ni*
9 *ſupieron,ni oyeron coſa en contrario.* Miſinger.obſeru.30 centur.1.num. 5. inquit: Ad probandam immemorialẽ, requiri primò,quòd teſtes ſint ad minus 54.annorum, & de 40.annis teſtificentur, deinde quód teſtes neceſſariò dicãt communem opinionẽ eſſe, quòd de contrario vſu non exiſtat memoria.

· Tertiò: quòd teſtes ita ſemper viderint,& audiuerint à ſuis maioribus. Quartò,quòd nunquam fuerit obſeruatũ contrarium, & Rota Rom.in recollectis per Farin.deciſ.445. tomo.1. primæ partis,pag.580.dixit. teſtes concludere in illo caſu immemorialem: quia depoſuerunt de auditu à maioribus,qui ab ante natis audierunt, & de fama,&quòd nunquam viderunt, aut audierunt contrarium;ſed ab immemoriali fuiſſe obſeruatum,& concludebant de viſu, & certa ſciẽtia per 40.annos ante motam litem: ex quo dixerunt, toto tempore eorum vitæ vidiſſe ita ſemper obſeruatum fuiſſe. Quæ probatio præſupponit continuationem totius temporis quadraginta annorum,& vltra: Vnde cum dicti quatuor teſtes ſupra relati num.27.deponãt benè cum ſupradictis quatuor requiſitis, familiam *de los Caſpes* oppidi de Alfaro eſſe nobilem nobilitate ſanguinis (quæ *Hidalguia de ſolar conocido* Caſtellæ dicitur) negari nõ poteſt, eſſe probatã immemorialem, quæ habet vim priuilegij, à Rege cõceſsi ſuis anteceſſoribus, à quibus deſcendunt.

10 Secundò:nobilitas eiuſdem familiæ eſt probata cum ſententia lata per iudices ordinarios in cauſis nobiliũ, vulgo dictis, *Alcaldes de hijoſdalgo*, in fauorem Didaci de Caſpe, & Ferdinandi de Caſpe fratrum, & Ioannis de Caſpe, contra Procuratorem Fiſcalem Regium,& Vniuerſitatem oppidi de Alfaro, pronunciata in oppido de Medina del Campo die 17.Iulij anni 1604. quæ poſtea in gradu appellationis,fuit confirmata per Præſidem,& Auditores Regiæ Cancellariæ Pincianæ die 5. Decembris 1617. & in eodem Regno Pinciano Prætorio hæc vltima ſententia in gradu ſupplicationis,ſiue,vt vulgò dicitur, *de reuiſta*, fuit cõfirmata cum alia publicata die 22. Maij 1618. & ſic cũ dictis tribus ſententijs conformibus,latis cũ Regij fiſci procuratore, fuit declarata
11 dictæ familiæ nobilitas. Nam prima dicta ſententia ita ait: *Fallamos que el dicho Fiſcal del Rey nueſtro ſeñor, e Concejos,y hombres buenos, francos, Infançones de la dicha villa de Alfaro, no prouaron ſu peticion,y demanda damosla por nõ prouada; e que la parte de los dichos Diego de Caſpe,y Hernando,y Iuan de Caſpe prouaron ſus excepciones, y defenſiones, damoslas por bien prouadas. Porende deuemos abſoluer, y abſoluemos a los dichos*

Diego

Digitized by Google

Diego, Fernando, e Iuan de Caſpe, de la demanda contra ellos pueſta por el dicho Fiſcal,e Concejo, y les damos por libres, y quitos dellas,haziendo juſticia,pronunciamos,y declaramos los dichos Diego de Caſpe,Hernando de Caſpe hermanos, e Iuan de Caſpe ſu primo,y ſu padre,y abuelo,cada vno dellos en ſu tiempo: en los lugares donde viuieron,y moraron, que eſtuuieron en poſſeſsion de hombres hijoſdalgo, e de no pechar, ni contribuir en ningunos pechos de pecheros. Porẽde deuemos condenar,y condenamos al dicho Fiſcal del Rey nueſtro ſeñor,y Concejo,y hombres buenos, comun,Iuſticia,yRegimiento, Francos,Infançones de la dicha villa de Alfaro,e a todos los Concejos, e hombres buenos de todas las Ciudades, villas,y lugares deſtos Reynos,y ſeñorios del Rey nueſtro ſeñor, donde los dichos Diego, Hernando,e Iuan de Caſpe,viuieren, y moraren,eſtuuieren ſus bienes,heredades,o hazienda:e que aora,ni de aqui adelante, ni en tiempo alguno,no les echen,ni repartan pedidos,ni monedas,ni otros ningunos pechos,ni tributos, Reales,ni concejales,en que pechan, pagã, y contribuyen los buenos hombres pecheros deſtos Reynos,e ſeñorios del Rey nueſtro ſeñor:en que no fuerẽ, ni ſon tenidos,ni obligados de contribuir, e pagar los buenos hõbres hijoſdalgo,ni les tomen,ni prẽdan por ellos,ningunos de ſus bienes, y prendas,y a que les guarden, y hagan guardar todas las honras,franquezas, exempciones, e libertades que a los otros hombres hijoſdalgo deſtos Reynos ſuelen,o deuen,y acoſtũbran ſer guardadas.Otroſi condenamos al dicho Concejo,Iuſticia,e Regimiento,y comun,oficiales, y hombres buenos,francos, infançones de la dicha villa de Alfaro,a que dentro de nueue dias primeros ſiguientes,deſpues q̃ fueren requeridos con la carta executoria deſta nueſtra ſentencia tornẽ,y reſtituyã,deu,y entreguẽ a los dichos Diego,Hernãdo, è Iuã de Caſpe, o a quiẽ ſu poder huuiere,todos,y qualeſquier bienes,y prẽdas q̃ les ayan ſido, o fuerẽ tomadas, o prendadas por los dichos pechos de pecheros,libres,e quitas,e ſin coſta alguna, tales,y tan buenas,como eran, y eſtauan al tiempo y ſazon que ſe las tomaron, e prendieron,o por ellas ſu juſto precio,y valor: y a que le quiten,tilden,rieſten, y rayẽ de los padrones donde los tienen pueſtos, y aſſentados como a pecheros: y a que no les pongan,ni conſientan poner mas en ellos. Y ponemos perpetuo ſilẽcio a los dichos Fiſcal del Rey nueſtro ſeñor,y Concejo, comun,y hombres buenos,francos, Infançones de la dicha villa de Alfaro, y a todos los otros Concejos, y hombres buenos de todas las Ciudades,villas,y lugares deſtos Reynos,y ſeñorios del Rey nueſtro ſeñor, a que aora, ni de aqui adelante en tiempo alguno no inquieten,ni perturben mas a los dichos Diego, Hernando, e Iuan de Caſpe ſobre ſu hidalguia,y poſſeſsion della: y no hazemos condenacion de coſtas. E por eſta nueſtra ſentencia difinitiua aſsi lo pronunciamos,e mandamos. El Licenciado Iuã Gallo de Andrada Guedeja. El Licenciado Iuan de Samaniego.

Et hæc ſententia lata in fauorem
12 Infantionis prodeſt omnibus cõſanguineis ex parte patris deſcendẽtibus, vt in ſpecie dixit Portoles in Scholijs ad Molin.in verbo,Infant.97.pagina 92.vbi allegat Matth. de Afflict. lib. 2.in conſtitutione,proſequentes.n.16. fol.58.ibi: Et ſi per ſententiam ſit pronuntiatum:quòd vnus frater ſit nobilis,quia natus ex patre nobili, & ſunt plures

Digitized by Google

plures fratres ex eodem patre, per iſtã
ſententiam intelligitur pronuntiatum
eſſe, quòd omnes fratres ſint nobiles.
Ita in effectu voluit Angel. in Auth.
vt liceat matri, & auiæ. §. ad hoc, in fin.
per illum text. Fabius de Anna. conſ.
80. num. 16. Farina. deciſ. Rot. Roma.
535. num. 6 tomo. 2. part. 2. Seſſe deciſ.
4. nu. 28. lib. 1. Facit quod ſcribit Ioan.
Franc de Ponte conſ. 107. per totum,
lib 2. & præſertim num. fin. ad med.
ibi: Quod demum probata nobilita-
te generis in ſpecie (nam aliter intelli-
gi non poteſt) etiã quod diſtet mil-
le gradus, quod tandem ad honores
alter collateralis admitti debet, quia
non habet vt ſucceſſor illius collate-
ralis, nec per tranſmiſsionem ab illo:
ſed vt deſcendens à primo ſtipite, quẽ
honoribus gauiſum fuiſſe, probatur
per fruitionem honorum alterius col
lateralis, à prædicto ſtipite deſcenden
tis. Quæ fruitio ex præallegatis præſu
mitur habere ortum, & deperdere à
primo ſtipite, & ſic adducitur poſſeſ-
ſio, ſeu quaſi honorum collateralis, nõ
quod iuuet illa directè alteri collatera
li: ſed quòd ex ea probetur eandem
dignitatem habuiſſe communem ſti-
pitẽ, & ab illo in ipſum collateralem
tranſmiſſum. Ex quo ſtatim infertur:
quod omnes etiam in milleſimo gra
du; deſcendentes tamẽ ab illo primo
ſtipite, gaudere debent, non quia col-
lateralis gaudet: ſed quia deſcendens
à ſtipite cõmuni. Ex quibus arbitror,
ni fallor non poſſe dubitari de noto-
ria juſtitia horum actorum, ſecundũ
quæ fuit iudicatum. Tiraq. de nobilit.
cap. 17. num 3. ibi: Quod ſi ſint plures
fratres ex eodem patre nati, quorum
vnus per ſententiam fuit pronuntia-
tus ciuis Peruſinus, intelligũtur & cæ-
teri, per huiuſmodi ſententiam pronũ-
tiati Ciues Peruſini: quaſi idem ſit, ſi
vnus fratrum pronuntietur nobilis,
Idem Tiraq. in eodem tract. q. 37. nu.
2. & 14. Vbi, quòd ſentẽtia lata in cau
ſa nobilitatis, qua videlicet, quis eſt de
claratus nobilis, vel ignobilis, facit ius
inter alias perſonas, tanquam lata in
cauſa ſtatus, vt ſingulariter dicit Ioan.
Fab. in, §. præiudicialis, colũ. vlt. verſ.
Sed quid in cauſa nobilitatis inſtit. de
13 actio. Nam ſentẽtia lata ſuper ſtatu,
vel conditione perſonæ, pro veritate
habetur, & facit ius vbique, & inter
omnes abſentes, & non vocatos, l. in-
genuum. ff. de ſtatu hominum. Quod
declarat idem Tiraq. num. 4. vt pro-
cedat, ſi ſentẽtia ſit lata cum legitimo
contradictore, & num. 11. dummodo
fuerit principaliter actum ſuper ſtatu,
& non incidenter, & plenè fuit diſcuſ
ſum, vt in caſu noſtro. Otalo. de nobi
lit. 2 part. 3 partis principalis, cap. 8. nu
14 6. tom. 16. tract. fol. 242. Ibi: Vnum ta-
men ſub cenſura maiorum crederem
poſſe dici: quòd quãdo nobilitatis ius
prætẽderetur ab vno ex fratribus me
diante titulo vero, ſcilicet, *ſolar anti-
guo, o carta executoria de padre, o privi le
gio de Rey, que en eſtos caſos la ſenten cia
de vno aprouechaſe a los otros, ſin prouar
mas de ſer hermanos legitimos*. Fabius de
Anna. conſ. 80. num. 16. ibi: Eſt etiam
in iure veriſsimum, quòd ſi frater eſt
declaratus nobilis, hæc declaratio pro
deſt alteri fratri. Farin. deciſ. 535. nu. 5.
tom. 2. partis 2. pag 9. Ibi: Non reſul-
tet probatio nobilitatis Benedicti
eius fratris, niſi probata nobilitate aſ-
cen-

cendentium. Afflict. ſuper conſtitut: Regni.lib. ſub rubr. 9. de illicita portatio.armorum, in cap. intentionis, nu. 48.verſ. Sed quæro, de quæſtione. Seſſe in deciſ. Regni Aragonum. 4. nu. 28.1.tom. his verbis: Et eadem reſolutione infertur, quòd etiam dicta ſalua, & ſententia debet prodeſſe conſobrino, ſeu conſanguineo Germano, qui aliàs dicitur frater patruelis, ſu primohermano: cum enim hæc nobilitas mere poſſeſſoria nõ ſit: ſed habeat admixtum titulum proprietatis, cauſatiuũ illius nobilitatis: ideo in quẽ deriuatur ille titulus, & ipſa nobilitas deriuanda eſt: vnde cum ipſe conſobrinus Germanus ab eodem titulo, & ſolari deſcendat, imò & ab eodẽ auo, cõmuni ſtipite, & trũco ab auo deſcẽdant, à quibus alter. qui probauit ſuã nobilitatem deriuauit: conſequẽs eſt, vt eodem iure debeat, vti probata incluſione ſua, hoc eſt, probato quòd ſit conſanguineus germanus, vt fuit factum in proceſſu patris mei, de quo ſupra. Vnde dicta ſententia lata in fauorem dictorum Didaci, & Ferdinãdi de Caſpe die.17. Iulij.1604.(cũ qua fuerunt declarati nobiles nobilitate ſanguinis, cum legitimo contradictore, nimirum Regio Fiſco, & Syndico oppidi de Alfaro) prodeſt Franciſco de Caſpe iuniori, patri Hieronymi, & Marci Antonij de Caſpe, in hac cauſa litigantium, & fratri patrueli dictorum Didaci, & Ferdinandi. Nam in primitiuo proceſſu huius cauſæ probatum fuit, dictos Didacum, & Ferdinandum eſſe legitimos filios, & naturales Ximenij de Caſpe iunioris, & nepotis Ximenij de Caſpe ſenioris. Probatum etiam fuit dictum Ximenium de Caſpe ſeniorem, duos habuiſſe filios ex Maria Garcia de Muros eius vxore, nimirum dictum Ximenium iuniorem, & dictum Frãciſcum de Caſpe ſeniorem, & hunc Frãciſcum ſeniorem, ex matrimonio per eum contracto cum Anna de Silos, procreaſſe Franciſcũ de Caſpe iuniorem eius filium, qui fuit pater in hoc iudicio litigantium: & in dicta ſententia lata in cauſa nobilitatis ſupra relata num.34. legitur fuiſſe probatum, dictos Didacum, & Ferdinandum de Caſpe eorumque patrẽ, & auũ fuiſſe in poſſeſsione nobilitatis: Vnde cũ dictus Ximenius de Caſpe ſenior fuerit auus communis dictorum Didaci, & Ferdinandi, & Franciſci de Caſpe iunioris, proderit dicta ſentẽtia fratri patrueli, deſcendenti ab eodẽ auo, cum lata ſit in iudicio petitorio, vt patet ex finalibus verbis, ibi: ¶ Y ponemos perpetuo ſilencio a los dichos Fiſcal del Rey nueſtro ſeñor, y Concejo, Comun, y hombres buenos, frãcos, Infançones de la dicha villa de Alfaro, y a todos los otros concejos, y hombres buenos de todas las Ciudades, villas, y lugares deſtos Reynos, y ſeñorios del Rey nueſtro ſeñor, a que aora, ni de aqui adelante en tiempo alguno, no inquieten, ni perturben mas a los dichos Diego, Hernando, e Iuan de Caſpe ſobre ſu hidalguia, e poſſeſsion della. Si enim dicta ſentencia tantum fuiſſet lata in iudicio poſſeſſorio, reſeruatum fuiſſet ius procuratori Regij Fiſci, & Syndico dictæ communitatis, oppidi de Alfaro, in iudicio petitorio, vt fieri ſolet in ſentẽtijs,

tijs, quæ fruuntur in iudicio poſſeſſorio, & non fuiſſet eis impoſitum ſilentium perpetuum in cauſa nobilitatis,

16 Tertiò: nobilitas eiuſdem familiæ de los Caſpes, fuit probata, ex quo reſultat ex depoſitionibus Petri Oliua ætatis 66. annorum. Petri Ximenez de Santa Cruz ætatis 60. annorum, vicinorum dicti oppidi de Alfaro, & aliorum teſtium ſuper ſecundo articulo, ſiue capitulo ſupplicationis, oblatæ per procuratorem dictorum Hieronymi, & Marci Antonij Caſpe die 4. Nouembris 1619. & ſuper interrogatorijs poſitis per Fiſci Regij patrimonij procuratorem los Caſpes in oppido de Alfaro eſſe confratres confraternitatis Sancti Pauli eiuſdem oppidi in qua ſolum admittuntur nobiles (dicti hidalgos.) Conſtat etiam cum depoſitionibus plurium teſtium productorum ſuper dicto 2. cap. & ſuper 2. interrogatorum, poſitorum per dictum procuratorem patrimonialem, los Caſpes, adminiſtraſſe officia publica dicti oppidi, vti ſtatus nobilium, ad quorum regimen non admittuntur niſi nobiles, vulgo dicti hidalgos. Nobilitas autē probatur per eum actum, qui facit diſtinguere nobilem à plebeio. Vt poſt Bar. in l. 1. C. de dignitatibus, lib. 12. nu. 97. & 100. tenent Gar. de nobilit glo 7. num 21. & gloſ. 12. num. 51. fol. 269. Gutierr. pract. quæſt. lib. 3 q. 14. num. 14. & 15. Seſſe deciſ. 2. num. 17. lib. 1. & Garcia d. gloſ. 7. num. 22. ait: quòd vulgo dicitur, nobilitatem iure communi probari reputatione, intelligendum eſſe, non quod ſola exiſtimatio vulgo faciat aliquem vere nobilem iuxta leges ſcriptas: ſed quod actus, qui reputatur nobilium, & non plebeiorum, faciant diſtinguere gerentem à plebeis, vnde inſurgit vera nobilitatis probatio, & iure communi, & iure Hiſpano: ergo diſtinctio actus facit probationē nobilitatis.

17 Quæ diſtinctio fundatur in exiſtimatione, reputatione, fama, lege, & conſuetudine. Cum ergo in noſtro caſu adſit diſtinctio actus, & actus reputatione facta, & lege, & conſuetudine nobilium, proculdubio reperitur probatio veræ nobilitatis. Seraphin. deciſ. 207. num. 3. part. 1. ita ait: Quo ſtante, quoad ſecundam dubij partē dixerunt: Ioannem ſufficienter probaſſe ſuam militarem nobilitatē: quia ex litteris Epiſcopi, & Capituli, per quas vocantur maiores ſui ad comitia, & militiam, vti nobiles militares, & per quas litteras diſtribuantur ipſis impoſitiones, quæ ſolis nobilibus militaribus tunc imponebantur, probatur tractatus iſtorum, vti nobiliū militariū: & in noſtra ſpecie ita ſentit Rota Rom. deciſ. 494. num. 7. in recollectis per Farinac. 1 partis. tom. 2. pagina 35. his verbis: *Item ex eo, quod dictus Paulus fuit admiſſus in Confratrē Beatæ Mariæ de Candelera, in qua non niſi hidalgui recipiuntur.*

18 Quartò, nobilitas eiuſdem familiæ de los Caſpes probata fuit cum atteſtatione, ſiue certificatione Didaci Orbina, Regis armorum Sereniſſimi Philippi Tertij Regis Caſtellæ, qui atteſtatur in libris familiarum dicti Regis reperiri inſignia, ſiue arma familiæ de los Caſpes, quam dicit eſſe antiquā hidalgorum oppidi de Alfaro, & deferunt quoddam ſcutum in quatuor

par-

partes diuiſum, in quorum prima in
campo cæruleo extat quoddã caſtrũ,
ſiue caſtellum argenteum: & in ſecun
da leo aureus in campo rubeo; in ter-
tia clauis aurea in campo etiã rubeo;
in quarta, & vltima quinque ſtellæ au
rex in campo cæruleo: & vbicumque
19 Rex alicui concedit inſignia, ſiue ar-
ma illi nobilitatẽ cõferri, inquit Rain.
in tract. nobilitatis, in princip quæſt. 3.
princip. quem referunt, & ſequuntur
Tiraquel. de nobilit. cap 6. num. 12. &
Maſcard de probat. concluſio. 1094.
num. 5. prope finem. Vnde cum in li-
bro Regis armorum Regni Caſtellæ,
hæc arma, à Rege conceſſa reperiãtur,
dictæ familiæ, præſumendum eſt Re-
gem Caſtellæ vnum ex familia, à qua
genus de los Caſpes deſcendit, cingu
lo, & priuilegio militari decoraſſe cũ
militem armando, & vt inquit Tira-
quel. in tract. de nobilitate, cap. 2. nu.
22. Ex eo quod Princeps alicui arma,
ſiue inſignia conceſſerit, videtur illi
nobilitatem conferre, vt dicit Ioann.
Rain. in tract. nobilitatis, in 1. quæſt.
20 3. q. princip. Ex quo videtur intelligere
Rain. non niſi nobilibus licere defer-
re armorum inſignia; nam nulla alia
ratione videri poteſt Princeps cõfer-
re nobilitatem, concedendo inſignia,
niſi quia inſignia ſunt nobilium tan-
tum: & propterea concedendo, vi-
detur, & eam qualitatem concedere,
quæ ad ea deferenda requiritur: arg.
l. quidam conſulebat, & ibi notat. ff.
de re iudicat. Nec enim refert, vt dicit
ipſe Rain. dictis ne, an factis quis ani-
21 mum ſuum declaret, per not. in l. de
quibus. ff. de legib. cum concordanti-
bus alibi à me traditis: & hoc quoq;

22 videlicet, non licere plebeis, hæc arma
deferre, videtur ſentire Anton. & Pa-
nor. in cap. dilecta, in vlt. notab. de ex-
23 ceſ. Prælat. dum trifaria diſtinguens
inſignia, dicit quędã eſſe inſignia ſin-
gularis dignitatis, quibus, ſcilicet, vtun
tur Reges, Principes, & Nobiles, &
iſtis non poſſe priuatas perſonas, vbi:
24 Et Gutierrez practic. quæſtio. lib. 3. q.
16. num. 109. ait, vnicuique etiam igno
bili, ſua propria, & priuata auctorita-
te aſſumere, pingere, & deferre arma,
25 & inſignia, quæ volet. Et num. 110. in
fin. inquit, eum, qui ſuam nobilitatem
vult probare per inſigia, & arma, tene
ri demõſtrare, quòd ea habuit ex con
ceſsione Principis. Ex quo tamen in
caſu noſtro arma, ſiue inſignia familię
de los Caſpes, reperiuntur in libro Re
gis armorum, qui atteſtatur dictam fa
miliam eſſe nobilem, dicendum eſt
maximè conducere ad probandã no
26 bilitatem, licet ſola armorum, ſiue in-
ſigniorum probatio non ſufficiat. Et
Garcia de nobilitat. gloſ. 18. in princi-
pio, num. 40. pag. 294. deducendo ad
minicula, quæ plurimum faciunt ad
cauſas poſſeſſorias nobilitatis, inquit,
primum facit plurimum nomen fa-
miliæ, ſecundo facit plurimũ, el traer
las armas de la familia. Et hæc opinio
reperitur canonizata cum Regia ſen-
tentia lata in Regia Audientia Valen
tina, in fauorem Iacobi Saens de Ca-
parriega, aliàs Salazar, cõtra Regij pa
trimonij procuratorem publicũ, per
D. Ioann. Daça die 8. Ianuarij 1611.
vbi Hier. dictum fuit probaſſe imme
morialem poſſeſsionem nobilitatis te
ſtibus, & cum certificatione facta per
Didacum de Vrbina Regem armo-

rum

rum Regni Caſtellæ. Corroborantur ſupradictæ ſpecies probationum ex depoſitionibus teſtium, productorũ per dictos Hieronymum, & Marcũ Antonium de Caſpe, ſuper tertio capitulo ſupplicationis, per eos oblate die quarto Nouẽbris 1619. Nõ enim ſimpliciter dicunt los Caſpes deferre dicta inſignia, ſiue arma, ſed etiam ad dunt ea deferre vti nobiles ex ſanguine, ſiue hidalgos.

27 Quinto: ſufficit probare immemorialem nobilitatis familiæ litigantes, hoc eſt, quod ſua familia eſt nobilis, licet in ſpecie non probetur litigantẽ, illis patrem, & auum eſſe in poſſeſsione nobilitatis, vt dicit Aceuedo lib. 6. Recopila. tit. 2. de los hijoſdalgos in rubric num. 201. fol. 39. his verbis: Nullò modo poteſt dubitari quin probata reputatione, ac notorietate immemoriali notorij ſolaris, & ab eius deſcendentia, & familia debeat probans ab illo deſcendens obtinere in vim indicatiuæ, ac demonſtratiuæ formæ, ſiue domus, ſiue ſolarij notoriorum nobilium, *Seſſe deciſ. 2. num. 2.* inquit ita probari nobilitatem. Quòd declarat his verbis: *Si quis probet ſe deſcendere ab aliquo caſali, ſiue ſolari nobili*, vbi de tempore immemoriali poſſeſſores illius, & deſcendentes ab eo ſoliti ſunt gaudere quaſi poſſeſsione Infancionum, & non contribuere, *Bardaxi de officio guber. q. 5. n. 39. in fin.* allegans Molinum noſtrum practicum vbi ſupra, quod quotidie videmus practicari, neq; videri debet nouum, eo quo in Hiſpania, & in Valleſoletano, & Granatenſi Tribunalibus quotidie de hoc genere probandi nobilitatem per ſolare, ſiue caſale in proprietatẽ agatur, vt refert Garcia de nobilitate, gloſ. 18. num. 17. cum ſequent. Et idem Seſſe vbi ſupra num. 33. & 35. inquit, probando ſolari cum immemoriali, hoc ius quaſi naturale non perdi per actum contributionis: quia ius illud completum, non extinguitur per contributionem, quia

28 inquit ius illud ratione caſſalis, & ſolaris, eſt ius reale, & naturale, & ſic perpetuum, & inextinguibile, & ita dicit fuiſſe iudicatum, & vt opinor Seſſe vbi ſupra voluit allegare Ioan. Garcia de nobilit. gloſ. 12. à num. 16. vſque ad num. 19 fol. mihi 263. pag. 2. col. 1. ad medium, ibi: Tum etiam, & ſecundo reſpondemus, litigatorem verè eſſe poſſeſſorem, cum habeat ius cauſarũ, hoc eſt perfectum in poſſeſsione, iuris beneficio ad ſe deriuatũ ab his qui ius illud abſoluerunt, & abſolutum tranſmiſſerunt ad litigatorem: & probato iure abſoluto in maioribus quoad poſſeſsionem, iuris intellectu in litigatore reperitur. Probant mihi aperte iura non vulgaria, text. in l. apparet. §. hoc interdictum, iuncta l. 1. in princ. ff. de itinere, actuque priuat. vt inducit Garcia vbi ſupra, & Otal. de nobilit. 2. part. 3. partis princip. cap. 9. nu. 9. in fin. tom. 16. tract. fol. 244. ait: Quòd ſi ius nobilitatis erat perfectè cauſatum, & in eſſe productum ab alijs aſcendentibus, non nocet litiganti, etiam ſi eius pater ſoluerit tributa, & Auendaño in ſuo dictionario, verbo, Cauallero, fol. 177. pag. 1. id innuere videtur, dum inquit hæc verba: Quod nobilitae fidalgorum, non habetur a perſona fidalgui, ſed genere, & ideo fidalguia, & hæreditas pro auorũ, vt in l. 2.

in fin. titul. 21. part. 2. & in l. 1. tit. 11.
part. 7. Et quamquam pater repellat
facto, vel verbo, *Iſtam fidalguiam*, filio
non præiudicat, poſtquam eſt forma-
ta in perſonis auorum. Vnde licet di-
cti Hieronymus, & Marcus Anto-
nius de Caſpe, non probauerint ip-
ſos, neque eorum patrem, & auum
fuiſſe in poſſeſsione nobilitatis, nec
admiſſos fuiſſe in Congregationibus
nobilium (vt eſt Brachium militare
Valentiæ); cum tamen probauerint
deſcendere per lineam legitimam, &
naturalem à dicta familia de los Caſ
pes, oppidi de Alfaro (quæ nobilis
eſt) ab eo ſolari, quod dicitur, *Domus
ſolariega de hijoſdalgo*, obtinere debent
in præſenti cauſa nobilitatis. Dicti e-
nim Hieronymus, & Marcus Anto-
nius de Caſpe, probarunt deſcende-
re à dicta familia de los Caſpes de
Alfaro, & Eximenio Caſpe ſeniore,
& à Franciſco de Caſpe etiam ſenio-
re, eius filio cum depoſitionibus teſ-
tium de auditu, qui in facto tam an-
tiquo probant conſanguinitatem, vt
latius dicam in ſequenti deciſione:
& cum tot concurrant in caſu noſtro:
dicendum eſt, eſſe probatam nobili-
tatem. Corroboratur ex his quæ ſcri
bit Baldus in cap. cum cauſam, in
principio ante numerum 1. de proba-
tionibus, dicens: quód ex multis im-
30 perfectis, fit vna probatio perfecta, ſi-
cut ex multis membris inuicem co-
hærentibus, fit perfectum corpus, &
ex multis conſonantijs fit perfecta ar
monia. Idipſum etiam probatur ex
text. iuncta gloſ. in l. 3. §. 1. ff de teſtib.
& ex l. rerum mixtarum. ff. de vſuca-
pion. iunctis his, quæ notant Bart. &
ſcribentes, l. ſi quis argentarijs. §. 1. ff.
eodem. Alexand. conſ. 11. num. 3. & 7.
lib. 4. Immo. conſ. 38. num 5. Anto.
Nata conſ. 31. num. 8. lib. 2. Pariſius
conſ. 37. lib. 1. num. 20 Quibus plu-
ra cumulant Scribentes in l. admonē-
di ff. de iure iuran. vbi Iaſ nu. 99 plu-
res congerit. Sed magis in ſpecie idip
ſum probatur, ex quadam doctrina
31 Bald. in l. teſtium, num. 12 C. de teſti-
bus, vbi inquit: quód ſi duo teſtes de
ponāt de vno quinquenio, & alij duo
de alio quinquennio continuato, con
iunguntur, & exit probata conſuetu-
do decēnalis. Item etiam notat Præ-
poſitus in cap. quorūdam. 23. diſtin.
vbi loquēdo in præſcriptione, inquit,
quod quando imperfecta conclūdūt,
ad ſuum totum coniunguntur, & ſic
quòd teſtes de veritate, vel viſu con-
iunguntur cum alijs teſtibus deponē-
tibus de fama, quia concludūt ad ſuū
totum, & ſunt ordinata ad commu-
nem effectum: quod etiam in fortio-
ribus terminis exiſtimat Auguſtinus
Beroi. in cap. ſicut conſuetudo. nu. 19.
de probation. vbi ſingulariter inquit:
32 quód etiam in actibus indiuiduis, &
quando cōditionaliter, & pro forma,
aliquod probationis genus requiritur
adhuc coniūgendi ſunt teſtes de viſu
cum teſtibus deponentibus de fama,
& eſt facienda vna perfecta probatio
ex duobus imperfectis, quod probabi
le videtur, dūmodo probatio famæ,
& auditus ſit temporis antiquiſsimi,
& ſaltem ante quadraginta annos, in
quibus alij teſtes deponunt de viſu: ſi
enim eiuſdem temporis eſſet, procul
33 dubio non ſufficeret. Et in materia
probationum ſingula, quæ non pro-

ſunt, vnita iuuent, vt in terminis Ro
ta Romana apud Farinatium, deciſ.
104.nu.fin.in.1.tom.1.partis.Craue.la
tè conſ.158.nu.11.Vincent de Franch.
deciſio:56. numero 19. in fin. cum ſe
quentibus, vbi loquitur de probanda
immemoriali. ibi: Quia in materia
probationū dicebatur, veram eſſe re-
gulam, quòd quando plura tendunt
ad perficiendum vnum totum, tunc
quæ non poſſunt ſingula, vnita iuuāt.
Bartol.in l.1.§. idem, Corne. verſic.
Sed contra prædicta. ff. de quæſtion.
Ancharran. conſi'i :76. viſa diligēter,
colum.1. Alexand. conſil. 13. ex his,
colum.penult.& fin. volum.1. maxi-
mè in factis antiquis, in quibus con-
iunguntur diuerſæ ſpecies probatio-
nis, ſecundum Franc. de Aretin. in
conſil.42.viſo.colum.2.cum alijs op-
timè dictis per Lofred conſil.8.Mag
nificus,colum.3.numer. 10. verſic. In
probationibus, vbi plenè concludit,
quòd quando probationes diuerſi ge
neris tendunt ad idem totum perfi-
ciendum, probationes prædictæ ſunt
34 releuantes. Et denique nobilitatē pro
bari per diuerſas ſpecies probationis
ſimul iunctas, fuit deciſum in Rota
Roma. teſte Seraphin. deciſ. 207.nu.
3.cum ſequentibus. 1.part.pag. 79.ibi:
¶ Quo ſtante quoad ſecundam du-
bij partem dixerunt, Ioannem ſufficiē
ter probaſſe ſuam militarem nobilita
tem,quia ex literis Epiſcopi, & Capi-
tuli,per quas vocantur maiores ſui ad
comitia,& militiam, vti nobiles mili-
tares, & per quas literas diſtribuūtur
ipſis impoſitiones,quę ſolis nobilibus
militaribus tunc imponebantur,pro-
batur tractatus iſtorū vti nobiliū mi-
litariū. Et ibi referūtur aliquæ ſpecies
probationum, quæ non ſunt tan con
cludentes,quam quæ inueniuntur, &
concurrūt in caſu noſtro; & ita à for-
tiori dicendum eſt, eſſe ſatis probatā
nobilitatem dictorum Hieronymi de
Caſpe, & Marci Antonij de Caſpe.

Quibus ſic cōſtitutis,non obſtant
in contrariū adducta:nō primum,de
quo ſupra nu.1.& 2. quia licet verū ſit,
quòd ſolū Princeps nobilitat, & ne-
35 mo alius poteſt nobilitatis priuilegiū
cōcedere, tamē vbi aliquis eſt in poſ-
ſeſſione nobilitatis à tēpore immemo
riali præſumitur nobilitatus à Princi-
pe prædeceſſor ſuus, à quo legitimè
deſcēdit,& ei fuiſſe nobilitatis priuile
giū cōceſſum ab habēte poteſtatē, vt
probaui ſup.n.6.& 7. Vnde cū dictus
Hieronymus, & Marcus Antonius
de Caſpe probauerint familiā de los
Caſpes eſſe in immemoriali poſſeſſio
ne nobilitatis, nō tenētur oſtēdere ti-
tulū,ſiue priuilegium nobilitatis,anti-
quæ enim familiæ nobiliū, cuius nobi
litatis, nec initij non extat memoria,
raro docere poſſunt de titulo:

36 Ad ſecūdū (de quo ſup.n.5.) reſpō
detur,quòd in Regnis Coronæ Caſ-
tellæ ſit præſcripta forma ad proban-
dā nobilitatē (quæ hidalguia appella
tur) & inter alia teneatur probare liti-
gās, ipſum,patrē,& auū eſſe in poſſeſ
ſione nobilitatis;hoc tamē intelligitur
quādo ius nobilitatis nō fuit perfectū
in maioribus litigatoribus :ſecus ſi in
eis fuit perfectè cauſatū:ita Otalor.de
nobil.2.p.3.part.princip.c.9.n.9. in fi.
&.n.10.tom.16.tracta.nouiſ.fol.244.
col.2.in fi.Seſ.deciſ.3.n.4.& 16.Et ita
fuit declaratum in Regia Audientia
Valen-

Valentina in fauorem Stephani Martinez de Freſneda : ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 10. Auguſti 1512. his verbis:

Ex qua immemoriali, & pluſquam centenaria poſſeſsione, cum communibus requiſitis probata, & completa: antequam in perſona Ludouici Ioannis Martinez, præfati Stephani patris, per ſolutionem iuris morabatini, vel alium quemcumque actum, in contrarium factum, interrupta fuiſſet, ius proprietatis dictæ militiæ taliter præfatis Martinez adquiſitum fuit; vt nullus actus iudicialis, vel extra, qui in perſona dicti Ludouici Ioannis ſuceceſsit, præiudicium aliquod præfato Stephano, illius filio, aut eorum filijs adferre potuit. Et ita reſpondet dicto ſecundo argumento Garcia in tract. de nobilitate, gloſ. 12. in principio, numero. 16. cum ſequentibus: fol. 266. columna 3. his verbis: *Neque obſtat, quod noſtra lex Cordubenſis requirat poſſeſsionem litigatoris: Reſpondemus enim dupliciter. Primum, quòd non tollit alterum caſum, ſcilicet, quando in parente, auo, & proauo expletum eſt tempus, quod erat deciſum dicta l. 7: adiuncta immemoriali. Tum etiam, & ſecundo reſpondemus litigatorem verè eſſe poſſeſsorem, cũ habeat ius cauſatum, hoc eſt perfectum in poſſeſsione, iuris beneficio ad ſe deriuatum ab his, qui ius illud abſoluerunt, & abſolutum tranſmiſſerunt ad litigatorem. Et probato iure abſoluto in maioribus quoad poſſeſsionem, iuris intellectu in litigatore reperitur. Probant mihi apertè iura non vulgaria. Text. in l. apparet. §. hoc interdictum, iuncta l. in principio. ff. de itinere, actuque priuato: interdictum enim illud de itinere, actuque priuato poſſeſsorũ datur ei, qui hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario triginta diebus vſus eſt. Patet in l. 1. in princ. eod. & in verſ. Siueigitur. Ibi:* Si *modo hoc anno vſus eſt, vel modico tẽpore, ideſt nõ minus quã triginta diebus, & quãuis ei dumtaxat detur, qui vſus eſt eo anno triginta diebus; ſi tamen reperiatur perfectus vſus triginta dierum ſucceſſori datur, qui re vera vſus non eſt. Et in ſucceſſore verificantur verba prætorij interdicti, quaſi is ipſe vſus ſit; patet in dicto §. hoc interdictũ, & infra, ibi: Hoc interdictum non ſolum ipſi, verum ſucceſsoribus quoque eſſe dandum, non eſt ambigendum; quinimo, & particulari ſucceſſori datur, quod adhuc magis eſt, ita vt emptor quoque iuris hoc intellectu vſus fuiſſe intelligatur, patet in eadem lege, ibi: Emptori quoque dabitur, & in emptorem, id autem apertè facit ratio iuris, de qua ſupra egimus; quia cum ſit ius abſolutum, & cauſatum, & ſemel perfectum, perfectè quoque, & abſolutè reperitur in ſucceſſore, quaſi ipſe ſucceſſor à principio fuerit vſus. l. 2. eodem, ibi: Nec enim corrumpi, aut commutari, quod recte tranſactum eſt, ſuperueniente delicto, poteſt, ita vt in noſtro caſu, ius iſtud poſſeſſorium cauſatum, id eſt, perfectum, & abſolute, & perfecte deriuatum ad litigatorem, reperiatur perfecte in ipſo, ſicuti fuerit in his, qui perfecerunt, & reuera poſsideat, & recte poſſidere intelligatur, & de ſe vere probat, qui probat perfectum ius à maioribus ad ſe deriuatum. d. l. apparet, iuncta dicta l. 1. text. in l. 3. eod. ibi: (Tamen interdi-*

ctum tibi competere intra annum; quia hoc anno, non clam, non precario vſus ſis) & ibi: Et generaliter ex omnibus cauſis, quæ inſtar venditionis habeant, vel alterius contractus, dicendum eſt, huic inter dicto locum fore: idem, & in cæteris iuris partibus receptum eſt, vetat prætor vim fieri ei, qui aquam hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario duxerit, & quamuis ei ipſi, qui duxerit, vetet vim fieri iuris interpretatione ſucceſſorem quoque quemcumque duxiſſe intellegit, ſi ad ſucceſſorem illum ius illud deriuatum, & perfectum ſit, patet ex dicta l. 1. iuncto §. ait Prætor. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, ibi: Inter hæredes, & emptores, & bonorum poſſeſſores interdicam, facit lex 2. ff. de interdictis. l. 2. §. Pomponius, ff. ſi ſeruit. vindice. Faber in §. retinendæ, de interdictis. Itaque ius perfectum, & abſolutum, deriuatum ad minores, & ſucceſſores, ita reperitur in ipſis: ſicuti in maioribus, à quibus deriuatum eſt, & reuera ſunt in poſſeſſione, in qua fuerunt hi, qui ius illud poſſeſſorium nobilitatis habuerunt, reuera, in litigatore reperitur, ſicuti erat in his, qui perfecerunt ita, ut reuera, poſsidere intelligatur, & ideo rectè de ſe probat, & veriſſime in ſententia dicitur ipſe litigator eſſe in poſſeſſione nobilitatis.

Et ex ſupra dictis fuit deliberatum Hieronymum de Caſpe, & Marcum Antonium de Caſpe probaſſe ſuam ſanguinis nobilitatem, ſiue militiam, & ita ſententia lata in Regia Audientia Valentina in eorum fauore, publicata per Alreus die 20. Aprilis 1622. fuit confirmata cũ alia lata in hoc S. Conſilio, publicata per Ioannem Hieronymum Ricarte Regij mandati Scribam, die 27. Iulij 1627.

DECISIO VII.

Immemorialis poſſeſsio, vt ſit probata, an inter alia requiratur, quòd maiores, à quibus teſtes audierunt, dixerunt non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.

1 *Immemorialis, vt probetur, requiritur, quód teſtes dicant, quód ſemper viderunt, & audierunt ita eſſe, nec vnquam viderunt, nec audierunt contrarium, & quod communis eſt, & fuit ſemper fama publica, & quod non extat contrarij, vel initij memoria.*

2 *Poſſeſſio immemorialis, vt probetur, an ſit neceſſe, quòd teſtes dicant, quod à ſenioribus, & maioribus audierunt, ita factum fuiſſe, nec vnquam audiuiſſe contrarium actum eſſe, atque huius rei talem eſſe publicam famam, & opinionem.*

3 *Teſtes in probanda immemoriali, debent deponere de viſu per annos quadraginta ante motam litem, & de auditu a maioribus, & neque ipſos, neque eorum maiores contrarium vidiſſe, vel audiuiſſe, & hanc eſſe, & fuiſſe publicam vocem, & famam.*

4 *Teſtes diuerſi, ad probandum requiſita immemorialis, non poſſunt ſimul coniungi.*

Probatio non concludens, reijcitur.

Poſſeſſio immemorialis, vt probetur, non

non requiritur, quod maiores, à quibus teſtes audierunt, dixerint non vidiſſe, neque audiuiſſe contrarium.

7 *Immemorialis probandi forma, quæ in praxi recepta eſt, & obſeruatur nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. In qua non requiritur, quòd maiores, a quibus teſtes audierunt, dixerint non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.*

IN eadem cauſa, de qua ſuprà deciſione 6. fuit quæſitum an eſſet ſufficienter probata immemorialis poſſeſsio, ad quam probandam inquit gloſſa in verbo, Memoria, in
1 cap. 1. de præſcriptio. in ſexto, requiri, quòd ſemper viderunt, & audierunt ita eſſe; nec vnquam viderunt, vel audierunt contrarium: & quod communis eſt, & fuit ſemper opinio, quod ſic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria. Et Couarruuias in regula poſſeſſor,
2 2. parte. §. 3. numero 7. ita ait: Ex quibus apparet immemorialem præſcriptionem probari per teſtes aſſerentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium actum fuiſſe; & ſenioribus, ac maioribus audiuiſſe id ita factum fuiſſe, nec vnquam audiuiſſe contrarium actum eſſe: atque huiuſce reipublicam eſſe famam, & opinionem. Et teſtes producti pro parte Hieronymi de Caſpe, & Marci Antonij de Caſpe, non teſtantur, quòd maiores, qui deponunt de immemoriali, licet dixerint audiuiſſe à maioribus; non tamen deponunt dictos maiores non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium, quod requiri ſcribit Seraphinus Oliu. deciſione Rot. Româ. 1102. num. 4. part. 2. ibi: Partim non dicunt ſe, neque ſuos maiores aliquid vidiſſe, nec audiuiſſe in contrarium; quod tamen requiritur, vt in dicta gloſſa, & per Couarruu. in regula poſſeſſor, part. 2.
3 §. 3. num. 7. Et idem Rota Roma. vt refert Garcia, in tractat. de benefic. part. 2. numero 45. ad medium, pagina 8. his verbis. Neque dubium eſt, quando teſtes in probanda immemoriali debeant deponere de viſu per annos 40. ante motam litem, & de auditu à maioribus, & neque ipſos, neque eorum maiores contrarium vidiſſe, vel audiuiſſe, & hanc eſſe, & fuiſſe publicam vocem, & famam. Gloſ. communiter recepta à Rota ſæpiſsimè comprobata in cap. 1. verbo, Memoria, de præſcription. libro. 6. Quampluribus etiam adductis Doctorum auctoritatibus, ſequitur Couarru. in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 3. numero 7. Verum planè ex teſtibus exhibitis nullus eſt, qui non deficiat in aliquo ex dictis quatuor requiſitis: & ideo nullus hāc immemorialem concludenter pro-
4 bat: nec diuerſi teſtes, ad probandum hæc requiſita, poſſunt ſimul coniungi; quia ſinguli cum illis debent explicitè deponere: aliter eorum depoſitio non concludit, vt gloſ. & Doctores apertè ſentiunt; & probatio non concludens, reijcitur, cap. in præſen-
5 tia, de probatio. leg. non hoc. C. vnde legitimi; neque enim agitur de probandis illis requiſitis, ſed de probanda immemoriali, quam niſi ſinguli teſtes concludant, probatio eſt imperfecta. Hactenus Garcia vbi ſupra.

6 Sed contrarium fuit reſolutum in hoc Supremo Conſilio; nimirum ad probandum immemorialem, non requiri, quod maiores, à quibus teſtes audierunt, dixerint nō vidiſſe, neq; audiuiſſe contrarium, vt cōſtat ex ſeqq.

7 Primò: doctiſsimus Ludouic. Molina de Hiſpan. primog. lib. cap. 6. nu. 31. tradens formam probandi immemorialem præſcriptionem, tale non dicit, ſed ita ait: Hæc autem immemorialis præſcriptio, ſeu conſuetudo probanda eſt per teſtes, deponentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquā vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium actū fuiſſe, de eoque eſſe publicam famā, & opinionem apud eos, qui eius rei cognitionem habent, cuius eximij Iuriſconſulti clariſsimi ingenij opinio in praxi recepta eſt, & obſeruatur.

8 Secundò, ita etiam hoc intellexit Rota Romana, vt videre eſt in recollectis per Farinatium deciſ. 445. nu. 1. & 2. 1. tomo, 1. partis, ibi: Bene cōcluderent immemorialem ſuper ſtatu primogenituræ, ſecundum requiſita gloſſæ in verbo, Memoria, in cap. 1. de præſcript. lib. 6. Omnes namque deponunt de auditu à maioribus, qui ab ante natis audierunt, & de fama, & quòd nunquam viderunt, aut audierunt contrarium, ſed ab immemoriali fuiſſe obſeruatum, &c.

9 Tertiò: nam fere omnes Doctores, qui de probanda immemoriali agunt, dictum modum eam probandi deducunt, ex authoritate gloſſæ, verbo, Memoria, in cap. 1. de præſcrip. in 6. cuius verba ſunt: Sed quomodo probabitur tanti temporis præſcriptio? Dico ſecundum Hoſt. qui hoc not. de verbor. ſign. quód per nouale, quod dicent teſtes præſcribētes, (ſi talem habent conſcientiā) quòd ſemper viderunt, & audierunt ita eſſe, nec vnquam viderunt, vel audierunt contrarium, & quòd communis eſt, & fuit ſemper opinio, quod ſic fuerit, & quòd non extat contrarij, vel initij memoria. Et d. gloſ. non ponit hoc requiſitum, quòd ſeniores, & maiores dicant, nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.

10 Quartò nec Couarruuias, vir doctiſsimus, in reg. poſſeſſor, 2. part. §. 3. num. 7. ponit hoc requiſitum (licet male fuerit intellectus ab his, qui eū allegant pro contraria opinione) dum enim ait: immemorialem probari potes, aſſerentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium actum fuiſſe, & à ſenioribus, & maioribus audiuiſſe, ita factum fuiſſe, nec vnquam audiuiſſe contrarium actum eſſe, non vult dicere, quòd ſeniores, & maiores dixiſsēr, nunquam audiuiſſe contrarium: ſed teſtes, qui de immemoriali poſſeſſione deponunt, teſtari ſe nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.

11 Quintò: ita etiam hoc intellexerūt Minſingerius cēt. 1. obſeru. 30. Matth. de Afflict. ſup. conſtit. lib. 3. Rubric. 31. de præſcriptio. quadragenalem, numero 8. fol. 155. Moneta in tractat. de decim. cap. 5. numero 76. pagina mihi 66. & alij plures ab his allegati, Gratian. diſceptat. forenſium, tom. 3. cap. 597. num. 11. vbi dicit ita declaraſſe Rotam. Ex quibus patet, nō eſſe ſtandum his, quæ ſcribit Seraph. in deciſ.

deciſ. Rot. Rom. 1102. nu. 4. p. 2. cum enim illa deciſio alleget pro ſua opinione gloſ. in cap 1. de præſcript. in 6. & Couar. in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 3. 28 num. 7. Dicendum eſt: Rotam ſenſiſſe iuxta opinionem gloſſæ, & Didaci
13 Couarru. in quorum auctoritate illa fundat. Et dicta deciſio rectè defendi poteſt ex eo, quod cum teſtes, qui in illa cauſa depoſuerunt de poſſeſſione immemoriali, non dixiſſent, ſe nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe con-
14 trarium, non erat probata immemorialis. Pariter, eodem modo reſpondetur his, quæ ſcribit Garcia de beneficijs, part. 1. cap. 2. numero 45. ad medium; malè enim ibi intellexit, quod ſcribunt gloſſ. & Couarr. vbi ſupra, licet ſuſtineri poſsit deciſio per dictam Garcia relata, ex quo ex teſtibus exhibitis nullus erat, qui non deficeret in aliquo ex requiſitis neceſſarijs. Et ita fuit deliberatu in S.
15 S. R. C. nimiru, quod non obſtante dicta deciſione, fuit declaratum in fauorem dictorum Hieronymi, & Marci Antonij de Calpe Sententia lata in hoc Supremo Conſilio, publicata per Hieronymum Ricart, Scribam Regij mandati, die 27. Iulij 1627.

DECISIO VIII.

An teſtes de auditu, in antiquis (vbi teſtes de viſu reperiri non poſſunt) probent in materia nobilitatis deſcendentiam: quamuis in eorum depoſitionibus non reperiantur requiſita cap. licet ex quadam, ext. de teſtibus.

1 *Teſtes de auditu, etiam in antiquis non probant, niſi concurrant requiſita, de quibus in cap. licet ex quadam, extra de teſtibus. & num. 2.*

3 *Teſtes de auditu, vt in antiquis probent, eſt neceſſarium, vt dicant ſe ita credere.*

4 *Teſtes de auditu in factis antiquis probant conſanguitatem, & teſtimoniũ de auditu probat.*

5 *Teſtimonium de auditu probat in antiquis.*

6 *Teſtes de auditu ſufficiunt in excedentibus memoriam hominum.*

7 *Intellectus c. licet ex quadam, ext. de teſtibus, & numero. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.*

8 *Teſtes de auditu auditus in antiquis plene probant concurrẽtibus aliquibus adminiculis, de quibus nu. 9.*

10 *Probationis materia eſt arbitraria.*

11 *Probatio ſufficiens dicitur, ea, quæ iudicem ad credendum inducit.*

12 *Iudex non debet applicare animum ad vnam probationis ſpeciem, & numero 13.*

14 *Teſtes de auditu in antiquis, vt probent, non eſt neceſſarium quod habeant requiſita. cap. licet ex quadam, de teſtibus, & nu. 15.*

18 *Teſtes de auditu non admittuntur ad probandam conſanguinitatem contra quartum gradum: quia poſſunt reperiri de veritate, & vſu.*

20 *Farinatij doctrina comprobatur.*

21 *Teſtes deponentes de auditu, licet non dicant verbis formalibus, & indiuiduis, ſe ita credere, ſufficit, quod id dicant verbis æquipolientibus. & numero. 22.*

23 Cou

23 *Conſanguinitatis probationem iuuati quando aliquid ſe inuicem pro conſanguineis tractantur.*

IN eadem cauſa, de qua ſupra, cũ dicti Hieronymus, & Marcus Antonius de Caſpe, ad probandum factum antiquiſsimum, nimirũ, deſcendere à Ximenio de Caſpe, & à Franciſco de Caſpe ſenioribus (quod per teſtes de viſu probari nõ poteſt) produxiſſent teſtes de auditu; qui tamen non depoſuerunt cum requiſitis infraſcriptis, dubitatũ fuit: an probarent, maxmè cum dicti teſtes de auditu non dixerint; ſe ita credere, prout audierunt.

1 In hoc articulo: Farinat. in tracta. de teſt. q. 69. n. 40. ita ait: Teſtes auditu, nec etiã in antiquis probant, niſi concurrant duodecim requiſita, de quibus in cap. licet ex quadam. 47. extra de teſtibus. Et præſertim nõ probare dictos teſtes de auditu, niſi ipſi ſint perſonę graues, & niſi nominent auctores, ad minus, duos, & niſi tales auctores ſint fide digni, non intereſſati, & non ſuſpecti, & niſi etiam dicant ſe ita credere id, quod audierũt, prout hæc omnia benè probat Hector Æmil in tract. de teſtib. in materia teſtis de auditu, fol. 287. nu. 30 & 31. & nu. 45. & 46. vbi etiã, quód ſi talis probatio in aliquo deficiat, nõ probat, nec in antiquis d. cap. licet ex
2 quadam 48. de teſt. ibi. Statuimus ne ſuper hoc recipiantur de cætero teſtes de auditu cùm iam quartũ gradũ prohibitio non excedat, niſi fortè perſonæ graues extiterint, quibus fides ſit meritò adhibenda, & ante litem motam teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non vtique ab vno cum non ſufficeret ille, ſi viueret, ſed à duobus ad minus: nec ab infamibus, & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cum ſatis videretur abſurdum, illos admitti, quorum repellerẽtur auctores; nec tamẽ ſi vnus a pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quòd teſtantur, tanquam plures, & idonei teſtes debent admitti: cùm ſecundum ordinem ſolitum iudiciorum, non ſufficiat vnius teſtis aſſertio, etiamſi præſidiali reſulgeat dignitate, & actus legitimi ſint infamibus interdicti. Teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, quód ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa odio, amore, timore, vel cõmodo non procedant, perſonas expreſsis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti deſignent, & ab vtroque latere ſingulos gradus clara cõputatione diſtinguant, & in ſuo nihilominus iuramẽto concludant, ſe accepiſſe à ſuis maioribus, quod deponunt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficient, niſi iurati deponant, ſe vidiſſe perſonas, vel ſaltim in vno prædictorum graduũ conſtitutas pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius enim eſt, aliquós
3 contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitime contra ſtatuta Domini ſegregare. Et illud requiſitum in teſtibus de auditu, vt in antiquis probent, neceſſarium eſſe, vt dicant ſe ita credere, iuxta verba tex. in d. cap. licet ex quadã.

Digitized by Google

ibi: *Et credere ita eſſe*: tenent Farinat. de teſtib quæſt. 13. num. 7. Cardinal. Tuſch. in verbo, Teſtes, concluſ. 180. num. 58. pag. 174. vbi allegat idem aſſirmantes Nat. d. concluſ. 170. num 7. plene Menoch. conſ. 98. num. 58. lib. 1 qui allegat Neuizan conſ. 78. nu. 18. Capr. conſ. 156. nu. 7. Corn. conſ. 62. num. 12. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 363. vbi alios refert Corn. conſ. 78. lib. 3. nu. 5. ſeſuitur Ripa in l. 1. nu. 87. & ſequẽt. ff. ſi cert. pet. Anton. Gab. lib. 1. com. tit. de teſtib, concluſ. 3. num. 7. In caſu autem noſtro teſtes, qui deponunt de auditu, non dicunt ſe ita credere, & ita non probant, & meritò: multa enim ſunt dicta, quæ non vera, nec teſtes credunt ita eſſe.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nimirum, in hoc caſu, teſtes per dictos Caſpes productos probare. Primò: quia probarunt deſcendere à dicta familia de los Caſpes de Alfaro, & Ximenio Caſpe ſeniore, & a Franciſco de Caſpe etiam ſeniore, eius filio, cum depoſitionibus teſtium de auditu, qui in facto tã antiquo probant conſanguinitatem, vt latiſsimè multis relatis probat Farin.
4 de teſtib. q. 69. cap. 2. num. 103. Girc. in proprijs terminis, in tract. de nobilit. gloſ. 18. §. 1. num. 2. vbi, loquendo probanda nobilitate parentellæ, & generis, ſiue de ſolar, ad probandũ deſ-
5 cendentiam, ſubiungit hæc verba: In antiquis autem omnes fatentur, ſufficere teſtimonium de auditu, propter antiquitatem. l. ſi arbiter. ff. de probat. vbi gloſ. & eſt text. & glo. in l in ſumma. §. idem Labeo, de aqua pluuia arcend. vbi Bart. num. 6. quærit de parentella, an probetur per teſtes de auditu, & ait, quod ſic, & allegat glo ibi: Idem tenet Bald, in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi refert Archidiaconum, qui de hoc dubitarat, in cap. ſi plures. 16. q 6. Et ibi tãgit quæſ. tenet Anton. de Butr. in cap. licet ex quadã, de teſtibus, ibi: Cum propter hominum breuem vitam teſtes de viſu vſque ad ſeptimum gradum deponere non valerẽt, ita inquit, ibi text. Et hæc verba text. ponderat Imol. in d. §. idem Labeo, & Ioann. Andr. & Abb. in d. cap. licet ex quadam, inferentes ex omnibus his iuribus, quòd excedentibus memoriam hominum ſufficit teſtimonium de auditu. Et copioſius tenet Aretin. conſ. 37. vbi reſ-
6 pectu parentellæ, hanc defendit opinionem, & agit de text. in d. cap. de parentella, de quo nos agemus inferius hoc §. 1. & concordat cum ſecunda parte eius text. l. 20 tit. 9. part. 4. vt dicemus, vbi Gregor. Lopez in gloſ. Para desfazer. Idẽ tenet, & ait, quòd Bart. & gloſ. in d. l. ſi arbiter, & in d. §. idem Labeo, intelligunt text. in d. cap. licet ex quadam, quando agitur de ſeparando matrimonio, vt euitetur peccatũ, de quo nos infra agimus latius. Hanc concluſionem pluribus
7 relatis infra faciemus communem, & quæ in iudicando, & conſulendo omninò ſeruari de iure cõmuni debeat. Cabedo deciſ. 73. num. 16. part. 2. Et quòd teſtes de auditu auditus plenè probent in antiquis, alijs relatis docet Menoch. de arbitr. cent. 5. caſ. 475. nu. 10. & num. 12. cum ſeq. ſubiungit hoc intelligendum eſſe, dummodo aliqua concurrant. Primo, quòd ita audierũt dici

dici non ab vno ſolo, ſed à pluribus. Secundò, debent atteſtari audiuiſſe omnes ab eiſdem perſonis, non autē à diuerſis, vt puta, ſi duo teſtes de auditu deponētes, vnus eorum diceret: ſe audiuiſſe à Caio, & Sempronio: & alter teſtis diceret ſe audiuiſſe à Mæuio, & Seio: debent enim ambo ipſi teſtes conuenire de perſonis, à quibus audierunt, vt ſi ambo dicant ſe audiuiſſe à Caio, & Sempronio, vel ambo à Mæuio, & Caio. Tertiò, debent ij teſtes expreſſim nominare perſonas eorum, à quibus hoc dici audierunt. Quartò, requiritur, vt dicant ſe audiuiſſe ante litem motam. Quæ omnia requiri probat Menoch. vbi ſupra. authoritate aliorum DD. quos allegat, Et cum hæc cauſa in gradu ſupplicationis tractaretur in hoc Supremo Conſilio, principalis difficultas in eo verſabatur: an dicti Hieronymus, & Marcus Antonius de Caſpe probaſſent legitimè ſuam deſcendentiam à dictis Ximenio, & Franciſco de Caſpe ſenioribus: nulla enim in proceſſu reperiebantur inſtrumenta nuptialia, & teſtamenta, vel alia documenta, in quibus, ſaltem cum verbis enuntiatiuis hoc factum antiquum probaretur, ſed tantum fuerunt producti teſtes de auditu auditus: & magna fuit controuerſia in Conſilio, an illi haberent omnia requiſita, vt plenam probationem facerent. Et licet dicti teſtes formaliter nō depoſuiſſent cum
20 omnibus requiſitis, tamen cum hæc materia probationis ſit arbitraria, viſa fuit ſufficiens ad probādum dictā deſcendentiam, quia ea, quæ ex proceſſu reſultabant, iudicem inducebāt ad credendum ita eſſe, iuxta doctrinā Ioan. Gutierr. pract. quæſt. lib. 3. q. 12.
11 num. 13. cum ſequent. pag. 76. ibi: Cū tamen illa probatio dicatur ſufficiēs, quæ iudicem ad credendum inducit, ſecundum Socin. & Dec. quos refert, & ſequitur Beccius d. conſ. 52. nu. 87. vbi num. 88. ex pluribus alijs authoribus, quos citat, inquit: quòd nō debet iudex applicare animum ad vnā pro-
12 bationis ſpeciem. l. 3. §. eiuſdem quoque. l. ob carmē. §. fin. ff. de teſtib. cap. in præſentia. de renunt. & ad litteram dicit text. in d. l. 3. in. §. quæ argumenta, ibi: Ad quem modum probandæ
13 cuique rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis diffiniri poteſt, ſicut non ſemper, ita ſæpè ſine publicis monumentis, cuiuſque rei veritas deprehenditur, aliàs numerus teſtium: aliàs dignitas & authoritas, aliàs veluti conſentiens, fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolum tibi reſcribere poſſum ſummatim, non vtique ad vnā probationis ſpeciē cognitionē ſtatim alligari debere: ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi
14 opineris.

Et verum non eſt, neceſſaria eſſe duodecim requiſita, de quibus in cap. licet ex quadam. 47. extra de teſt. ad hoc, vt teſtes de auditu probent in antiquis, vt benè notant Ioan. Garcia in tract. de nobilit. gloſ. 18. §. 1. nu. 5. his
15 verbis. Ex his patet, quid ſibi velint, qui aſſerunt text. in d. cap. licet ex quadam, non poſſe allegari ad deciſionē cauſarum, quia contineat particularē rationem in cauſis matrimonij. Ita dicebat Paulus conſ. 56. lib. 1. numer. 4.

Aimon,

Digitized by Google

Aimon de antiquis, verſ. viſo de fama. num. 5. in fine. Anchar. conſ. 194. Decius conſ. 595. ad finem; & ad hoc refert Aretin. d. conſ. 37. vbi non tenet id indifferenter, ſed cũ diſtinctione, quam diximus num. 3. & 4. Tenet Rainer. de Forliuio in d. l. ſi arbiter, & ibi Fulgoſ. & tenet gloſ. in l. fin. ff. de aqua pluu. verb. Audierunt, glo. in d. §. idem Labeo. Bart. in d. l. ſi aliter, & in d. §. idem Labeo, qui omnes pu

16 tant, text. in d. cap. licet ex quadã, non poſſe allegari, niſi in cauſis matrimonij, quòd quidem in diſtinctè non eſt

17 verum: nam vltra quartum gradu benè admittit generaliter teſtimonium de auditu, idque in priori parte. At

18 verò intra quartum gradum, quia vt plurimum reperiri poſſunt teſtes de veritate, & viſu nõ admittit teſtimonium de auditu. Et ad illa duo eſt o-

19 portuniſsima d. l. 2. tit. 21. part. 2. At verò addit exceptionem ad regulam, vt intra quartum gradum admittantur teſtes de auditu; cum requiſitis tamẽ ibi expreſsis, non aliter. Et poſtremũ admittit, vt euitetur peccatum; & in hoc, quod admittit teſtimonium de auditu intra quartum gradum, habet aliquid ſpeciale: quia de veritate futuri erant ex d. l. 2. vnde cauendũ eſt à

20 Farinat. in tract. de teſtib. q. 69. n. 40. aſſerente, teſtes de auditu, in antiquis non probare, niſi concurrant duodecim requiſita, de quibus in d. cap. licet ex quadam, de teſtib. quia in alia materia ceſſat ratio dicti capituli, in illis finalibus verbis: Tolerabilius enim eſt, aliquos, contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm con iunctos legitimè cõtra ſtatuta domini ſeparare. Vnde licet in caſu noſtro non concurrant dicta duodecim requiſita: ex quo non agitur de euitãdo peccatum, ſed tantum de probando id, quod honorificum eſt: nimirum dictos Hieronymum de Caſpe, & Marcum Antonium de Caſpe, deſcẽdere à Ximenio de Caſpe, & à Frãciſco de Caſpe ſenioribus (quod factum antiquiſsimum eſt, & non poſſunt reperiri teſtes de viſu, niſi tantum

21 de auditu, & fama publica) dicendũ eſt, ſatis probari per teſtes de auditu. Et licet teſtes producti in præſenti cauſa non dicant cum verbis formalibus, & indiuiduis, ſe ita credere; hoc tamen idem teſtantur cũ verbis æquipollentibus: quod ſufficere ſenſit Rota Rom. vt videri eſt in deciſ. 245. nu. 12. in recollectis per Farin. tom. 1. primæ partis, pag. 182. in illa enim deciſione agebatur de probanda immemoriali. n. 1. & 2. & num. 12. ſubiungit

22 hæc verba: Ad id, quod dicebatur, teſtes non deponere de continuata poſſeſsione toto tempore quadragenariæ, propter omiſsionem copulæ: & ita, ſecundum doctrinam Bartoli, in l. Celſus, num. 23. & ſeqq. de vſucapion. fuit dictum non releuare, cũ deponant per verba æquipollentia continuationem temporis denotantia, videlicet, de viſu, toto tempore eorum vitæ. Quæ verba excludunt omne tẽpus intermedium. Et quod in caſu noſtro teſtes per dictos Caſpes producti hoc deponant per verba æquipollentia, conſtat. Nam Ioan. Perez eques vicinus oppidi de Alfaro, in fine depoſitionis factæ ſuper 17. capitulo articulorum ſupplicationis, per eos

oblatæ

oblatæ in Regia Audientia Valentina die 4 Nouēbris, anni 1619. Teſtatur ſe nunquam vidiſſe, audiuiſſe, aut intellexiſſe dubitare de ſanguinitate, quam habent dicti Hieronymus, & Marcus Antonius de Caſpe cū perſonis dictæ familiæ, nec de dicta hidalguia. Præterea Didacus Sanz de Llouera teſtis ætatis octuaginta annorum ſub eorū 17. cap. teſtatur cognouiſſe Matthæum, & Franciſcum, fratres ciuitatis Tudellæ, cum eſſent pueri, & conſueuiſſe venire ad dictū oppidum de Alfaro, & reputabant pro conſanguineis Didacum, & Ferdinandum de Caſpe, & quod dictus Ferdinādus recipiebat in propria domo Eugenium de Caſpe (qui eſt frater dictorum Hieronymi, & Marci Antonij de Caſpe) & quod audiuit dictum Ferdinandum de Caſpe ſæpius dicentem: dictum Franciſcū de Caſpe, habitatorem ciuitatis Valētię, eſſe eius fratrem patruelem, & quòd dictus teſtis ab adoleſcentia, ſemper reputauit dictos Caſpes, nimirum degentes in oppido de Alfaro, in ciuitatibus Tudellæ, & Valentiæ, pro cōſanguineis eiuſdem familiæ deſcendētes ab eadem domo, & familia antiqua de los Caſpes eiuſdem oppidi. Didacus Charri presbyter, oppidi de Alfaro, ætatis ſeptuaginta annorum, teſtis productus per dictos Caſpes, ſuper dicto 17. cap. teſtatur: ſæpius audiuiſſe dictos Didacum, & Ferdinandum de Caſpe, fratres, dicentes: Franciſcum de Caſpe eorum fratrem patruelem, degere in ciuitate Valentiæ, & vidiſſe etiam Ioannem de Caſpe presbyterum, & Ioannem de Caſpe laicum, oppidi de Alfaro, tractare de gentes Valentiæ, vti conſanguineos, & quód Doctor Eugenius de Caſpe, ante quam fuiſſet Archidiaconus Eccleſiæ Sugurbi, accedebat ad domū Ferdinādi de Caſpe, qui eum recipiebat vti filium eius fratris patruelis, & quòd Caſpes oppidi de Alfaro appellabant conſanguineos, & quód dictus teſtis ſemper credidi certum, eſſe conſanguineos los Caſpes de Alfaro, & alios Caſpes degentes in ciuitate Cæſar-Auguſtæ, & Valentię, & quod alij, qui cognoſcunt degentes in oppido de Alfaro, habent pro comperto, quòd ſut cōſanguinei, & quòd nūquā vidit dubitari de dicta conſanguinitate; ſed ſemper in dicto oppido de Alfaro communiter reputabantur degētes Valentiæ, ſiue litigātes deſcendētes à dicta familia, ſiue domo de los Caſpes, oppidi de Alfaro per lineam rectam maſculinam: itidem, quòd nūquam viderunt dubitari de dicta conſanguinitate, inter los Caſpes oppidi de Alfaro, & Valentiæ, & quòd erant deſcendētes per lineam legitimam ab eadem familia, ſiue domo de los Caſpes de Alfaro degētes Valentiæ, Et præter ſupradictos, idem teſtatur Franciſcus Ximenez, qui duxit vxorem Mariam de Caſpe, filiā Ferdinandi de Caſpe, ætatis 70. annorū, Ioannes de Frias, Garcia ætatis 60. annorum, Bartholomæus de Caſpe presbyter ætatis 63. annorum, Petrus de Soria ætatis 88. annorum, Martinez Ximenez ætatis 85. annorum, omnes ſuper dicto cap. 17. teſtantur de dicto tractatu, & reputatione inter ipſos ad inuicem, & quód nunquam viderun

derunt dubitare de dicta conſanguinitate, & deſcendentia. Et ita negari nō poteſt, ſupra dictos teſtes, per verba æquipollentia affirmare, ſed ita credere.

Corroborata fuit probatio, reſultans ex dictis teſtibus de auditu, cum depoſitionibus aliorum, qui teſtantur audiuiſſe à perſonis huius nobilis familiæ de los Caſpes, degentibus in dicto oppido de Alfaro: Franciſcum de Calpe vicinum ciuitatis Valētiæ, Archidiaconum, Eugenium de Caſpe, & eius fratres, filios dicti Franciſci, eſſe eius conſanguineos, declarando gradus conſanguinitatis: tales enim, ſic pro conſanguineis ſe inuicem tractantes adiuuant probationem conſanguinitatis, dicto capitulo licet ex quadam 47. de teſtibus, ibi: Pro conſanguineis ſe habere. Et poſt Hoſtiē. Ioan. Andr. Bald. Anchar. Butr. Cor. Socin. & Hector Æmil. quos allegat, docet Farinat. de teſt. q. 69. num, 120. fol. 266. Ex quibus hoc Sacrum Supremum Conſilium fuit arbitratum omnibus ſimul iunctis, ſatis probatū eſſe: dictos Hieronymum, & Marcū Antonium de Calpe, eſſe eiuſdem familiæ nobilis de los Caſpes de Alfaro. Et ita fuit viſa ſufficiens dicta probatio teſtium de auditu in re tam antiqua: quamuis non interuenerint requiſita, de quibus in cap. licet ex quadam, de teſtibus. Et per conſequens fuit pronutiatum in S.S.R.C. in eorum fauorem ſententia publicata per Hieronymum Ricarte die 27. Iulij 1627.

DECISIO IX.

Nobilis exterus an gaudeat nobilitate, & ſic Valentinus nobilitatem ſanguinis habens filius, vel nepos extranei à Regno, an admitti debeat in congregatione nobiliū Valētię quę dicitur brachiū militare, & gaudere omnibus priuilegijs, quibus gaudent milites, equites, & generoſi in Regno Valentiæ.

1 *Rex Hiſpaniæ, licet hodie ſit Rex Caſtellæ, & Valentiæ: diuerſis titulis dicta Regna poſsidet: & non ſunt inita vnum acceſſoria ad aliud, & de alijs Regnis, num. 2. 3. & 4.*

5 *L. 8. tit. 1. de los caualleros, lib. 6. Recōpil. quid diſponat.*

6 *Hidalgus Caſtellæ non eſt eques Valētiæ. Et ita fuit declaratum in Regijs ſententijs antiquis num. 7. 8. & 9. ſed contrarium fuit declaratum cum alijs Regijs ſententijs. num. 20. cum ſeqq.*

10 *Priuilegium Regni Valentiæ 18. Regijs Iacobi II. in. § item infançons, videtur innuere: infantiones non eſſe milites, ſed declaratur infra num. 36. cum ſequentibus.*

11 *Infantiones ſoluere tenētur tributum, vulgo, morabatinum vocatum.*

12 *Milites Valentiæ, ſunt exempti ſoluere morabatinum.*

13 *Nobiles Caſtellani, vulgo appellati Hidalgos. ſunt infançones.*

14 *Forus 1. & 2. in Rubr. que aquells, als quals ſerà otorgat, in extrauag. Fororum, quid diſponat: & quomodo intelligatur: nu. 42.*

15 *Priuilegium generoſitatis habens a domino Rege intra annum poſtquam ei fuit*

fuit conceſſum debet accipere cingulum militiæ, ſiue armaturam, alias non eſt exemptus a ſolutione peytarum.

16 *Nobilitas probatur per immemorialẽ poſſeſsionem.*

17 *Immemorialis poſſeſsio in nobilitate, habet vim tituli, & priuilegij conceſsi ab eo, qui habet auctoritatem illud concedendi.*

18 *Immemorialem nobilitatis habens, poteſt allegare quemcumque titulum voluerit.*

19 *Nobilitas, probata per immemorialem referenda eſt ad tempus, quod magis vtile ſit, eam allegauti: ita declaratum num. 20.*

20 *Hidalgum Caſtellæ, eſſe militem Valentiæ.*

21 *Nobiles, deſcendentes ex familia nobili Regni Aragoniæ, ſinati ſint in Regno Valentiæ, gaudent omnibus priuilegijs, & immunitatibus quibus gaudẽt veri milites Regni Valentiæ. Ita declaratum cum Regia ſenteutia. nu. 22.*

23 *Nobiles, deſcendentes a familia nobili Regui Nauarræ, ex immemoriali, ſinati ſint in Regno Valen. gaudent priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent veri milites Regui Valent. Ita declaratum nu. 24. 25. & 26.*

27 *Nobilitate, per immemorialem probata, præſumitur ille titulus, qui magis expediat, ad fundandam intentionem agentis, & num. 28.*

29 *Hidalgus Caſtellæ, probans immemorialem, poteſt dicere, a Rege Aragonũ nobilitatem habere, ex quo Rex Catholicus fuit Rex Aragonũ, & Caſtellæ.*

30 *Imperator, ſi ſuam intentionem declarauerit, in priuilegio nobilitatis cõceſſo, vt tantum valeat in terris Imperij, in eo tantum loco gaudebit eo priuilegiatus, & num. 33.*

31 *Priuilegium interpretari, pertinet ad Principem.*

32 *Beneficia principalia, ipſi Principes ſolent interpretari.*

34 *Actus agentium, non operautur vltra eorum intentionem.*

35 *Miles, verbum prout comprehendit nobilitatem ſanguinis, comprenditur Hidalgos.*

36 *Miles, verbum, prout comprehendit milites a Rege armatos, non comprehẽdit Hidalgos.*

37 *Milites, a Rege armati, Valentiæ proprie appellantur Cauallers.*

38 *Milites, id eſt, cauallers, non tenentur ſoluere peitam vicinalem, pro bonis immobilibus, quæ Realenchs appellantur.*

39 *Milites armati, vulgo dicti Cauallers, ſunt exempti a tributo, appellato monedatge, in Regno Aragoniæ, & Principato Cathaloniæ impoſito.*

40 *Caualleriæ ordo, magni æſtimabatur apud Reges, & Magnates.*

41 *Priuilegium Iacobi 2. 18. in §. ſi algun caualler declaratur.*

43 *Hidalguiæ priuilegia, non eſt nouum Reges concedere plebeis.*

44 *Priuilegia de hidalguia, & priuilegia de caualleria ſunt diuerſa.*

45 *Priuilegium de Hidalguia quid ſit, & quibus immunitatibus, & prerogatiuis gaudeat, illud habens. 46.*

47 *Honorabilius eſt eſſe Hidalgum ex ſanguine, quam ex priuilegio.*

48. *Qualitas naturalis, accidentali eſt excellentior.*

49 *Aliud eſt eſſe tali, & aliud haberi pro tali.*

50 No-

50 *Nobilitas vera eſt virtus, & qualitas ſanguinis, animo inhærens, à maioribus deriuata, quæ non poteſt a Principe concedi.*

51 *Priuilegium de caualleria, quid, & quo tuplex ſit.*

52 *Caualleros appellantur, perſonæ nobiles, quæ vna cum ſanguine, habent patrimoniũ, aut deſcẽdunt ex nobilibus, & diuitibus familijs, licet ſint ex ſuis perſonis pauperes: & ſunt vocati hidalgui.*

53 *Hidalgus dicebatur, qui vltra bonum ſanguinem aliquid amplius habebat.*

54 *Hidalgui ex ſanguine, vocabant milites de eſpuela dorada, & numero 55.*

56 *Hidalgui ex ſanguine, cum ſint nobiles, etiam citra priuilegium: ſunt immunes ab omnibus collectis, & contributionibus.*

57 Reges, *Principes, & Infanciones, & diuites homines, recipiunt genus iſtud cauallerię.*

58 *Nobiles facit Rex, ex plebeis, cum priuilegio in ampliſsima forma.*

59 *Hidalgui, ex priuilegio æquiparantur nobilibus ex ſanguine.*

60 *Hidalgui ex priuilegio, an gaudeant prerogatiuis, quibus gaudent nobiles, vera nobilitate, & quæ prerogatiuæ ſint, & num. 61.*

62 *Priuilegij verba ſunt attendenda, & cordate expendenda; neque ipſis eſt denegandum quidquid principali conceſſione, & lege ſit indultum.*

63 *Verba, frequenter appoſita in priuilegijs de hidalgos: que os ſean guardadas, &c. videtur per Regem concedere ignobili iura omnia nobilium.*

64 *Nobilitatis conceſsio, ignobili, licet non poſsit ſupplere defectus naturales, nec tolere iura ſanguinis, & naturæ: quia licet, ſit ſupra caput iuris ciuilis eſt tamen ſub pedibus iuris naturalis.*

65 *Nobilitatis conceſsio facta per legem ignobili, inducit effectus, qui conceſsi ſunt a iure ciuili, nobilitati, & eos extendit ad ignobilem, & ita faciendo, non extendit manus ad naturæ iura, & num. 66.*

67 *Nobilitas per priuilegium conceſſa, datiua potius, quam natiua dicitur.*

68 *Nobiles ex priuilegio, an poſsint obtinere habitum Religionum militarium, diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ.*

69 *Nobiles ex priuilegio, Commendatarij Religirnũ militarium eſſe poſſunt: non ſecus.*

70. *Princeps, concedendo priuilegium militiæ, ignobili, facere poteſt, vt obtinere valeat habitum Religionum militarium, & num. 74. & 75.*

71 *Principis voluntas interuenire videtur, vbi verbis generalibus, & vniuerſalibus plebeium nobili adæquare voluit.*

72 *Ad præteritum non eſt potentia: quia quod factum eſt, pro infecto haberi non poteſt.*

73 *Ius poſitiuum facit, aut quod vno modo re vera factum eſt, alio modo factum fuiſſe videatur: cum fingatur quoad omnes iuris, aut facti effectus, vel etiam mixtos.*

74 *Nobiles ex priuilegio, non poſſunt obtinere habitum Religionis Militaris diui Iacobi.*

77 *Nobiles ex priuilegio non poſſunt obtinere habitum Religionis Militaris Calatrauæ.*

78 *Rex Hiſpaniæ ſimul eſt adminiſtrator*

tor perpetuus Ordinum militarium, & declarando ſuam voluntatem, quòd nobiles ex priuilegio, non poſsit habitus dictarum Religionum obtinere, eſt ſequenda.

79 *Rex, an poſsit concedere talia priuilegia nobilitatis, vt poſsint eſſe milites talium Religionum militarium, derogando conſtitutionibus ipſorum Ordinum.*

80 *Nobilitas, in Religionibus militaribus requiritur: quia ſplendor generis militum in eis ſpectatur.*

81 *Nobilitas, in diuerſis Prouincijs, diuerſimode conſideratur.*

82 *Prouincia quælibet abundat in ſuo ſenſu.*

83 *Conſuetudo cuiuſcumque Prouinciæ, in materia nobilitatis, conſideranda eſt.*

84 *Milites Ordinis militaris: Virginis Mariæ Monteſiæ, qui ſunt. Milites Calatraue, debent eſſe generoſi.*

85 *Nobiles, conſiderantur ſecundum conſuetudinem loci.*

86 *Nobilitas quoque Italiæ, acquiritur ex militia, ex conceſſione Principis, vel ex Reipublicæ ſuæ indulgentia.*

87 *Nobiles fiunt Toloſæ ex conſulari dignitate, cum poſteritate.*

88 *Nobilitas Prouinciarum, & Regionum, ferè ſemper eſt ſtatutaria, & pecularis illius Regni.*

89 *Nobiles multarum prouinciarum, ſunt ex ſtatuto, & non ſecundū ius cōmune.*

90 *Florentini non poſſunt eſſe nobiles, nec gaudere nobilitate, niſi de iure communi nobiles ſint.*

91 *Nobilitatis gradus diuerſi ſunt in Corona Aragonum.*

92 *Nobilitas Principatus Cathaloniæ, quæ ſit præcipua: & vnde originem traxerit, & nu. 92.*

93 *Cathedrales Eccleſiæ nouem in Cathalonia, in honorem nouem ordinum Angelorū, Carolus Impe. ordinauit.*

94 *Cathedrales Prouinciæ Tarraconenſis, quæ ſint.*

95 *Comites nouem, Vicecomites totidem nobiles, & totidem alios nouem, qui valuaſores appellantur, inſtituit in Catholonia Carolus Imperator.*

96 *Comites, Vicecomites nobiles, & valuaſores in Cathalonia, qui ſunt.*

97 *Barones in Cathalonia, qui ſunt.*

98 *Barones Cathaloniæ, Principes appellati ſunt.*

99 *Comites Cathaloniæ, poteſtates appellati ſunt.*

100 *Marquiles, fuit Vicecancellarius Regis Martini.*

101 *Comites, Vicecomites, & valuaſores erant iam creati tempore, quo fuerunt facti vſatici Barchinonæ.*

103 *Nobilitas antiquior non poteſt reperiri in Hiſpania, quam quæ proceſſit ex nouem viris nobilibus, tempore Imperatoris Caroli Magni.*

104 *Comitum, Vicecomitum, &c. Cathaloniæ dignitates ſunt. Qui dicant fuiſſe inſtitutos in comitijs, & curijs celebratis per Comitem don Raymundum Berenguer, Primum, Barchinonæ.*

105 *valuaſores qui ſint.*

106 *valuaſores ita appellantur: quia facti ſunt digni intrare Balbas, ſiue portas Principis.*

107 *Cubicularij ſunt, qui aſsiſtunt ad hoſtium Principis, quando præbet audientiam, & nominant ſingulos, qui ſuam Maieſtatem adlocuturi ſint.*

108 *Nobiles, in Cathalonia, qui dicantur,*

tur, & quando appellari poſſunt nomine, Don.

109 Nobiles ſanguinis, & generoſi in Aragonia, non poſſunt appellari Don, niſi habuerint tale priuilegium.

110 Nobiles facere in Corona Aragonis, eſt vna, ex regalijs domini Regis, & numero. 112.

111 Nobilitatem ſanguinis habens in regnis Caſtellæ, ad libitum poteſt vocari Don.

113 Nobilem, quem facere Regem, in Corona Aragonum, non ſignificat, quod ex plebeio eum nobilē fecerit: ſed quod ei, inter alia, facultatem conceſſerit, vt poſsit appellari Don.

114 Domicelli, in Cathalonia, qui ſint.

115 Domicelli ſunt, qui ortum ducunt amaioribus equitibus, olim armatis, & eorum nobilitate contenti, nolunt armari milites, & numero 117.

116 Priuilegium militiæ, quibus denouo conceditur, vocantur milites.

118 Mulieres in Hyſpania, quæ matrimonium non contraxerunt, Donzellas appellantur.

119 Domicelli, dicuntur milites; decendentes a militibus armatis, ad inſtar domicellarum, quæ matrimonium non contra ſunt: quia ipſi, cum non armētur, matrimonium politicum cum armis non contraxerunt.

120 Doctores, dum graduantur, matrimonium cum ſcientijs contrahere dicūtur, obidque eis traditur a nullus, pro in ſignijs.

121 Militum filij, qui antiquitus non ſolebat armari, ante triginta annos, eo tempore durante, domicelli nomine donabantur.

122 Domicelli, & militis differentia.

123 Domicelli, antiquitus nominabantur illi, qui cingulo militiæ erant decorandi, & conſueuerant prius armis vigilare.

174 Domicellus dicitur, quia non dum eſt miles, licet ſit de genere militum, quaſi paruus dominus.

125 Domicellus dicitur qui non dum eſt dominus.

126 Domicella dicitur, quaſi nō dū domina.

127 Domicellus, ſeu domicella eſt nomen diminutiuum, ab hoc nomine, domina.

128 Domicelli, ſeu homines de paratico, qui ſunt filij militū, deſcendere debent regulariter per lineā legitimā, & naturalem.

129 Baſtardi filij militum, licet per lineam illigitimam deſcēdant; in Cathalonia habent nobilitatem patris, & admittūtur in congregatione nobilium, vulgo dicta, Lo bras militar, & vt equites interueniunt in Curijs.

130 Milites in Cathalonia qui ſint.

131 Ciues honorati, Ciuitatis Barchinonæ, qui ſint, & quæ priuilegia habēt n. 132.

132 Priuilegium Ferdinandi 2. Regis Aragonum conceſſum Ciuitati Barchinonæ, vt poſsit facere ciues honoratos, ad literā refertur, & de eorū priuilegijs.

133 Priuilegij Regis Ferdinandi extenſio, facta per Carolum 5. Romanorum Imperatorem, & Sereniſsimā Reginā Ioannam, circa ciues honoratos Barchinonæ.

134 Ciues honoratos Barchinonæ creat Rex.

135 Burgenſibus Perpiniani fuit conceſſum priuilegium per ſereniſsimum Philippū Regem 3. Aragoniæ, datum Barchinonæ 13. Iulij 1599. vt gaudeāt, ſicut ciues honorati Barchinonæ.

136 Burgenſibus Perpiniani, priuilegij conceſsi tenor, refertur.

137 Nobilitatis, in Regno Aragoniæ, ſunt diuerſi gradus.

138 Infancio in Regno Aragonū quis ſit.

139 *Infançoniæ diuerſæ ſpecies.*

140 *Ricus homo in Aragonia, quis ſit, & quæ priuilegia habeat, & nu. 141.*

142 *Rici homines tenentur aſsignare militibus terram, & denarios, quos tenent, pro honore.*

143 *Rici homines dicunt. magnates, comites, duces, Marchiones, & vicecomites Aragoniæ.*

144 *Rici homines, olim, qui non inabantur.*

145. *Rici homines quidā ſunt, de natura, qui nobiliores fuerunt. Qui ſunt?*

146 *Rici homines de Meſnada, qui fuerint.*

147 *Meſnadarij, qui fuerint.*

148 *Palatini milites qui fuerint.*

149 *Meſnadariorum ordo proximus erat dignitati ricorum hominum.*

150 *Meſnadarij proprie, qui ſint.*

151 *Nobiles Aragoniæ, de conſuetudine regni non puniūtur pœnis corporalibus: ſed tantum capiunt, ſi deliquerint: & capti detinent. ad voluntatem domini Regis, & num. 136.*

152 *Nobilis Aragoniæ: an poſsit ſupra dicto priuilegio renuntiare.*

153 *Nobiles Aragoniæ ſi a Ricis hominibus non diſcendunt, non gaudent priuilegio nobilitatis.*

154 *Rici homines; poſtea nobiles fuerunt appellati.*

155 *Infanciones Exminij qui ſunt.*

156 *In Aragoniæ Regno, quatuor ſunt brachia, & quæ ſunt.*

158 *Diputatorum extractio; in Regno Aragonie quando, & quomodo fiat.*

159 *Milites, & Infanciones, licet nobiles non appellētur in Aragonia, habent tamē nobilitatē, licet nō æqualē nobilibus.*

160 *Milites, & Infanciones, qui ſint.*

161 *Infanciones naſcuntur: milites vero creantur.*

162 *Dominos Rex en nullo caſu poteſt facere de non Infancione Infancionem, etiā in batalla, licet poſsit facere de non milite, militem.*

153 *Infanciones poſsunt promoueri ad militiam per quemlibet militem: alij, non niſi per Regem.*

164 *Infancionem, hodie non poteſt dominus Rex promouere ad militiam niſi in bello, ſiue batalla.*

165 *Ciues honorati, Ciuitatis Cæſaraguſtæ qui ſint, & quæ immunitates, & priuilegia habeat.*

166 *Priuilegij verba, ciuibus honoratis Cæſaraguſtæ conceſsi.*

167 *Ciues honoratos Cæſaraguſtæ creat dominus Rex, etiam ſi ſint filij mechanicorum.*

168 *Ciues honorati Cæſaraguſtæ, quomodo poſſunt armari milites.*

169 *Nobilitas ciuis honorati Cæſaraguſtæ eſt inferioris æſtimationis illa, quā habent Infanciones Domorum Illuſtrium.*

170 *Valentiæ Regnum quomodo, & quorum adiutorio fuit expugnatum per Regem Iacobum I.*

171 *Aragonenſes multi & Gottolani, mauris expulſis in Regno Valētiæ, remāſerūt.*

172 *Familiæ preſtantiores Regnorū Aragoniæ & Cathaloniæ remanſerunt Valentiæ: & quæ ſint num. 173. & 174.*

175 *Nobiles Valētiæ ſunt illi, qui vocātur Don.*

176 *Nobiles, generoſi, milites, ſeu equites, Valentiæ, omnes ſunt brachij militaris.*

177 *Brachiū militare quomodo appelletur.*

178 *Brachia tria in Regno Valētiæ ſunt & que ſint.*

179 *Generoſi in Regno Valentiæ, qui ſint.*

180 *Generoſi & militis nomina ſunt ſicut adoptio & Arrogotio.*

Homi-

181 *Homines de paratico Valẽtiæ, qui ſint*

182 *Illegitimi in Regno Valentiæ nõ gaudent nobilitate parentum.*

183 *Illegitimi nobiliũ in Regno Valentiæ habetur pro ciuibus honoratis ciuitatis, & vti tales exercent officia publica Vniuerſitatis.*

184 *Generoſi homines Valentiæ qui ſint.*

185 *Ciues honorati Valentiæ qui ſint, & quibus priuilegijs gaudent.*

186 *Verba priuilegij 11. Alfonſi 3. ciuibus honoratis Valentiæ.*

187 *Doctores iuris Pontificij, medicinæ Cæſarei Valentiæ gaudent priuilegio militari.*

188 *Medici Regij cubiculi qui habent dignitatem comitum primi ordinis, gaudẽt priuilegio mili.*

189 *Ciues Valentiæ, qui aliquod officium publicum ex enumeratis in priuilegio 11. Alfonſi 3. exerceurũt, gaudent priuilegio militari.*

190 *Ciues honorati, qui ſunt a tempore im memoriale Valentiæ, in magna æſtimatione habentur, & nu. 191.*

192 *Ciues honorati Valentiæ aliqui fuerunt domini baroniarum, & oppidorũ.*

193 *Ciues honorati Valẽtiæ pro hidalguis reputantur.*

194 *Filius, vel nepos ciuis honorati Valentiæ eſt habiles illa ex parte ad deferendum habitum Religionis militaris diui Iacobi, Alcantaræ, ſeu Calatrauæ.*

195 *Ciues honorati Valentiæ (licet cingulũ militare nouiter accipiant) non perdunt nobilitatem ſanguinis, nec proinde prohibentur deferre habitum ordinum militarium.*

196 *Ciues honorati Valentiæ nouiter armati, dicuntur Caualleros de la eſpada dorada.*

197 *Valentini deſcendentes ab hidalguis Caſtellæ, ſunt milites, ſiue equites Valentiæ, & ita fuit declaratum cum Regijs ſententijs.*

FVit etiã in eadem cauſa, de qua ſup. deciſ. 6. diſcuſſum: an ille, qui eſt nobilis in Regnis Caſtellæ, ſit etiã miles, ſiue eques in Regno Valentiæ, quia dicti Caſpes contendũt ſuã nobilitatem probare; deſcendere à familia de los Caſpes, oppidi de Alfaro, Regni Caſtellę, qui gaudẽt ea nobilitate, quæ Caſtellæ, hidalguia vocatur: antiqui enim, in ea fuerũt opinione, quod tales nõ poſsint appellari milites, ſiue equites, vulgo dicti cauallers, in Regno Valentiæ, nec poſſunt interuenire in congregationibus Brachij militaris, & obtinere officia, quæ milites, ſiue equites, & ab illis deſcendẽtes, obtinent in Regno Valentiæ, non probãdo, priuilegiũ fuiſſe cõceſſum per Regem Valentiæ anteceſſorib9 ſuis. Et licet probata immemoriali poſſeſsione nobilitatis prædeceſſorũ ſuorũ, degentiũ in oppido de Alfaro Regni Caſtellæ, præſumatur pri-
1 uilegiũ cõceſſum a Rege Caſtellæ, his tamẽ nõ prodeſt in Regno Valẽtiæ, quia licẽ hodie dñs noſter Rex ſit Caſtellæ, & Valẽtię, diuerſis tamẽ titulis, dicta Regna poſsidet, & ęque principaliter ſunt vnita, & diuerſis legibus
2 regũtur, & probat Bart. in l. ſi cũ venerit. 18. §. ſi nuda n. 3 ff. de pig. act. dicit, quod ſi duo caſtra, vel prouincię vniãtur, nõ acceſſoriè, ſed ad inuicẽ cõſeruauit iura, & priuilegia ſua, & proprijs legibus antiquis gubernabitur. Et ad
3 ducit exẽplum, de Comitatu Tholoſæ, qui fuit datus Regi Franciæ, ita, quod ſit Rex, & Comes; quia de-

bet regi dictus Comitatus ſecundum leges, & conſuetudines ſuas. Et allegat ad hoc Bart. gloſ. in d. cap. primo, de Sedeuacãte, & l. ſi quando, Deciano. 38. C. de appella. idem Bart. l. 1. C. de Metrop. Beryto, nũ. 11. & 12. lib. 11. Roman. conſ. 275 incipit quoad primum, nu. 5. Iaſ. in l. ſi eadem, nu. 2.
4 & 3. ff de officio Aſſeſſor. Felin. in c. in noſtra, num. 30. ad fin. verſ. de terris autẽ, de reſcrip. Bart. Socin. loquẽs de ciuitate Piſana, antequã vniretur ciuitati Floreñtiæ. Quod etiãpaſsim obſeruari videtur in regnis noſtri Regis Philippi; quia quãuis habeant vnum Regem, & Principẽ; tamen iura cuiuſq; Regni ſalua permanent, & ſecundũ ſuas leges, ſtatuta, & conſuetudines antiquas, nunc gubernantur, vt prius. Quos refert, & ſequitur Gonçalez ad Regulã 8. Cancellar. de menſibus, & alterna. gloſſ. 5. §. 7. numero 119. cum ſequentibus. Et præter ſupradi-
5 ctos bene Claper. cauſa. prima. quæſt. vnica. Franciſ. Marc. deciſ. 247. lib. 2. Thomingius deciſ. 41. Gail. deciſ. Cameræ Imperia. deciſ. 3. num. 25. & ſeq. Et ita, qui habet priuilegium à Rege Caſtellæ, non poteſt illo gaudere in Regno Valentiæ, nec contra. Quod probatur in l. 8. tit. 1. *de los caualleros*, lib. 6 recopil quæ eſt lex facta per inuictiſsimum Imperatorem, Carolũ, V. Regem Hiſpaniæ, Toleti, anno 1539. que ſic ait. Mandamos, que los priuilegios, por nos concedidos como Emperador, de cauallerias, o exẽpciones, a ſubditos, y naturales deſtos Reynos, pera que gozen de coſas en ellos contenidas, ſea ſolamente en los lugares, que ſon del dicho Imperio, porque eſta ſue, y es nuſtra intencion. Porende mandamos a los nueſtros Preſidentes, y oydores de las nueſtras Audiencias, que aſsi lo pronuncien, y declaren ante qualeſquier perſonas, que por virtud de ſemejantes priuilegios, ſe quiſieren aprouechar, que no deuen gozar, ni gozen de las coſas en ellos contenidos, en eſtos Reynos de Caſtilla.
6 Vnde hidalgũ Caſtellæ, nõ eſſe equitẽ Valentiæ, fuit declaratũ ſententia lata in R. A. Valentina, in fauorem fiſci, & Regij patrimonij procuratoris, contra Fráciſcum, & Stephanũ Briones, publicata per Franciſcum Paulũ
7 Alreus die 23. Nouẽbris 1593. his verbis: Attento, quod licet, pro parte dictorum Fráciſci, & Stephani de Briones, oppidi de San Iuan, termini ciuitatis Alicantis, fuiſſet probatos ipſos eſſe de genere hidalgorum, ſeu potius ipſos eſſe hidalgos, quos in Regnis Caſtellæ appellãt hidalgos de ſolar conocido, y de vegar 500. ſueldos, & quód habent executoriã dictæ hidalguiæ; attamẽ cõſiderato, quòd iuxta foros, & priuilegia præſentis regni Valẽtiæ, & ipſorũ mentẽ, conſuetudinẽque moribus receptã, & obſeruatã, hæc qualitas nõ eſt ſufficiens ad inducendũ, in hoc Regno militiã, nec nobilitatẽ, cũ lor gẽ diuerſa, & maior ea qualitas ſit, qua hidalguiæ ſic appellatæ, neq; ad conſequendã prædictã exemptionẽ, ſoluẽdi ſuæ Maieſtati peitã, morabatini appellatã. Idcircò, & aliàs, cõcluſionem in R. Cõſilio factã, cũ interuẽtu mag. R. P. aduocati, in ſequendo pronũciamus, & declaramus, requiſitionem, & actionem, ſeu intentionem poſitam per dictos Fráciſcum, & Stephanum Briones, non procedere, neque

de

8 de iure eſſe fundatum:& conſequen-
quenter,ipſos non eſſe nobiles, neque
milites, neq;in prædicto Regno gau-
dere poſſe priuilegijs, & immunitati-
bus,& honoribus,quibus gaudēt mi-
lites,ſeu nobiles,neq; exēptos eſſe à ſo
lutione dicti iuris,morabatini appella
ti.Idē fuit declaratū,ſentētia lata in S.
S.Arag.C.pronūtiata per Ludouicū
de Calanate in locū Ioan. Lopez de
Villareal,Regij mādati Scribæ,die 21.
Octob.1608.in fauorē dicti fiſci Re-
gij,& patrimonij procuratoris, cōtra
9 Doct.Ludouicū Ocaña,pronūciādo
ipſū fuiſſe hidalgū,nō tamē eſſe mili-
tē,neq generoſū. Et cū alia Regia ſen
tētia,lata in eodē S.C.inter Ludouicū
Parauesino,ex vna,& procuratorē Re
gij patrimonij parte ex altera, publica
ta die 22 Aprilis. 1614.his verbis: Et
quòd licet dictus Ludouicus deſcen-
dat ex antiquiſsima, & nobili, iuxta
morē Italiæ proſapia Parauesinorū,
noſtræ ciuitatis Cōmi. Ducatus noſtri
Mediolani,quæ eſt vna ex antiquiori-
bus familijs,iuxta eundē morē dictæ
ciuitatis,&ſit gētilis homo,vulgariter
dictus, *Gētil home* Italię,ex claroq; pa-
rētū ſanguine,per lineā maſculinā legi
timā natus;meritis tamē proceſſus pri
mitiui,ac dictęſupplicationis,benè per
pēſis, ac ſedulo teſtibus hinc inde, &
inſtrumētis productis, examinatis,nō
cōſtet,eo,quo docet modo illū, ei⁹ ve
patrē,ſeu alios aſcēdētes per lineā maſ
culinā,cingulū militare accepiſſe,neq;
ab ſtirpe militari armata, originē du-
cere. Attēto inſuper,quòd gētiles ho-
mines Italiæ,ſicut,neq; infançones,&
fidalgui,vulgo dicti *hijoſdalgo*, aliorū
Regnorū, quantūcunq; ſanguine no-
biles,& exēpti ab oneribus,& impo- 6
ſitionibus exiſtant,nō ſunt miliſtes no-
10 ſtri Regni Valētiæ,vtpotè cingulo mi
litari non decorati.Hæc opinio funda
tur in priuilegio 18. Regis Iacobi.II.
in §.itē infançons,in vol.priuil.Regni
Valentiæ,fol.44.col.3.in fin.ibi.Infan
çons,q̄ no ſon cauallers, & tenē rea-
lenchs,e ſan peita veynal,ſi debuē pa-
gar. Declaramus,q̄ paguē lo moraba-
11 ti,ſi ay tals ſon.Et ita conſtat:infanço
nes ſoluere tributū, vulgo morabati-
nū vocatū: à cuius ſolutione ſunt ex-
cepti milites in Regno Valētiæ, iuxta
idē priuileg 18.Iacobi II.in §.ſi algun
caualler.Et nobiles Caſtellani, vulgo
12 appellati Hidalgos, ſunt infançones,
vt dicit lex Caſtellæ fin.tit.1. p. 2. ibi:
Catanes,& valuaſores ſō aquellos los
fijoſdalgo en Italia,a q̄ dizen en Eſpa
paña Infançones:ergo hidalgos Caſ-
13 tellæ non erunt milites in Regno Va-
lentiæ. Fundatur etiā dicta opinio in
eo,quod iuxta forum.1.&.2. in Rub.
que aquells, als quals ſerà otorgat de
ſer generos,in extrauaganti fororum,
14 fol.9.pag. 2. Si quis intra annū, poſt-
quā ei fuit conceſſum priuilegiū gene
roſitatis à domino Rege, non accepe
rit cingulū militiæ, ſiue armaturā,non
remanet exēptus à ſolutione peitarū,
ſiue tributorū. Et ſic iuxta mētē dicto
15 rū fororū,vt ſit eques,ſiue caualler,de
bet eſſe miles armatus, ſiue deſcēdere
per lineam legitimā, & naturalem ab
aliquo,qui fuerit armatus.

16 Sed his non obſtantibus, contra-
rium fuit iudicatum. Primò;nam per
immemorialem poſſeſsionē proba-
tur nobilitas,vt dixi ſupra deciſ. 6.nu.
6.cum ſequentibus, & prætertim nu.
7.vbi

Digitized by Google

17 7. Vbi probaui:habere vim tituli, &
priuilegij conceſsi ab eo, qui habebat
authoritatem illud cōcedendi. Et ibi
18 oſtendi eum, qui habet immemoria-
lem,poſſe allegare, quemcumque titu
lū voluerit. Et ita poſſunt dicere dicti
Caſpes,priuilegiū militiæ, ſiue equeſ-
tris ordinis fuiſſe ſuo prædeceſſori(à
quo legitimè deſcendunt)conceſſum
ab eo,qui erat Rex Valentiæ, qualis
erat Rex Catholicus Ferdinandus
Secundus, qui fuit Rex Caſtellæ,
Aragonum, & Valentiæ Rex: ſiue
ab illis Regibus, qui fuerunt Reges
totius Hiſpaniæ, vt fuit Rex Rode-
ricus, vltimus Gothorum tempo-
re, quo hiſpania fuit à Mauris, ſiue
Sarracenis occupata, vt probant Bae
ça in tractatu de inope debitore,cap.
114. fol.193. & Gutierr. pract.quæſt.
lib. 3. quæſtione. 17. numero 139. &
19 140. Qui aiunt: nobilitatem proba-
tam per immemorialem, referendā
eſſe ad tempus, quod magis vtile
ſit eam allegantı, iuxta communem
opinionem. Ita fuit declaratum in
20 Regia Audientia Valentina, ſenten-
tia lata in fauorem Iacobi Sanz de
Caparriega, aliàs nuncupati Sala-
zar, vicini oppidi de Algecira, pu-
blicata per Don Ioannem Daza,
Regium mandati Scribam die 28.
Ianuarij 1611. Cū enim probaſſet deſ-
cendere à familia, quæ erat nobilis in
oppido Sanctæ Gadea Regni Caſtel
læ,fuit pronunciatum,frui,& gaude-
re omnibus priuilegijs, prerogatiuis,
fauoribus, & exemptionibus, quibus
veri milites Regni Valentiæ,gaudēt,
& fruuntur,& hucuſq;gauiſi ſunt,iux
ta foros,& priuilegia dicti Regni Va
21 lentiæ. Et pariter deſcendentes à famī
lia nobili Regni Aragoniæ, ſinati ſint
in Regno Valentiæ, gaudēt omnibus
priuilegijs,immunitatibus,quibus gau
dent milites, ſiue equites eiuſdem Re
gni, vt fuit declaratum cum ſenten-
tia, lata in eadem Regia Audientia
22 Valentina, in fauorem Ioſephi Az-
nar, Iuriſconſulti, contra Regij pa-
trimonij Procuratorem, publicata
per Franciſcum Paulum Alreus, Re-
gij mandati Scribam, die 18. Augu-
ſti 1622.
23 Propter eandem etiam rationem,
idem procedit in deſcendenti à fami
lia nobili Regni Nauarræ, habente
24 nobilitatem ſanguinis, à tempore im
memoriali, vt fuit declaratum cum
Regia ſententia, lata in Regia Au-
dientia Valentina, in fauorē Vincen-
tij Perez de Lance, aliàs Nauarro
de Gaſcue, contra Fiſci Regij Pa-
trimonij Procuratorem, publicata
25 per dictum Alreus, die 30. Augu-
ſti 1608. confirmata cum alia, lata
in hoc S. S. Regio Conſilio, publi-
cata per Michaelem Codorniu die
26. Martij 1627. expreſſa cauſa, ſiue
motiuo in prima ſententia: quòd di-
ctus Gaſcue probauit eſſe deſcenden
tem per lineam legitimam, & natu-
lem maſculinam, a domo, ſiue Pa-
latio de Etulain, quod eſt Caput, &
principium Armeriæ, in Regno Na-
uarræ, & eſſe natum in Ciuitate Va-
lentiæ. Et ita fuit pronuntiatum, eſſe
de genere militari deſcendenē, & vbi
talem poſſe, & debere gaudere om-
nibus gratijs, immunitatibus,& pre-
rogatiuis, in Regno Valentiæ militi-
bus,iuxta foros, & priuilegia, compe
tenti-

tentibus, & dictus Vincetius de Gaſcue fuit proximus Decurio, ſiue Iuratus equitum (vulgo dictus, Iurat en cap dels Cavallers) Ciuitatis Valentiæ, conuocatus vti eques ad Curias, Montiſoni celebratas anno 1626. eſt inſaculatus, vt miles, ſiue eques, ad officia Diputationis, eſt vnus, ex quatuor equitibus, qui ſunt Conſiliarij perpetui dictæ Ciuitatis, nimirum ex quatuordecim dictis del *Quintament*, quorum quatuor ſunt milites: reliqui verò decem Ciues: & ſemper dictus Gaſcue, interuenit in Congregatione Nobilium, quæ Valentiæ, Brachium militare appellatur. Alij etiam à nobilibus familijs
26 Regni Nauarræ deſcendentes, nati in Regno Valentiæ, fuerunt cum Regijs ſententijs declarati milites, ſiue equites Regni Valentiæ.

27 Quia probata immemoriali poſſeſſione nobilitatis, præſumi eum titulum qui magis expediat ad fundandum intentionem agentis (vt probaui ſupra deciſio.6.num.6. & 7.) quod probat Baeça, in tractatu de inope
28 debitore.cap.16.numero 114. fol.193. his verbis: Præterea cũ hidalguia probetur, probando immemorialem, certè immemorialis referenda eſt ad tẽpus, quòd eſt magis vtile, ei, qui eam allegat. Hæc eſt opinio communis, vt quamplúribus probat Alex. conſ.6. num.5. libro 1. Ioann. Andr.& DD. in cap. cum Apoſtolica, &, de his, quæ fiunt à Prælat. Iaſ. conſil. 156. col. 2. libro. 2. Iacobinus de Sancto Georgio, in tractat. feudor. in verbo, Cum mero, & mixto imperio, in fine. Balbus in tracta. præſcriptionum, in 1.part.5.partis principalis, quæſt.7. col.fin. Aufrer.in deciſ. Tholoſ.429. Iuxta quam opinionem, hidalgus, qui immemorialem probauit, poteſt dicere, quòd cum Rodericus Rex Gothorum, & cæteri ciues gentis Principes, fuerint Reges totius Hiſpaniæ, & poſtea Ferdinandus Magnus, Pater Sancij, vulgo dictus don Sancho el Brauo, fuerit non ſolum Rex Caſtellæ, verumetiam Nauarræ, & Aragonum, ac præterea Reges Caſtellæ fuerunt Reges Portugalliæ, & ſupremam, in eo Regno iuriſdictionem tenuerint: ſequitur, quód fidalgus, qui probat immemorialem, poteſt etiam, ſi ſit Nauarrus, vel Aragonius, dicere progenitores mei præſcripſerunt aduerſus Regem Caſtellæ, tempore, quo Rex Caſtellæ, erat Rex totius Hiſpaniæ. Hactenus Baeça.

29 Sed in occurrenti caſu, non eſt neceſſe recurrere ad tempus tam antiquum, ſed ex quo Catholicus Rex Ferdinandus Secundus fuit Rex Aragonum, & Caſtellæ, poſſunt dicere litigantes; eius aſcendentem nobilitatem obtinuiſſe à dicto Rege Catholico, qui erat Rex Valentiæ, & non poteſt dubitari, quód aſcẽdens, à quo per lineam legitimam, & naturalem deſcendunt litigantes, fuit armatus miles per dictum Regem Catholicum, quód ipſi debent admitti in Congregatione militum Valentiæ, quæ vulgo dicitur Brachium Militare, & debent gaudere exemptionibus, & immunitatibus, quibus cæteri milites equites, vulgo dicti cauallers, gaudent in Regno Valentiæ.

30 Nec obſtat lex Caſtellæ, in cōtra
rium allegata, condita per inuictiſsi-
mum Imperatorem Carolum Quin
tum, nimirum lex 8. tit. 1. de los Ca-
ualleros, lib.6. Recop. ibi: Enim Impe
rator Rex Hiſpaniæ declarauit ſuam
mentem, & intentionem, fuiſſe tantū
concedere priuilegia, vti Imperatorē,
vt eis gauderent priuilegiati in locis
Imperij, vt patet ex illis verbis: Por-
que eſta fue, y es nueſtra intenciō, al
31 tiempo, que los concedimos, o conce
dieren. Et ad Principem pertinet in-
terpretari priuilegium, ab ipſo conceſ
ſum, l. ex facto. ff. de vulgar ibi: Benefi
32 cia principalia ipſi Principes ſolent in
terpretari. Garcia de nobilitat. gloſſ.
cap. §. 1. num. 1. Giron. de priuileg.
33 num. 1517. & alij ab eis allegati. Cum
igitur dictus Imperator declarauerit
ſuæ intentionis non fuiſſe, quòd pri-
uilegia nobilitatis, vulgo dicta Caua-
llerias, conceſſa per ipſum vti Impera
torem originarijs, & vicinis Regno-
rum Hiſpaniæ, locum haberent extra
34 terras Imperij, non poſſunt extende-
re ad ciuitates, oppida, & loca horum
Regnorum: quia actus agentium, nō
operantur vltra eorum intentionem,
l. non omnis. 19. ff. ſi cert. petat.

35 Neque obſtat ſentētiæ, latæ in Re
gia Audientia Valentina allegatæ ſu
pra nu. 7. 8. & 9. cum quibus fuit de
36 claratum: Hidalgos non eſſe milites:
dicta enim opinio falſa eſt, ſi nomine
militum intelligamus eos, qui habent
nobilitatem ſanguinis; vera tamen eſt
ſi intelligamus verbū, Milites, de mili
37 tibus à Rege armatis. Quod clarè col
ligitur ex priuilegio 18. Regis Iacobi
Secundi, in §. *Item infançons*, in volu
mine priuileg. Regni Valentiæ, ſuper
allegato num.   in quo dictæ Re
giæ ſententiæ fundātur: & iſti milites,
ſiue equites à Rege armati propriè
38 appellantur Valentię, *Cauallers*, de quī
bus loquitur Rex Iacobus Secundus
in d. priuilegio 18. §. *Si algun Caualler*,
fol. 44. col. 3. in principio. vbi Rex de
clarauit: militem (quem ibi appellat
Caualler) non teneri ſoluere peitam vi
cinalem, pro bonis immobilibus (quę
Realenchs ibi appellatur) & ita voluit
priuilegiare eos, qui fuerunt armati
milites, & cingulo militari inſigniti,
ſicuti fecit Petrus Secūdus Rex Ara
39 gonum anno 1205 vt refert Zorita in
ſuis Annalibus lib. 2. cap. 52. tomo. 1.
fol 91. vbi ait: impoſitū fuiſſe quoddā
tributum, appellatum (*Monedatge*) in
Regno Aragoniæ, & Principatu Ca
taloniæ, à cuius ſolutione nemo erat
exemptus, quāuis eſſet Infancio, Hoſ
pitalarius, ſiue Tēplarius, vel alterius
cuiuſcumque Religionis. ſed tantum
eximebantur, qui fuerant armati mili
40 tes, vulgo dicti *Caualleros*, quia (vt in
quit Zurita) illis temporibus magni
faciebant Reges, & Magnates Regu
lam, ſiue ordinem *de la Caualleria*. Et
quod ita ſit intelligendum dictū pri
41 uilegium Regis Iacobi Secundi, con-
ſtat ex Pragmatica Sanctione eiuſdē
Regis inſerta, in priuilegio 75. Petri Se
cundi, in corpore priuilegiorum Reg
ni Valentiæ, fol. 122. in qua reperiūtur
hæc verba: Nos Petrus Dei gratia,
Valentiæ, &c. Dudum in generali Cu
ria, per nos Regnicolis Ciuitatis, &
Regni Valentiæ celebrata, quoddam
capitulum, inter cætera, feciſſe memi
nimus, continentiæ ſubſequentis: De

nique

nique,ſi quis amodo, ex conceſsione noſtra,factus fuerit generoſus, infra vnum annum,à die cōceſsionis,in antea computandum,decoretur cingulo militari: alioquin remaneat Peiterius,ſicut prius.Quod ſi quidem capitulum valere,& tenere volumus,vſq; ad aliam Curiam, tunc proximè celebrandam,vt in noſtra carta,ſeu priuilegio,ſigillo Maieſtatis noſtræ cōmunito:hæc, & plura alia in dicta Curia ordinata latius continentur. Verū, cū licet aliam Curiam poſtea in dicta ciuitate Valentiæ celebrauerimus;quia nullā tamen de dicto capitulo, ipſum confirmando, ſeu tempus, ſuper ipſius efficacia, prorogando, fecimus mentionem,ex eo:quia tam ſuper reuocatione peſtiferæ vnionis, quàm ſuper alijs notalibus,& alijs negotijs occupati,tàm nos,quàm alij in dicta Ciuitate exiſtentes,non potuimus ad talia diuertere aciem mentis noſtræ.Igitur,cū veriſimiliter præſumatur, tales conceſsiones, vel priuilegia generoſitatis, obtineri à pluribus, ad finem,vt à peitarum oneribus eximantur,reputemuſque indecens, quod ſi qui fuerint neglectores honoris proprij (vt eſt gradus militiæ) ex quo ad id per nos priuilegiati exteterint,& in obtētu talis priuilegij,ſe talem gradū velle obtinere,iactauerint,honore,& priuilegio gaudeāt militari.Quin potius, ex quo ad talem, & tantum honorē eis, Regale oraculo aſpirare neglexerint,peitarum onus non debeat rationabiliter euitare; tenore præſentis reſcripti noſtri,vim legis perpetuò habituri,ad inſtantiam,& humilem ſupplicationem, nobis factam pro parte ciuitatis Valentiæ, edicimus,ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd vnuſquiſque habitator ciuitatis Valentiæ, aut habens poſſeſsiones,& bona in dicta ciuitate,& terminis ſuis, per nos priuilegiandus, ſeu cui amodo militare priuilegium concedetur, ac immunitas,libertas,& franquitas militaris,ſeu generoſitas, intra vnum annū, à die ipſius conceſsionis,in antea computādum,teneatur militari cingulo decorari:aliàs,lapſo dicto anno, remaneat ipſo facto, peiterius, ſicut prius, nec generoſitate gaudeat, quouis modo: Et hoc ipſum ſanciuit Rex Petrus Secundus anno 1342. cum duobus foris,qui reperiuntur ſub Rubrica. *Que aquells,als qualsſera otorgat de ſer generoſos*,in extrauaganti fororum,ibi:Item com alcuns,de nouellament ſe entrameten de eſſer generoſos,o infançōs, e aço por tal, que ſien franchs de peites,la qual coſa redūda en grā dānatge de les vniuerſitats de les viles, q̄ placia a vos ſenyor, prouehir:que ſi alcun, o alcuns ſerà otorgat per vos, q̄ ſia generos,que aquell,o aquells, als quals ſerà otorgat,dins vn any ſeguēt en tot cas ſien tenguts de eſſer cauallers *Spaſacints*. Plau al ſeñor Rey tro a la primera Cort:axi empero, que ſi no ſon fets cauallers dins lo dit any,que remanguen peiters, e quey ſiā entes a la ciutat de Valencia. Et in foro ſequenti idem Rex ita ait: Si alcū del Regne de Valencia,per conceſsio noſtra, ſerà feit daci auant generos, hage,e ſia tengut de rebre caualleria, o cingell militar dins vn any, del dia de la dita conceſsio en auant,compiador,en altra manera, romanga peiter, axi

go: porque de mas de la buena ſan-
gre, los buſcauan con algo, como lo
dize la ley 2.tit.21. part. 2. vt ſupra 2.
part.dictum eſt. Y deſtos habla todo
aquel titulo 21. Y a eſtos miſmos lla-
54 man algunos Caualleros de eſpuela
dorada; y para recebir antiguamente
eſta Orden de Caualleria, neceſſaria-
mente auian de ſer hijoſdalgo, de buẽ
linage, como lo dize la ley 13. eod.tit.
& part.ibi: E porende mandaron los
antiguos, que el eſcudero que fuere
de noble linage, vn dia antes que reci
ba la caualleria. Y la ley ſiguiente, ibi:
Pero antiguamente eſtablecierõ: que
a los nobles hombres hizieſſen caua-
lleros; y aſsi parece en algunos teſti-
55 monios, y cartas, o priuilegios, que los
Reyes de Eſpaña han dado a los que
han armado caualleros de eſpuela do
rada, en los quales expreſſamente ſe
dize: que el Rey fue informado, y cer
tificado, que el tal que queria armar
cauallero, era hombre de buen linage,
hijodalgo, y dos caualleros de los que
eſtauan preſentes dauan fee dello. Y
aſsi en el priuilegio, q̃ el Rey Catoli
co cõcedio a Iuã de Auecia, quãdo le
armò cauallero de eſpuela dorada, di
ze; q̃ aunque es hijodalgo, le arma ca-
uallero de eſpuela dorada, y le dà cõ
la eſpada ſobre el capacete. Et de iſtis
non eſt nobis ad præſens ſermo quia
56 cum ſint nobiles, hoc eſt, hijoſdalgo,
etiam citra priuilegium, ſint immunes
ab omnibus collectis, & contributio-
nibus: imò in huiuſmodi priuilegijs,
nulla fit mentio tributorum: quia nõ
conſequuntur militiam hanc, niſi tan
tum quoad maiores honores, & alias
nobilitatis præeminentias, & ad exer
cendos ipſius militiæ actus. Quod pa
57 tet ex eo, Que los Miſmos Reyes,
Principes, y Infantes, y Ricos hõbres,
reciban eſta Orden de Caualleria, co
mo parece por las Chronicas, y por
la ley 36.tit.2.part.3.ibi: O quanta hi-
zieſſe el Rey ſu hijo cauallero.
58 Alios verò Rex facit ex plebeis
nobiles cum ſuo Regio priuilegio in
59 ampliſsima forma, iuxta tenorem, de
quo ſupra num. & iſti hidalgi
ex priuilegio, æquiparantur nobilibus
ex ſanguine. Ex quibus Garcia de no
bilitat.gloſ.§.1.num.50.ait hæc verba:
60 Hæc etiam ratio æquiparationis facit,
vt illa quæſtio difficilis ſit, an iſti priui
legiati graudeant prerogatiuis, quibus
61 gaudent nobiles vera nobilitate, ſcili-
cet, ne torqueantur, ne incarcerentur
pro debito ciuili, ne ſuſpendantur re-
cti, ne remiges fiant, vtque cum nobi-
libus ſedeant, & nobilium gerant of-
ficia, & inſignia militaria, quæ nos vo
camus vulgare ſermone, habitos mili
tares, quæ nobilibus, nobilitate gene-
ris ex forma, & conſuetudine ordinũ
militantium nobilibus dentur, vtque
etiam gaudeant reliquis prerogatiuis,
quibus gaudẽt nobiles nobilitate ſan
guinis. Ego in hoc dubio (quód perti
net ad priuilegia, dico etiam glo. 35.
num.3. vbi etiam vide: quamuis multi
multa ſcribunt, vt eſt videre apud Mẽ
cha. de ſucceſ. creat. lib.3. §.30. ex num.
290. vſque ad nu. 299. & apud Mier.
de maiorat. 1. part. q.57. à num. 4. &
num.32. & 33. & copioſius apud Tira
quel. de nobilir. cap.6. qui copioſius
rem hanc ediſſerit dũ quærit: an Prin
62 ceps nobiliter, vbi videre, poteris ad
ſacietatem, & in l. ſi vnquam, verbo,
Li-

libertatis.num. 8. de reuocan. donat.
Primum ſtatuo, ad priuilegij verba
eſſe recurrendum, eaque eſſe cordatè
expendenda. Nec his eſſe denegan
dum, quidquid principali conceſsio-
ne, ac lege ſit indultum, ex deciſione
63 text.in cap.porrò. de priuileg.cum ibi
notatis; & quoniam frequenter in pri
uilegijs, ea verba apponuntur: Que
os ſean guardadas todas las honras, y
franquezas, libertades, y dignidades, q̃
ſe ſuelen guardar, y guardan a los hi-
joſdalgo de ſangre. Et exiſtimo, vtcũ-
que hæc verba apposita ſint, non eſſe
locum dubitationi: quia in claris non
eſt locus diſputationi. Et poteſt Rex
64 concedere ignobili iura omnia nobi-
lium: quia quamuis non poſsit ſupple
re defectus naturales, nec tollere iura
ſanguinis, & naturæ, quia licet, ſit ſu-
pra caput iuris ciuilis; eſt tamẽ ſub pe-
dibus iuris naturalis (vt aliàs dicebat
Bald. in cap.1.§.notandum, qui feudũ
65 dare poſſunt. Et adduxit Alex.conſ.
30.num.5.lib.5. Roland. à Vall. optimè
conſ.9 lib. vbi pulchra adducit;) attamen
poteſt effectus, qui conceſsi ſunt
à iure ciuili nobilitati, concedere, &
extendere ad ignobilem: quia hoc fa-
ciendo, non extendit manus ad natu-
ræ iura; & poteſt ex eadem ratione
eoſdẽ adimere nobili. text. nobis egre
gius ad propoſitum, qui decidit no-
ſtram quæſtionem in l.6.tit.27.part.2.
ibi: Puedeles dar honra de hijoſdal-
go, a los que no fueren por linage. Ha
ctenus Ioan. Garc. vbi ſupra. Hoc ip-
ſum ſcribit Caſſaneus in Cathalo. glo
riæ mundi, part.8. conſidr.17. verſ. Cõ
trarium, fol.195. vbi refert: quòd legi-
tur in tract. intitulato Speculum hu-

66 manæ vitæ. lib.1. cap.8. Sigiſmundum
Cæſarem, laceſsitum à quodam ple-
beio, ſibi admodum dilecto, vt illum
nobilem faceret, reſpondiſſe, diuitem,
quidem, aut exemptum te faciam: no
bilem verò non poſſum: impoſsibile
enim eſt, vt à plebeis parẽtibus totus
poſsit à Rege nobilis realiter conſti-
tui, licèt poſsit nobilitatis priuilegia
donare. Idem refert Otalara de nobi
lita.4.part.princip.cap.1.num.2.tomo
67 16.tractat.fol.252. qui ſubiungit: quòd
hæc nobilitas, per priuilegium conceſ-
ſa, dici poteſt datiua, non natiua, cum
non habeat materiam præexiſtentem.

Hinc oritur, quod diſputat Vaſq.
Menchac. de ſucceſsionum creation.
68 lib.3. §.30. part.3. limitat.34. num.282.
cum ſeqq. an nobiles ex priuilegio poſ
ſint obtinere habitum Religionũ Mi
litarium, diui Iacobi, Calatrauæ, & Al
cantaræ, & inquit verba ſequentia: Hu
69 ius ſemper fuimus ſententiæ: vt qui ta
li nobilitate, ſeu hidalguia, à Principe
honeſtati forent, Commẽdatarij eſſe
poſſent, non ſecus, quam ſi nobiles eſ-
ſent, vt quo ad hanc rem, nobilitas
datiua nobilitati natiuæ par eſſet. Id,
quòd in ſpecie plerique Doctorum
communiter tenuiſſe mihi videntur.
Et vſque ad num. 286. pluribus legi-
70 bus, & rationibus relatis, latiſsimè pro
batur: Principem hoc facere poſſe. Et
poſtea num. 286. & 287. triginta ſex
argumenta, & plura iura allegans: pro
71 bat voluntatem Principis interuenire,
vbi verbis generalibus, & vniuerſali-
bus plebeiũ nobili adæquare voluit.
72 & num.286. in verſ.26. poſt medium
ſubiungit hæc verba: Et licèt ad præ-
teritum non ſit potentia, quia quod
ſemel

ſemel factũ eſt, infectũ fieri nõ poteſt, l. in bello. §. factæ. ff. de capti. notatur
73 in l. vnic. C. de rap. virg. tamen per ius poſitiuum fieri, vt quòd vno modo re vera factum fuit, alio modo factũ fuiſſe videatur, aut fingatur quoad omnes iuris, aut facti effectus, vel etiã mixtos, vt plenè tradunt Bart. & alij in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapionib. l. poſtliminij. ff. de cap. cum ſimilibus.

74 Eandem opinionem, quòd plebeius, cui à Rege fuit nobilitatis priuilegium conceſſum, poſsit deferre inſignia (vulgo dicta habitos ordinũ militarium) tenuerunt Garcia de nobilit. gloſ. 1. §. 1. nu. 50. qui ait: Frequenter in priuilegijs opponi hæc verba: Que os ſean guardadas todas las hõras, y franquezas, y libertades, y dignidades que ſe ſuelen guardar, y guardan a los hijoſdalgo de ſangre. Matien. ſuper 5. Recop. tit. 10. l. 1. num. 4. fol. mihi 275, vbi dicit hanc reſolutionem eſſe valdè vtilem, & in foro practicabilem. Et idem ſentire videtur Gutierr. practic. quæſt. lib. 4. quæſt. 7. num. 18 & 19. Et hoc ipſum tenuiſſe videtur Rota Romana, vt videre eſt in deciſ. Mohedani 34. ſub tit. de pri-
75 uileg. tenoris ſequentis: Fuit propoſitum in Rota in eadem cauſa cano. & præb. Cracouicum, an Michael plebeius, non habitus pro nobili ex vtraq; parente, nec ex nobilitate deſcendẽs, qui habuit priuilegium à Rege Poloniæ nobilitatis, & fuit creatus pro nobili, ac ſi ex vtroque parente nobilibus eſſet natus, idem priuilegiũ fuit per Sedem Apoſtolicam confirmatum, ſola tamẽ ſignatura, literis non expeditis: poſsit habere Canonicatũ & Præbendam in eadem Eccleſia, ſtãte ſtatuto ibidem, & per fœlic. recor. memoriam Leonis X. confirmatum: nullum admitti in Eccleſia eadem, ad Canon. & Præbend. niſi verè ſit nobilis ex vtraq; parte, & natus nobilis, & fuit in hoc per omnes dominos deciſum, & concluſum, prædictũ Michaelem eſſe habilem, &c.

76 Sed contraria opinio nunc obſeruatur in Religionibus militaribus diui Iacobi, & Calatrauæ, in quibus extant ordinationes, ſiue diffinitiones diſponentes, milites dictarum Religiõnũ debere eſſe nobiles nobilitate ſanguinis, & non ex priuilegio; in religione enim diui Iacobi, licet olim iuxta diffinitionem factam tempore Imperatoris Caroli Quinti, hoc non erat diſpoſitum, ſed tantum ſtatutum, vt haberet patrem fidalgum ex vtroque latere; & quòd eius mater non habeãt illam maculam Iudæi, vel Mauri, tamen poſtea anno 1551. per tunc Sereniſsimum Principem Phillipum, & poſtea anno 1600. in Capitulo generali celebrato in oppido Madriti per Sereniſsimum Regem Philippũ Tertium, fuit facta quædam ordinatio, ſiue diffinitio ſita ſub titulo, De las calidades que ha de tener el cauallero q̃ huuiere de recebir el habito de Sãtiago, cap. 1. fol. 53. tenoris ſequentis. Primeramẽte ordenamos: q̃ el q̃ huuiere de tener el habito de nueſtra Orden, ſea hijodalgo de ſangre de parte de padre, y de parte de madre, y no de priuilegio.

77 Et in Religione militari Calatrauæ idem diſpoſitum eſt, vt conſtat ex libro

libro diffinitionum dicti ordinis, iuxta Capitulum generale celebratũ Matriti anno 1600. titulo 6. de la bõdad, y calidades, que ſe requieren, cap. 1. pag. mihi 202. cuius verba ſunt.

La bondad, y nobleza de los anteceſſores amoneſta. y neceſsita a los ſuceſſores a viuir y militar noblemente. Porende eſtatuimos, y mandamos, que ninguno que no fuere noble, o generoſo hidalgo, al modo de Eſpaña, de aqui adelante ſea recebido en eſta Orden y Caualleria. Y para declaracion deſtà difinicion, y por lo que ſe ha vſado, y acoſtumbrado, interpretando las dichas palabras, ordenamos, y mandamos, q̃ ninguna perſona de qualquier calidad, y cõdicion que fuere, ſea recebida a la dicha orden, ni ſe le de el habito, ſino fuere hidalgo al fuero de Eſpaña, de partes de padre, y madre, y de abuelos de entrambas partes, y de legitimo matrimonio nacido, y que no le toque raza de Iudio, ni Moro, ni herege, ni villano, con apercebimiento, que ſi deſpues de dado el Abito, ſe hallare, y pareciere tener alguna raza de las ſobredichas, le ſerà quitado, haſta Encomienda, ſi la tuuiere. Y en lo que las difiniciones de los Capitulos paſſados fueren contrarias a lo aqui diſpueſto, las reuocamos, y damos por de ningua fuerça y valor. Y declarando aquellas palabras: Hijodalgo al fuero de Eſpaña: ordenamos ſean hijoſdalgo de ſangre, excluyendo las demas hidalguias fundadas en priuilegios concedidos por qualeſquier perſonas Ecleſiaſticas, o Seglares, aunque ſean Reales.

Cum igitur dominus Rex (qui ſi-
78 mul eſt Adminiſtrator perpetuus dictarum Religionum militarium) nouiter declarauerit ſuam voluntatem, eſſe vt milites dictarum Ordinũ debeant eſſe nobiles ex ſanguine, & nõ ex priuilegio, dicendum eſt non poſſe deferre habitum dictarum Religionum, qui non ſunt nobiles ex ſanguine, licet habeant priuilegia nobilitatis conceſſa in ampliſsima forma, deficit enim voluntas Principis concedẽtis verbis expreſsis, declarata in dictis diffinitionibus Ordinum ſancti Iacobi, & Calatrauæ, & ad Principẽ ſpectat declarare verba priuilegij ab eo conceſsi, vt probaui ſupra nu.

79 De poteſtate etiam Regis concedentis talia priuilegia nobilitatis, quo ad effectum, de quo agitur, vt poſsint eſſe milites dictarum Religionum, dubitari poteſt, cum non ſine difficultate dici poſſe, dominum Regem poſſe derogare conſtitutionibus, ſeu diffinitionibus Religionum, quas obſeruare tenetur vti Magiſter earum, & eſſe cõtra verba, & mentem dictarum diffinitionum, dicere eos, qui ſunt plebei, & obtinuerunt priuilegium nobilitatis, ferre poſſe habitum dictarum Religionum, cum verbis expreſsis diſpoſitum ſit, non ſufficere eſſe nobilẽ ex priuilegio. Et ita potius dicendũ eſt, dictam opinionem non eſſe tutam, & eſt notorium non eſſe praxi receptam cum contrarium videamus obſeruari.

80 Sed quia iu Religionibus militaribus oportet, vt ſplendor generis militum earum ſpectẽtur; & ideo requiritur qualitas nobilitatis, & nobilitas in diuerſis Prouincijs diuerſimodè con-
81 ſideratur, & qualibet Prouincia abũdat in ſuo ſenſu, vt dicebat Diuus Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28 habetur in Can. vtinam, diſtinctione

76. & in cap. ertificari. 9. extra de ſe-
83 pulturis. In hac materia nobilitatis, cõſuetudo cuiuſque Prouinciæ conſideranda eſt, vt oſtendam infra, num. 85:
84 Et ideo milites ordinis militaris Virginis Mariæ Monteſiæ, qui ſunt milites Calatrauæ, & legitur in Bulla Papę Ioannis XX. fundationis dicti ordinis Monteſiæ, debent eſſe generoſi, iuxta conſuetudinem horũ Regnorum, vt expreſſe diſponitur in cap. 30. diffinitionum dicti ordinis Monteſiæ, ibi: *Mandamos, que ninguno pueda ſer admetido, ni recebido al habito de Cauallero deſta orden, ſino fuere noble generoſo, hijodalgo, al modo, y fuero deſtos Reynos, que ſe entiende, que aya de ſer hijodalgo de parte de padre, y madre, y abuelos varones de ambas partes*, & ad minus debent eſſe ciues honorati, qui priuilegio militari gaudent in Regno Valentiæ, & habent nobilitatem ſanguinis. Quod ita intelligẽdũ eſt, vt ſaltem eorũ proaui ex vtroq; latere paterno, & materno ſint habilitati prociuibus, & eorum nomina regiſtrata in aulis ciuitatum Regni Valentiæ, vt legitur in cap. 9. Capituli generalis dicti Ordinis Mõteſię celebrati anno 1583. cuius verba ſunt: *Otro, ſi por quanto en nueſtras difinitiones, en la difinicion 30. ſe ordenò: que ninguno pueda ſer admitido, ni recebido al habito de Cauallero deſta Orden, ſino fuere noble, o generoſo, hijodalgo, al modo: y fuero deſtos Reynos, y como los hijoſdalgo, en eſte Reyno ſe entiendan los Ciudadanos, declarando la dicha difinició: ordenamos, y mandamos, que de oy en adelante ninguno pueda ſer admitido al habito de Cauallero; que por lo menos, ſus biſabuelos, aſsi de parte de padre, como de madre, ayan ſido habilitados por ciudadanos, regiſtrados en la ſala de Valẽcia, ó de otras Ciudades. Y ſi deſto no huuiere teſtigos, ſe pueda prouar con eſcrituras de la ſala, que hagá fe, de manera, que ſu padre del pretẽdiente, y ſu abuelo, y ſu biſabuelo de ambas partes ayan ſido Ciudadanos Regiſtrados en los libros de las dichas Ciudades.*
85 Et quia ſermo incidit de nobilitate horum Regnorum, obſeruandum eſt: nobile conſiderari ſecundum conſuetudinem loci. Paul. Caſtrenſ. conſ. 125. nu. 4. lib. 2. Viuius deciſ. 225. nu. 4. lib 2. quæ allegat ita tenentes: Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Barbac. conſ. 57. volum. 2. Franciſc. Vegiũ cõſ. 62. nu. 1. cũ alis ſequẽtib. & conſ. 6. nu. 2. volũ. 1. Et teſtatur ita ſemper vidiſſe obſeruari in practica indiſtinctè in omnibus caſibus, varijs vicibus, Ludouic. ſiue Gregor. 15. deciſ. 322. nu. 11.
86 Nobilitas quoq; ex militia exconceſsione Principis, vel ex Reipublicæ ſuæ indulgentia, iuxta varias conſuetudines Italiæ adquritur, vt in quit
87 García de nobilitate, gloſ. 7. §. 18. fol. 199. col. 3. poſt medium. Et Toloſæ, ex Conſulari dignitate fiunt nobiles cum ſua poſteritate, vt inquit Boer. deciſ. 246. num. 2. ad mediũ, & Otalora in tract. de nobilit. 2. part. princip. cap. 5. num. 12. tom. 16. tract. nouiſsim. fol. 223. inquit: Quod fere Regnis nò-
88 bilitas Prouinciarum, & Regnorum eſt ſtatutaria, & peculiaris illius Reg-
89 ni: adeò, vt in multis Prouincijs illi cẽſeantur nobiles, ſecundum ſtatuta locorum, qui ſecundum ius commune nobiles non ſunt, vt de nobilibus Peruſij, & aliorum ciuitatum Italiæ notabiliter dicit Bart. in l. 2. col. 10. C. de dignit.

90 dignit. lib. 12. ſoli Florentini, ſecundū eum, non poſſunt eſſe nobiles, nec gaudere nobilitate, niſi de iure communi nobiles ſint. Sic ergo vna quæque Prouincia, quantum ad nobilitatē, abundat ſuo ſenſu, & habet peculiares leges, & ſtatuta, quibus ciues, & in colæ cenſentur nobiles.

91 In Regnis autem noſtræ Coronæ Aragonum diuerſi extant gradus nobilitatis. In primis loquendo de nobi-
92 litate Principatus Cathaloniæ, Lutius Marinæus Sicutus in arbore, & genealogia Regum Aragoniæ, lib. 2. tit. de Barchinonæ Comitibus, fol. 11. ita ſcribit. Anno Chriſtianæ ſalutis 733. Mauris Hiſpaniam miſerè vaſtanti-
93 bus, homo quidam natione Germanicus, genere nobilis, & animo fortis, cui nomen erat, Otogerius Golantes, quem Pipinius Galliæ Rex Guianæ Prouinciæ ſuæ præfecerat, vbi à Caſtro, nomine Cathalo, (quod frequentare ſolebat) cognomen accepit, nouem viros Gemanicæ gentis, ad ſe vocat ſanguine claros, & virtute probatos, quibus erant nomina hæc. Napiſſer Moncata, Guillermus Ceruera, Calcerandus Pinus, Guillermus Reymundus Ceruello, Hugo Mata plana, Petrus Alemanus, Reymundus Anglesola, Giſpertus Ribelles, Berengarius Rogerocus Erillus, qui cum audiſent, Hiſpaniam à Mauris crudeliter oppreſſam, & Chriſtianum nomen iam deficere cœpiſſe, Chriſtianæ Religionis amore flagrantes, & laudis auidi, conuocatis alijs equitibus, cū exercitu paruo, ſed tamen forti, celeriter in Hiſpaniam venerunt. Ad quos per ſaltus Pirineos venientes Chriſtiani omnes, qui ſuper erant, & in fidem permanſerant, ſtatim ſe ſe contulerunt. His ad ſocietatem admiſis, Otogerius Dux electus ab omnibus exercitibus inſtructis, contra Mauros proficiſſens, breui tempore, magnam Tarraconenſus Prouinciæ partem, pulſis, & occiſis hoſtibus, adeptus eſt, & captis multis oppidis. Ampuriarum ciuitatem, quam Mauri poſsidebant, obſidione præmens, aduerſa valitudine correptus, euita dicesſit. Qui tamen cum primum morbo decubuit, conuocatis nouem cōmilitonibus, quos ſecundum duxerat, inſtituit, vt ſibi Napifer Monticatinus, vnius ex nouem, quos ante nominauimus, in ducis locum ſuccederet. Qod, cunctis aſſentientibus, factum eſt. Cæterum Napifer, Otogerio mortuo, de Maurorum aduentu, (Qui copias in numerabiles ducebant) commonitus ex Ampuriarum obſidione, diſcedens, cum ſuis copis exiguis ad Cæritaniæ loca tuta, & Pyrineos montes ſerecepit, vbi pueros, vxores, & impedimēta reliquerat. Hic pro temporis conditione ſuas copias diutius continuit. Interim vero Carolus Magnus Imperator, & ſummus Romanæ Sedis Antiſtes, cum maxima hominum multitudine Narbonam Ciuitatem, (quam Mauri lōga oppugnatione cœperant) venerunt. Ex qua, vt facilius hoſtes eijcerent, in Hiſpaniam contra Mauros magnos miſſerunt exercitus, inquibus erant equitum millia viginti. Quibus duces præfecerant Roldanū, Oliuerium, Galuinum, Otogerium, Pelum, Otagerium, Normandinum Gaſtonium, Angelem, Analdū, Mōtalua-

.. nauum, & Gerardum, Roſſelium. Hiſs præcepit Carolus Imperator, vt quacumq; facerent iter, omia igne, ferroque vaſtarent, & Mauros omnes delerent. Hi duces cũ validiſsimis equitibus, Pyrineos mo::tes ingreſsi Napi ſer copijs occurrũnt. Quibus recognitis, vltro, citroq; duces, & equites omnes valde gauiſi fuere, & copijs coniũcti, è montibus deſcendentes acriter hoſtes inuadunt. Quorum plurimis interfectis, & alijs profligatis, ad Vrgel li cãpos magna potiti victoria peruenerunt, vbi cõmiſſo prælio, campeſtri tres Maurorum Reges occiderunt. Trargam, Toleti, ſuperim Tragæ, & Alfach Segoruenſem. Quo prælio perijt ex Chriſtianis ducibus Otogerius Normandinus. Hinc cæteri victores ad Carolum, Roſsillonem reuerſi, magnis fuerunt honoribus excepti. Tunc Carolus Imperator, & Sũmus Pontif. intellectacauſa de 9. viris, quos ante nominauimus, & cognita virtute mirabili, magna lætitia gauiſi fuerunt, & adeo, vt in montibus, vbi tunc erãt, Eccleſiã ſtatim ædificauerunt ſub honore nominis ſancti Andreæ, & in ea corpus Otogerij Normandini, quem ſupra campeſtri prælio ſublatum fuiſſe diximus, celebratis ſolenniter exequijs, honorificè ſepelierunt. Hanc Eccleſiam Carolus, ne quandoq; poſſet ab hoſtibus expugnari, maximis operibus vndique muniuit: quá re perfecta Narbonamcum exercitu redijt, quam, deuictis, & expugnatis hoſtibus, & Magrano Narbonæ Rege, ſimul, & Almançore Cordubæ potentiſsimo, fugientibus recuperauit, & ab hoſtibus liberatã, cuidam viro nobili, qui dicebatur Enixicus, Vicecomitis titulo tradidit. Cuius Romanus Pontifex ſibi ius Eccleſiæ vendicauit, quod hactenus Narbonenſis habet Archiepiſcopus. Hinc rurſus in Hiſpaniam reuerſus à primo duce nouem virorum, qui Otogerius Cathalo dicebatur, Prouinciam Tarraconenſem, Cataloniam nominauit. Tametſi huius nominis ratio nobis eſt aliter alio loco notata, egitq; cum Sommo Pontifice, vt à nũmero nouem virorum, qui primum venerant in Hiſpaniam, eamque contra Mauros tueri cœperant, in honorẽ, nouem ordinum Angelorum, in hac Prouincia Tarraconenſi, nouem Ca-

93 thedrales Eccleſias inſtitueret, cui ſummus Põtif. iuſta petẽti liberaliter omnia cõceſsit, & ſequẽtes ordinauit Eccleſias.

94 De prouinciæ Tarraconenſis, Eccleſijs Cathedralibus vna Metropolitana, ſuffraganeæ octo.

Archiepiſcopus Ciuitatis Tarraconenſis.
Epiſcopus Ciuitatis Barchinonenſis.
Epiſcopus Ciuitatis Vicencis.
Epiſcopus Gerunde Ciuitatis.
Epiſcopus Ciuitatis Vrgelij.
Epiſcopus Dertoſanæ Ciuitatis.
Epiſcopus Ciuitatis Elnenſis.
Eipiſcopus Ciuitatis Rothenſis, qui tranſlatus fuit in Illerdam.
Epiſcopus Ciuitatis Minoriſſæ.

95 Verum enim vero non contentus inſtitutis Eccleſijs Imperator Carolus (qui vt magnus nomine dicebatur, ſic erat, & animo ſplendidus, potens, & liberalis) inſtituit etiam à nouem viris in eadem Prouincia nouem Comites, qui poteſtates vocarentur, & Vicecomites, totidem nobiles, quibus adiunxit alios nouem, qui vulgo Valuaſores

 appel-

appellantur, quorum tituli, nominaq; ponuntur inferiùs.

Comes Barchinonæ.
96 Vicecomes Cardonę.
Nobiles de Monclus.
Valuaſor de Boxados.
Comes Pallarenſis.
Vicecomes Villamuri.
Nobilis de Bellera.
Valuaſor de Toralla.
Comes Cerdaniæ.
Vicecomes de Querforadat.
Nobilis Dierç.
Valuaſor Danueigo.
Comes Vrgelli.
Vicecomes Agerenſis.
Nobilis de Terminis. A qua deſcēdebat mater mea dña Ludouica Guimera
Valuaſor de Guimera.
Comes de Oſona.
Vicecomes Caprariæ.
Nobiles de Scintillis.
Valuaſor de Vilademay.
Comes Roſilionis.
Vicecomes de Caſtellon.
Nobilis de Caneto.
Valuaſor de Munuſcot.
Qui dicitur nunc Dolnes.
Comes Empuriarum.
Vicecomes de Rugebertino.
Nobilis de Ceruiano.
Valuaſor de Fuxano.
Comes Biſulduni.
Vicecomes de Bas.
Nobiles de Perqueras.
Qui dicitur de Santa Pau.
Valuaſor de Beſora.
Comes Tarraçonæ.
Vicecomes de Scornalbou.
Nobilis de Caſtellet.
Valuaſor de Medina.

Illi præterea nouem viri, qui primum cum Otogerio venerant in Hiſpaniam, ſingulis dominia ſingula diſtribuit, qui nūc hi ſunt, quos vulgò Ba-
98 rones appellamus, & dominia Baronias. Quos etiā viros Principes appellari iuſsit, ſicut & Comites poteſtates.
99 Quibus peractis rebus, Imperator Carolus, quemadmodum ſupra demonſtrauimus, Mauris à Nauarra, & Aragonia ferè tota depulſis, in Galliam reuerſus ab humanis eſſe deſijt. Hactenus Lutius Marinæus Siculus. De eiſdem Comitibus, Vicecomitibus, Nobilibus, & Valuaſoribus meminit Marquiles in vſatico, cum dominus notabi
100 li 24. fol 11. colu. 4. & dominus Marquiles fuit Vicecācellarius Regis Martini, vt ipſe ait in vſatico, Princeps namque, fol. 203. colum. 3. ad finem: de eiſdē dignitatibus, à Carolo Magno inſtitutis, meminit Petrus Antonius Beuter, in Chronica generali totius Hiſpaniæ, lib. 2. cap. 15. pag. 82 vbi etiā refert illos nouem primos Capitaneos, qui venerūt ad expugnandū Principatū Cathalonię, & facti fuerūt Barones, & iſti Comites, Vicecomites, &
101 Valuaſores erant iam Magnates, tempore, quo fuerūt facti vſatici Barchinonæ, vt conſtat ex vſatico, ex Magnatibus fol. 135. ibi: *Ex Magnatibus verò, videlicet Vicecomitibus, & Comitibus, ſiue Valuaſoribus*, vbi Iacob. de Mōt. Iudai. n. 1. inquit: quòd in illa Patria, poteſtates dicūtur, & ſunt omnes Comites; alij
102 verò inferiores nobiles, dicūtur Magnates, puta Vicecomites, Comites, Valuaſores, & nobiles. Et nō poteſt reperi
103 ri antiquior nobilitas in Hiſpania, cum iam eſſet notoria tempore Impera-

toris

toris Caroli Magni,qui cœpit recupe
rare à Sarracenis partem Hiſpaniæ ab
104 eis occupatę. Et Frater Diago Hiſto-
ricus lib.2. Hiſtoriæ antiquorum Co
mitum Barchinonæ cap.60.dicit:hoc
idem affirmare Tomich, antiquum
Hiſtoricum , licèt ipſe Diago teneat
inſtitutionem dictarum dignitatum,
Comitum,Vicecomitum,& Valvaſo
rum,factam fuiſſe in Comitiis ; ſiue
Curijs,celebratis per Comitem Dō
Raymundum Berenguer Primum,
quæ fuerunt celebratæ anno 1068. vt
probat ipſe Diago in c.59. dictę ſuæ
Hiſt. Et vtcūq; ſit,ad minus quingen
tis & ſexaginta annis retrò, iā fuerūt
Inſtitutæ dictæ dignitates, & tūc erāt
Magnates ; quibus nulli reperiuntur
antiquiores in Hiſpania: & ita iſte eſt
ſupremus gradus nobilitatis in Ca-
thalonia,dictorū Comitum, Viceco-
mitum,& Valuaſorum,vtpote, pote-
ſtatum,& magnatum.
105 Qui autē ſint Valuaſores,declarat
tex.in c.1.§. Qui verò à Principe, in
tit.quis dicatur Dux in vſibus feud.his
verbis:Qui verò à Principe, vel ab ali
qua poteſtate,de plebe aliqua, vel ple
bis parte per feudum eſt inueſtitus,is
Capitaneus appellatur,qui propriè val
uaſores maiores olim appellabātur.
c.1.de natura feudi ibi,idē eſt,ſi inveſ-
titura facta ſit à Capitaneis,& maiori
bus Valuaſoribus ; qui propriè hodie
Capitaneis appellātur,& Fulu. Pacia.
de prob.lib.2.c.37 n.3.& 4.inquit eos
qui de feudo,nō habēte Regiā digni
tatē,fuerūt inveſtiti, appellari propriè
maiores Valuaſores, & ibi additio in
106 verbo Valuaſores,ait ita appellari,quia
107 facti ſūt digni intrare valuas,ſiue por

tas Principis:& ita:credo,fuiſſe cuſtodi
cularios,qui aſſiſtūt ad oſtiū aulę Prin
cipis,quādo præbet audientiā, & nō-
minant ſingulos, qui ſuam maieſtatē
alloquuturi ſunt.
108 Sūt & alij in Catalonia, qui nobi-
les vocātur,quibus à Rege datum eſt
priuilegiū,vt poſsint ſe appellare Dō,
vel qui deſcēdūt ab his, quibus dictū
priuilegiū fuit à Rege conceſsū:quāuis
enim aliqui generoſi deſcēdāt ex an-
tiquiſsima equitū familia , & ita ha-
109 beant nobilitatē ſanguinis, & generis
ſplendorē , nō poſsut in terris Coro-
næ Aragonum vocari nobiles , niſi
habeant dictū priuilegiū; quia,hæc re
110 putatur vna,ex Regalijs,dñi Regis in
his Regnis dictæ Coronæ , quòd fa-
ciat nobiles;& licèt in Regnis Caſtel
læ,qui habēt nobilitatē ſanguinis(quę
111 hidalguia dicitur)ad libitum ſe appel
lāt Dō Petrū,& Dō Ioannē, ſi eis li-
bet, & aliquādo vnus ex fratribus ap-
latur Dō Petrus ; alter verò ſimplici-
112 ter Ioānes; in Regnis tamen Coronę
Aragonum hoc prohibitum eſt , vt
quis ſe appellet Don abſq; Regio pri
uilegio:& vidi deſcendentem ab an-
tiquiſsimo genere nobiliū ex ſangui-
ne,per pluſquam quingentos annos,
qui non poterat ſe appellare Dō,quia
non habebat hoc priuilegium nobili
tatis. Et quod vulgo dici ſolet , quòd
113 Rex fecit Iacobū(verbi gratia) nobi-
lē,nō ſignificat,quòd ex plebeio eum
nobilem fecerit , ſed quòd inter alia
ei facultatem conceſſerit , vt poſsit ſe
appellare Dō; in Regno tamen Ara-
gonię amplius habēt,vt dicā infr.n.30
114 Eſt aliud genus nobilitatis in Ca-
talonia [illegible] habent illi, qui vocantur
do-

Digitized by Google

domicelli,ſiue doncells,qui deſcēdūt
ex genere militū, ſiue equitū,vt teſta-
tur Fōtanel.de pact. nupt.clau.3.gloſ.
3.n.6.vbiait:hos domicellos,qui ortum
116 ducunt à maioribus equitibus olim ar
matis ea prędeceſſorum nobilitate cō
tentos nolle armari milites:illos vero,
quibus conceditur militia,& ejus cin-
gulum,domicellos non appellari,ſed
117 imò milites:& ibi confirmat antiquo
rū authoritate,quos refert,& ſubiun-
git:Filios,vel deſcendentes militum,
qui non armātur,domicellos appella
118 ri,in hac ſignificatione,qua in Hiſpa-
nia,mulieres,quæ matrimoniū adhuc
119 nō contraxerūt,dōzellas,ſolēt appel-
lari:vt inde dicamus;quod quēadmo
du illę dum matrimoniū nō contra-
hūt, domicellæ appellātur,ſic iſti filii
militū, qui iā hodie milites nō armā-
tur,domicelli dicētur, quia matrimo
120 niū illud politicū cum armis nō con
traxerunt, quod cōtrahere dicuntur,
qui nouè milites armātur: Nō ſecus,
ac Doctores qui dū tales fiunt,matri
monium cū ſcientia cōtrahere dicū-
tur, ob idq; eis pro inſignis, traditur
annulus.Ioan.Andr.in c.vt Apoſto-
licæ,de priuileg.lib.6.Pet.Leſnaud.in
tract de priuil.Doctor.1.p.q:3. *Caſa-
neæ*.in Cathal glor. mund.p.10: conſ.
36.verſic.3. detur annulus, & Iacob.
121 Ben.in trac.de priuileg.Iure conſ.par.
1.priuil.11.nu.10.& 2. p.priuileg.37.ac
proinde filij militum, qui antiquitus
non ſolebant armari, ante triginta an
nos,iuxta vſat. filius militis ſub tit.de
iniur.& damno dat.in 1. vol.conſtit.
eo tempore durante domicelli,nomi
122 ne donabantur,vti elicitur ex traditis
per Cali.in virida.milit.vbi hæc diffe-
rentia,inter militer,& domicellos per
ſæpe facta reperitur, & ſignāter filius
militis,domicellus ab eo appellatur
in 2.quæſt.nū.19.pag. 157.
123 A qua quidem noſtra conſidera-
tione, non multum deuiant antiquæ
Hiſtoriæ, in quibus reperimus ſcrip-
tum:eos,qui cingulo militię erant de
corandi,conſueuiſſe prius,per certum
tēpus arma vigilare, *Velar las armas*,
& tunc,vſq; quo armarentur, domi-
celli ſolebant appellari, vt ſignanter
124 tradit Caſtillo de Bobadilla in ſua
Politic.tom.1.lib.1.cap.4.n.50.vel etiā
domicellus, dicitur, vt vult noſter
Mier.in cur.Barcinonæ.Reg. Ferdin.
cap.12.de clandeſt.deſponſa.num.25.
125 col.3.fol.94. qui nondum eſt miles,li
cèt de genere militum, quaſi paruus
126 dominus, vel qui nondum eſt domi-
nus,eo modo, quo inquit,domicella
127 dicitur,quaſi nondum domina:& eſt
nomen diminutiuum, de hoc nomi-
128 ne,domina.Et iſti domicelli,ſiue ho-
mines de paratico,qui ſunt filij militū,
vt habeant nobilitatem ſanguinis, re-
gulariter deſcendere debēt per lineā
legitimā,& naturalē,vt inquit Bart.in
l.1.C.de dignit.lib.12.nū.50. Tiraq. de
129 nobilit.c 15.n.10. In Principatu tamē
Cataloniæ,etiā baſtardi, vel per lineā
illegitimā deſcendentes, habent hanc
nobilitatē, & admittuntur in congre
gatione nobilium,quæ vulgo dicitur,
Bras militar,& vt equites intrant cu-
rias, vt inquit Calitius in Viridario
militiæ,q.2.nu.33.pag.161.
130 Denique:extat alia nobilitas mili-
tū,qui cùm eſſent plebei, eis fuit cōceſ
ſum à Rege priuilegiū militiæ, & fue-
runt armati milites, qui non habēt ſan
guinis

guinis nobilitatem, vt habent domicel
li deſcendentes à genere militari, vel
ciues honorati antiqui qui fuerunt ar
mati milites.

131 In Catalonia etiam extat alia nobi
litas ciuiũ honoratorũ ciuitatis Barchi
nonæ, virtute priuilegij, per Catholicũ
Regẽ Ferdinandũ ciuibus honoratis
Barchinonæ, dat. in villa Mõtiſoni die
31. Auguſti 1510. tenoris ſequentis.

132 Nos Ferdinandus Dei gratia Rex
Aragonum, Siciliæ, citra & vltra Farũ,
Hieruſalẽ, Valentiæ, Maioricarũ, Sar
diniæ, & Corciſæ, Comes Barchino
næ, Dux Athenarũ, & Neopatriæ, Co
mes Roſilionis, & Ceritaniæ, Marchio
Oriſtani, & Goceani. Cũ multa ad di
gnitatẽ Regiã pertineant, illud impri
mis dignoſcitur pertinere, vt unũquẽ
que iuxta merita, præmijs, & honoribus
decoret: honor enim cõferri debet di
gne merentibus, & qui virtute clarent
honeſtiſq; moribus præditi ſunt hi dig
ne veniunt ad dignitatum titulos pro
mouendi. Quamobrem conſiderãtes
ſeruitia, per ciues honoratos Barchino
næ retro Regibus Aragonũ prædeceſ
ſoribus noſtris, diuina recordatione in
defeſſo animo preſtita tã in adquirẽn
dis Regnis Valent. Inſulis Balearibus,
Sardiniæ, & vtriuſq; Siciliæ, quã in de
bellandis hoſtibus mari, terraq;, nullis
eorũ periculis perſonarũ, & bonorum
diſcriminibus parcẽdo, maritimoque
exercitu ſuccurrendo, & tandẽ eorum
auxilio dicta Regna, & Inſulas Coro
næ Aragonũ iniunxerũt, & ſubiecerũt
in aliiſq; bellis ſuccedẽ
tibus etiã nobis in regnis Coronæ Ara
gonũ, in belliſq; cõtra Sarracenos Gra
natẽſ. incolẽtes, geſsimus, & tãdẽ dũo
nes noſtræ Chriſtianę ſubegimus: mul
ti, ex ciuibus honoratis Barchinonæ,
nos ſecuti fuerũt, nec retroceſſerũt ab
illis poſtea per nos cõtra Gallos geſtis,
nec defecerũt ciuium prædictorum,
vires, opeſq; in noſtro fœlici exercitu,
quẽ in Africã miſsimus pro exaltatio
ne ſacri nominis Chriſtiani, ſicque ad
nos iugiter prõpti, paratiq; cõperti fue
rũt. His igitur, aliiſq; dignis moti reſpe
ctibus, & quod vitã honorificã ducũt,
ſubſcripto fauore eos proſequi digno
arbitramur. Tenore igitur præſentis
priuilegij, cũctis tẽporibus firmiter va
lituri, de noſtra certa ſciẽtia deliberatẽ,
& cõſulto motuq; noſtro proprio, per
nos, noſtroſq; ſucceſſores prædictis ci
uibus honoratis Barchin. qui nũc ſunt,
& pro tẽpore erũt, eorũq; filijs, & deſ
cẽdentibus ex his per lineã maſculinã,
natis, & naſcituris etiãſi eſſent fortis ca
ſati, & emãcipati, cõcedimus, quod de
cætero gaudeãt, vtatur, & fruãtur omni
bus priuilegijs, immunitatibus, liberta
tibus, frãquitatibus, præheminentijs, fa
uoribus, & prerogatiuis, quibus mili
tes, & aliæ perſonę de ſtamẽto militari
in Catalonia vtũtur, gaudẽt, fruũtur, ac
debẽt, poſſuntq; & cõſueti ſunt vti, frui,
& gaudere nũc, & in futurũ, tã ſecũdũ
ius Romanũ, ſeu cõmune, quã per vſa
ticos Barchin. cõſtitutiones Catalonię
Capitula, & actus curiarũ, priuilegia cõ
ceſſa, & concedẽda vſus, & cõſuetudi
nes præſentes, & futuras Cataloniæ, &
inter alios milites noſtros, & perſonas
militares in omnib. & per õnia cõnu
merẽtur intellecto & declarato, quod
ſi in futurum Priuilegia, & gratia cõcẽ

derētur ſtamēto militari, ſeu perſonis illius ipſo facto, ſine alia prouiſione, ſeu xpreſsione conceſſa, & conceſſæ ſint, & intelligantur ipſis Ciuibus honoratis Barchinonæ, & eorum filijs, & deſcendentibus per lineam maſculinam, tam natis, quam naſcituris, etiamſi emancipari, vel foris caſati eſſent, qui omnes, & ſinguli in omnibus, & per omnia pro veris perſonis ſtamenti militaris habeantur, non quidem perinde, ſed pariformiter, ac ſi quilibet ex eis eſſet per nos, militari cingulo inſignitus, & gaudeant, & gaudere poſsint omnibus illis, qui bus vere milites, & aliæ perſonæ ſtamenti militaris gaudent, vtuntur, & fruuntur, vtique gaudere, & frui poſſunt, in futurumque vtentur, gaudebunt, & fruentur etiam ſi eſſent nouæ gratiæ, & conceſsiones per nos, aut ſucceſſores noſtros, ſeu aliàs perſonas, ad quas pertineat, concedende. Volumus tamen, & declaramus, quòd ad conuocationes Curiarum, ſeu Parlamentorum faciendarum, ſeu faciendorum præfati Ciues honorati Barchinonæ, eorumque filij, & deſcendentes prædicti per lineam maſculinã non vocentur, nec intrent dictas Curias, aut Parlamenta, nec in illis vocẽ habeant, in cæteris autem omnibus dictos Ciues honoratos Barchinonæ, eorumq; filios, tam natos, quàm naſcituros, etiamſi foris caſati, ſeu emancipati eſſent, & deſcendentes ex eis per lineam maſculinam pro veris militibus, & perſonis de ſtamento militari cenſeri; & ſine vllo diſcrimine haberi, & reputari, & in eodem priuilegio inſeruntur nomina eorum, qui tunc fuerunt matriculati vti Ciues honorati; & poſt eorũ nomina ſubiũgitur dictũ priuilegiũ in hæc verba: Quos omnes volumus quòd ſint matriculati, & ſcripti in vno libro nominato, Matriculã Ciuiũ honoratorum Barchinonæ, quẽ librũ recondi volumus in domo Concilij Ciuitatis, quod anno quolibet prima die Mẽſis Maij, illi, qui erũt matriculati in dicto libro ſine licẽtia, & mãdato noſtri, ſeu alicuius officialis, ſeu iudicis poſsint ſe liberare congregare in domo Cõcilij dictę ciuitatis Barchinonæ cũ interuẽtu Conſiliorũ Barchinonæ, qui tuc, & in futurũ, & pro tẽpore erunt, hora per dictos Conſiliarios aſsignãda, & ſi omnes matriculati, qui ibidẽ reperti fuerint, factis inde tribus æqualibus partibus omniũ matriculatorũ, ſint præſentes, & cõcorditer aliquẽ de nouo matriculare in Ciuẽ honoratũ voluerint, quòd ille, ſeu illi, de quibus cocorditer, nemine diſcrepãte, conuenerint, matriculentur in Ciues honoratos dictæ Ciuitatis, & in dicto libro ſcribantur, ſintque deinde poſtea Ciues honorati Barchinonæ, gaudeãtque in omnibus cum omnibus eorũ filijs, tam natis, quam naſcituris, et eis deſcendentibus per lineam maſculinam, etiam ſi foris caſati, ſeu emancipati eſſent, & fruantũr omnibus antedictis ſicut alij Ciues matriculati; & pariter dicto primo die menſis Maij prædictorum matriculatorum, qui ibidem reperientur, etiam ſi non eſſent duæ partes matriculatorum, & quamuis forte omnes in hoc non concordarent, tum interuentu tamen dicto.

dictorum conſiliariorum videant, & reconoſcant, ſi ſunt aliqui ex dictis Ciuibus honoratis, ſeu deſcendentes per lineam maſculinam, ex matriculatis, & ſcriptis in dicto libro, qui ſint maiores viginti annis completis, & illos, quos maiores comperient, teneantur matriculare, & ſcribere in dicto libro, inter alios Ciues honoratos. Hoc autem intellecto, & declarato, quòd omnes filii, & deſcẽdentes per lineam maſculinam ex dictis Ciuibus honoratis matriculatis, & ſcriptis, & qui de cætero matriculabuntur, & ſcribentur in dicto libro, etiam ſi eſſent foris caſati, ſeu emancipati, gaudeant priuilegijs, gratijs, libertatibus, & immunitatibus, militibus ante dictis conceſſis, & concedendis etiam quod ætatem viginti annorum prædictorũ nacti non fuerint, aut matriculati non eſſent, ſeu in dicto libro matriculæ non eſſent ſcripti ac ſi vere eſſent ſcripti, & matriculati in dicto libro; volumus tamen, & declaramus, quod licet conſiliarij, prædicti in dicta congregatione prima die Maij interueniant pro dicta matriculatione facienda; tamen vocem in dicta matriculatione non habeant niſi illis conſiliarijs quos in dicta matriculatione vocem haberent. Cæterum non ignari quod impetrantes generoſitatis priuilegia intra annum militiam aſſumere teneantur, declaramus; quod ciues honorati eorum quæ filij, & deſcendentes prædicti militiam intra annum, aut poſtea vllo vnquam tempore, nullatenus aſſumere teneantur; nam id, quod ſtatu tum eſt in impetrantibus, dictæ generoſitatis priuilegia locum ſibi non vendicat in hoc caſu: quinimo etiam ſi dicti Ciues, eorunq; filij, & deſcendentes, vt eſt dictũ, ad militiam nunquam aſſumantur; nihilominus prædictis Priuilegijs, prærogatiuis, gratijs militibus, & honoribus de ſtamento militari conceſsis, & concedendis, vti frui, & gaudere poſſunt, & inter milites, & perſonas de ſtamento militari, connumerari, vt eſt dictũ, volentes, & expreſſe decernentes huiuſmodi noſtrum priuilegium, omnia, & ſingula in eo contenta firmum ſtabile, & reale eſſe prædictis omnibus, nullumque in iudicijs, aut extra, ſcientie dubietatis involutum, aut alicuius notæ detrimentum: ſed in ſuo robore, & valore ſemper perſiſtat: iuramuſq; ſolemniter per Dominũ Deum, & eius Sancta quatuor Euangelia, manibus noſtris corporaliter tacta, nos, noſtroſque ſucceſſores ſemper, & perpetuo habere ratum, gratum, atque firmum huiuſmodi noſtrum priuilegium, & omnia, & ſingula in eo contenta, & nullo vnquam tempore contra facere, aut reuocare: quin potius illud, & omnia, & ſingula executioni debitæ deduci mandabimus; prout ſuperius continetur.

133 Poſtea vero inuictiſsimis Imperator Carolus Quintus, & Sereniſsima Regina Iuanna, eius mater cum ſuo Regio Priuilegio dato in loco de Molin de Rey die 17. mẽſis Decẽbris 1519. de certa ſcientia, laudantes, & approbãtes, & in omnibus confirmantes dictũ priuilegium, ac citra nouationem, ſeu derogationem aliqualem eiuſdem: ſed

potius illud augendũ voluerũt, & decreverunt, & ſtatuerunt, ac dictis ciuibus honoratis Barchinonæ in dicto libro, ſeu matricula deſcriptis, & continuatis, & qui de cætero deſcribentur, & continuabũtur ex eorum certa ſcientia, regiaque autoritate conceſſerunt: quod anno quolibet, dicto die primo Maij iuxta formam præinſerti capituli in domo dicti Concilij Barchinonæ poſsint ſe libere congregare, & ſi in cõgregatione huiuſmodi repertę fuerint duæ partes omnium dictorum Ciuiũ honoratorum Barchinonæ, qui tunc in dicto libro, ſiue matricula deſcripti, & continuati fuerint, factis, de votis matriculatis tribus ęqualibus partibus, aut plus, repręſentent, aut repręſentare videantur legitimum numerum, & collegium, poſsintq;, & habeant procedere aduotandum, ac hi, qui per dictos conſiliarios Barchinonæ, aut maiorem partem ipſorum ibidem præſentium, eis proponentur, & præſentes fuerint, ſint digni honore Ciuitatis, & priuilegij militaris ante dicti, deſcribiq;, & cõtinuari in dicto libro, ſeu matricula Ciuium honoratorum Barchinonæ: & ſi compertum fuerit: tres partes dictorum Ciuium honoratorum, qui præſentes erũt, factis inde de ipſis præſentibus, quatuor ęqualibus partibus, vota duo concorditer in aliquem diuila conſcribantur, & continuatus ſit de inde Ciuis honoratus Barchinonæ; gaudeatq;, utatur, & fruatur vna cum omnibus filijs ſuis tàm natisquàm naſcituris, & ex eo deſcendentibus per lineam maſculinam, etiam ſi foris caſati, & emancipati eſſent, omnibus illis honoribus, prærogatiuis, quibus alij Ciues honorati dictæ Ciuitatis in dicto libro, ſeu matricula deſcripti, & continuati, gaudent, vtuntur, & fruuntur. Et de hac ſpecie nobilitatis loquuntur Guillelmus, in vſat. Baccelus intei ſectus in fine, & Fontanella de pact. nuptia. clauſ. 3. gl. 1. 7. nu 77. fol. 10. ubi inquit, quòd Ciuitas Barchinone, ſiue cõſilium eos creat die prima Maij ſingulis annis ex priuilegio, vel antiquiſsima cõſuetudine, & quod in omnibus, & per omnia æquiparantur militibus a Rege creatis, & eorũ gaudent priuilegijs una cum tota progenie nata, & naſcitura, pręterquam quod non habent votum in curijs, ſicuti milites, & dominus noſter Rex creat etiam Ciues honoratos Barchinonæ, vt vidi ſæpius fieri in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio.

134 Idem etiam fuit conceſſum Burgenſibus oppidi Perpiniani per Sereniſsimum Philippum Regem Caſtellæ tertium, Aragonum vero &, Portugaliæ ſecundũ, cum Regio Priuilegio, dato Barchinone die 13. Iulij 1599. quod reperitur regiſtratũ in libro inſcripto, diuerſorium locuntenentiæ. 27. fol. 97. recondito in Regio Archiuo Barchinonæ, nimirum, ut gaudeant eiſdem honoribus, pręrogatiuis, & priuilegijs, quibus gaudent Ciues honorati Barchinonæ. cuius priuilegij verba ſunt. Nos Philippus, &c. Conſueuerunt maiores perſonas benemeritas gratijs, & fauoribus proſſequi, & inter

135 cæteras, quas in hac noſtra Prouincia reperimus decoratas noſtra fidelisſima villa Perpiniani, & illius homines Burgenſes

genſes:& merito:eos enim ita nominādos fore, cenſuerunt, vt omiſsis alijs egregijs factis, fidelißimi, nomen, obtinere meruerint, quod ſi hoc gratificandos inter prædeceſſores noſtros reperuerūt: immò potius dictæ villæ hominum in nos officia, ſeruitiaq; nomine congruum, & verius debitum exiſtimari debet, quod nos oſtendamus erga eos gatioſos: cum ipſorum in nos fides, atque conſtantia ſemper augeri viſa fuit in cunctis, & præcipuæ in rerum bellicarum ſucceſsibus, quibus noſtra dicti Perpiniani villa fuit oppreſſa; atq; ab inimico circuita; illo præſertim tempore ſereniſsimorum prædeceſſorum noſtrorū noſtræ Regiæ Coronæ recolendæ memoriæ, quo Rex Francorum bellum ſupra dictam noſtram fidelißimam Perpiniani villam præſentauit, ac de ipſis fuit circuita, quę in primis, & ante omnia fuit ab ipſis noſtris Burgenſibus viribus prætūræ, inter cæteros defenſa, & amparata; quo non obſtante, ob famis neceſsitatem, prorſus pręter iri cenſerint, ita, & taliter, quod defectu animalium ſordidorum humanam carnem edere habuerunt: de quibus omnibus, nobis, & prædeceſſoribus noſtris clare conſtitit. Attendenteſque deniq; in anno 1597. quo tempore dicta noſtra villa Perpiniani fuit circuita per Alphōſum Corço, Gallorum Capitaneum, per ingreſſum, per ipſum factum in noſtro Comitatu Roſilionis, quæ ſiquidem per dictos Burgenſes fuit viriliter manutenta, & conſeruata ſummo perſonarum, & bonorum ſuorum riſco, periculo, & fortuna, &c. Et inferius ibi: Ideo de noſtri certa ſcientia, & conſultò concedimus dictis Burgēſibus, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, in omnibus, & per omnia gaudeant, & fruantur omnibus gratijs, & præeminentijs, quibus gaudere ſolent, & fruuntur Ciues honorati Barchinonæ, & alię perſonæ militares, & generoſæ, ac ſi per nos eſſent cingulo militari inſigniti, eodem modo, & forma, quibus dictis Ciuibus Barchinonæ, & perſonis militaribus noſtris Regijs Priuilegijs fuerit conceſſum, & indultum, & gaudeant, & gaudere poſsint omnibus illis, quibus veri Ciues honorati dictæ noſtræ Ciuitatis Barcinonæ, & aliæ perſonæ eiuſdem ſtamenti gaudent, vtuntur, & fruuntur, vtique gaudere, & frui poſsint, tam de iure, quàm conſuetudine, infuturumque vtentur, & gaudebunt: etiam ſi eſſent nouæ gratiæ, & conceſsiones, per nos, & ſucceſſores noſtros, ſeu alias perſonas, ad quas pertineat, conceſſæ; volumus tamē, & declaramus: quod ad conuocationem curiarū, ſeu parlamētorum faciendorū, nec vocem nisi, neque in tretis dictas curias, aut parlamenta, ſeu in illis vocem habeatis ex vi huius priuilegij.

137 Et Regni Aragoniæ extant diuerſi gradus nobilitatis. Ad quorum notitiam videndum eſt, quod ſcriptum reperitur in obſeruantia, ſub titulo de condicione infantionum lib. 6. obſeruantiarum Regni Aragonum fol. 25. eſt in fine voluminis fororum Aragoniç, nouæ impreſsionis fol. 22. quæ obſeruantia ita ait: Notandum eſt, quod

138 in Aragonia, omnis homo deſcēdens

de genere militari per lineam paternã, eſt infantio ſiue ſit legitimus, ſiue illegitimus, ſiue maſculus, ſiue fœmina; verũtamẽ ſi ex parte eius matris veniat ex linea militari, non eſt infantio, niſi patrem habeat infantionẽ, & quilibet infantio poteſt per quemlibet militem promoveri ad militiæ dignitatem; alij non niſi per dominum Regem, vel alium, de cuius ſpeciali mandato; exceptis Ciuibus honoratis ciuitatis Cæſaraugustæ, qui ex priuilegio, antiquitus dictæ Ciuitati conceſſo, poſſunt per quemlibet militem promoueri ad militiæ dignitatem.

139 Et quia in Aragonia multæ ſunt ſpecies infantionum, ſciendũ eſt: quòd infantiones alij Meſnadarij, alij milites, alij non milites, alij Barones, alij militum filij, alij nepotes, alij nec Barones, nec Meſnadarij, nec milites, nec militũ filij, nec nepoteſt.

140 Richus homo miles, habet omnia priuilegia, quæ habent infantiones, & omnia, quæ habẽt milites, & vltra; quia terram, pro honore nõ debet dare dominus Rex, niſi illi, qui ex natura debet eſſe Richus homo, & qui non ſit de Regno alieno.

141 Et Molinus in repert. Fororũ Aragoniæ, in verbo, Richus homo, fo. 296 col. 4. poſt medium, ita ait: Richi homines, de quibus multi fori, & obſeruantiæ faciũt mentionẽ, qui dicãtur, dubitare quis poſſet. Circa quod eſt notandum; quòd Richus homo, ſecundum foros Aragonum, dicitur ille, qui eſt dominus alicuius Baroniæ: Probatur hoc expreſſe in obſeruantia quarta, & quinta, tit. de conditio. infantio. fol. 25. iuncto foro unico. titul. de Baronibus Aragonum, fol. 50. libro 9. Nam dicta obſeruantia quinta facit mentionem de Rihis hominibus Aragonum

142 diſponendo; quòd Rihi homines tenẽtur aſsignare militibus terram, & denarios, quos tenent pro honore; & allegat ad hoc dicta obſeruantia 5. dictum forum, de Baronibus, qui quidem forus nullam facit mentionem de richis hominibus; ſed de Baronibus. Et probatur etiam in dicta obſeruantia quinta, ibi, dũ dicit: Vnde, licèt deſit ei Baronia, &c. & vide infra in verbo, Barones; & vide etiam in quodam libro intitulato, Doctrina Militũ, credo quòd eſt in cap. vbi reperies, qui dicantur Richi homines; non tamen intelligas: quòd dicitur Richus homo, ſecundum foros ille, qui plures habet pecunias: ſed, vt deſuper dictũ eſt. Et adde: quòd

143 omnes Magnates, puta Comites, Duces, Marchiones, & Vicecomites, dicũtur Richi homines, ſecundum foriſtas: quia iſti, communiter, habent plures Baronias.

Et Hieronymus Blãcas Hiſtoricus Regni Aragoniæ, in Commentarijs Aragonenſium rerum, titu. de optimatibus, & palati. pag. 303. in fin. cum ſeq. ait. Richi homines, olim nominabantur,

144 qui ex optimatibus genere, & nobilitate erãt primi, Principemq; in Republica tenebãt auctoritatem, & locum; Quorum virtus, cum in bello eniteret, & his, quæ à Mauris vendicabatur oppidis, pro illorum tẽporum conditione, donabantur effuſe: Has autem multorum oppidorum coagmentationes, quæ ipſis fiebãt Baronias nominabat.

Et

145 Et idem pag. 327. ait: quidam ſunt Rihi homines de natura, qui nobiliores fuerunt; nimirum Cornelij, & Lunæ, cuius nominis, tres familiæ fuerunt, nimirum Martinez de Luna, & Lopez de Luna (omnes tamen ab eadem ſtirpe profecti) Azagre, y Vrrea Alagonij, Romei, Fotij, Entenſe, & Lizanæ, & hi erant Proceres Regni, iã ab ipſis Regni primordijs ſupremam nobilitatem obtinẽtes.
146 Alij vero (inquit Blancas) Richi homines, de Meſnada, pene ſuperioribus potentia, ac nobilitate æqualis ab ſcriptoribus memorantur, vt fuerunt Ver-
147 guæ, Maſſæ, Pardi, Podij, & alij quorũ nomina ab eodem traduntur, vbi ſup. pag. 328. & 329. Alij vero Meſnadarij appellabantur, vt declarat Seſſe deciſ. 1. num. 57. & ſeqq. Reges tenebantur, etiam alios milites ſuſtentare ad tuta-
148 men Regni, qui Palatini, de Palatio, & domo Regis dicebantur; & quia domum veteres Meſnadam appellabãt, Meſnadarij etiam milites dicti ſunt, quibus, quæ dabantur à Regibus ſtipendia, vt à prioribus etiam differret, Cauallerias de Meſnada, ſeu Meſnaderias vocabant; & horũ Meſnadariorũ
149 equeſter, & militaris ordo proximus erat dignitati Richorum hominum. Tũm quia ab eis Richi homines elige-
150 bantur, vt dixi: tũm quia ſecũdum Vitalem, & Salanouam, Meſnadarij propriè ſunt illi, qui filij, vel nepotes, ex recta linea nobilium, & Richorum hominum deſcendunt, quorum nomina refert idem Blancas pagina 337. cum ſequentibus.
151 Et, vt inquit Calixtus Remirez Aragonenſis, in tract. de lege Regia. § 16 num. 35. cum ſequentibus, in Aragonia nobiles de cõſuetudine Regni nõ puniuntur pœnis corporalibus, ſed tãtum capiũtur, ſi delinquerint, & capti detinentur, ad voluntatem, & merce-
152 dem domini Regis: cui priuilegio, per nobilem renuntiare nõ poſſe, a multis traditum eſt. Non tamen deeſt, qui cõtrarium ſentit: quòd ſi à Richis hominibus non deſcendant, hoc priuilegio nõ gaudebunt, quantumuis in ſua pa-
153 tria nobiliorum numero ſint aſcripti: quia hoc priuilegium, reſpectu Richorum hominum Regni, conſuetudine introductum, nõ debebat ad alios extendi: quia adinſtar Richorum hominum Regni priuilegio Regis non fue-
154 rint redacti, hi enim, qui primo, Rich homines dicebãtur, poſtea nobiles fuerunt appellati ipſi, & eorum poſteri, vel qui ad eorum inſtar per D. Regem fuerint priuilegio creati. Et Hieronymus Blancas in Aragonenſiũ rerum Commentarijs, tit. de opti-
155 matibus, pag. 305. ita ait: Infantiones exemtii, hoc eſt immunes ab omni munere, ſeu onere: itaq; nemini dare ex neceſsitate, vel ſeruitute tenentur, ſunt tali nomine redemiti, quibus ſunt libertas, cõditionis decor, à tempore, quo non extat memoria adquiſita. Et Molinus in Repertorio fororum Aragoniæ in verbo, Nobiles, ita ait: Nob
156 les Aragonum, pro delictis eorum non puniuntur pœnis corporalibus, vide in obſer. 2. tit. de pace. fol. 31. &, vide in foro primo, tit. quod Regnis offic. Gober. lib. 10. fol. 56. in principio, tamẽ nobiles Aragonum pro delictis poſſun

poſſunt capi,&capti,detinere per do
minum Regem, & ſtabunt ad mer-
cedem domini Regis,quantum do-
minus Rex voluerit, vt in foro 1. §.
item ſtatuimus,tit.de confirmatione
157 pacis,fol.27. Et in dicto Aragonum
Regno,quatuor extant brachia: pri-
mum Eccleſiaſticum, in quò interue
niunt Prælati.ſecundum, nobilium:
tertium,militum; & Infantionum:
quartum,Vniuerſitatum, vt legitur
158 in actibus Curiæ Regni Aragonũ,
ſub Rub.ſiue tit.extraction de Dipu
tados,fol.68.vbi diſponitur: ſingulis
annis, die prima Maij extrahendos
eſſe ex curmena,ſiue burſa, vbi ſunt
inſacculati Eccleſiaſtici, duos ad offi
cium Diputati,& alios duos,ex bur-
ſa nobilium; vnum ex burſa militũ,
alium ex burſa Infantionum, vnum
ex burſa Ciuitatis Cæſaraugustæ, &
alium ex reliquis Ciuitatibus, vel op
pidis Regni. Et quia aliquãdo va-
cat locus in burſa militum, & non in
crumena Infantionum,Infantio,qui
vult inſacculari in burſa militum, ut
poſsit eſſe Diputatus,facit ſe armare
militem;& hæc militia non tollit no-
bilitatem,quam habebat,vt infantio.
159 Milites,& Infantiones, licèt nobiles
non appellentur; habent tamen nobi
litatem,non tamen æqualem illis,qui
vocantur nobiles in Aragonia; cùm
illi non poſsint corporaliter puniri,
vt dixi ſupra num. Milites ve
160 rò; & Infantiones poſſunt. Milites
dicuntur illi,qui fuerunt armati a Re
ge, infantiones verò filij, vel deſcen-
dentes à dictis militibus armatis, vt
dicit Molinus in repertorio fororum
Aragoniæ,fol.175.col.1. in fin.his ver
bis: Infantionis filius dicitur infãtio,
etiam ſi matrem habuiſſet villanam;
ſecus eſt,ſi pater fuiſſet villanus,&ma
ter infançona,quòd tunc filij nõ erũt
infantiones.ſed villani. Vide in foro
finali,tit.de conditione infantionatus
fol.25.lib.6.& in obſerua. Item ſi ali-
quis,la primera, tit. de ſalua infantio-
num,tit.11. Tamen filius militis non
dicitur,nec erit miles; ſed erit infan-
tio:quòd qualitas militiæ non tranſit
ad filios, licèt faciat eos infantiones;
ſiue filij ſint maſculi, ſiue fœminæ,ſiue
ſint legitimi,ſiue ſint illegitimi, vt in
obſeru.prima,tit. de condit. infantio.
fol.24. Tamen qualitas infançoniæ
tranſit ad filios, vt ibi dicitur: ex quo
pater eſt infantio. Et ſic habemus ex
161 prædictis, quòd Infantiones naſcun-
tur;milites verò fiunt, & creantur;
quòd ſine creatione actuali, ſeu pro-
motione ad militiam nullus poteſt
eſſe miles,vt in foro interes, titul de
creatione militum Calataiu.fol.191.
ex quo foro colligitur euidẽter:quòd
162 etiam dominus Rex,nec aliquis alius,
in nullo caſu,poteſt facere de non in
fançone,infãçonem,etiam in batalla,
licèt poſsit facere, de non milite,mili
tem; nec etiam poteſt dominus Rex,
per dictum forum concedere alicui,
qui nõ ſit infantio, priuilegium infan
çoniæ.
163 Infançones tamen, quicunq; poſ-
ſunt promoueri ad militiam,per quẽ
libet militem:alij non,niſi per domi-
num Regem, vt in dicta obſeruantia
prima,tit.de condit. infantio.fol.24.
Sed aduerte: quia iſta obſeruantia in
alijs

164 illis verbis: alij nō, niſi per dominum Regem eſt correcta, ſeu limitata per dictum forum Calata. in tit. de creatione militum: quia hodie, etiam dominus Rex non poteſt infantionem promouere ad militiam, niſi tantum in batalla, vt ibi dicitur; cuius contrarium erat ante foros Calataiulij; per dictam obſeruantiam primam de cō ditio. infantionatus.

165 Denique in dicto Regno Aragoniæ, eſt alia nobilitas, Ciuiū honoratorum, Ciuitatis Cæſarauguſtæ, qui ſūt immunes, & poſſunt milites armari, iuxta priuilegium conceſſum eidem Ciuitati per Sereniſsimum Regē A-
166 ragonum, cuius verba ſunt: Decernimus, volumus, & ſtatuimus, atq; concedimus, quòd ciues honorati dictæ Ciuitatis Cæſarauguſtæ, dumtaxat, qui nunc ſunt, vel qui pro tēpore fūerint, illorumque poſteritas, ac ſucceſſores eorum, ibidem habitantes, & habitaturi, nunquam nobis, & ſucceſſoribus noſtris marauetinum, ſeu monetatiuum dare, aut ſoluere teneātur, & quòd poſsint, quandocunque voluerint, ad gradum militum promoueri, & accingi cingulo militariū, nulla noſtra, vel ſucceſſoribus noſtris petita, vel obtenta licentia; cuius priuilegij fit mentio lib. 6. obſeruantiarum Regni Aragonum, tit. de condit. infantionatus, obſeruantia 1. de qua ſu-
167 pra num. Et Rex creat ciues honoratos Cæſarauguſtæ, etiam ſi ſint filij mechanicorum: & iſti ciues honora-
168 ti poſsunt armari milites, à quocunq; milite, & filij horū militum ſunt infantiones, quamuis ſint nepotes plebeiorum; & hæc nobilitas noua, valde de inferioris æſtimationis eſt illa, quā
169 habent infantiones domorum nobilium.

170 Regnum Valentiæ fuit expugnatum per Sereniſsimum Regem Iacobum Primum, qui poſsidebat Regnū Aragoniæ, & Principatum Cataloniæ, & in expugnatione, & acquiſitione dicti Regni, multi Aragonenſes, & Gotholani eidem inſeruierunt, & paucis ſoluebantur pecuniæ pro ſtipendio militari; quia dictus Rex eis indigebat; ſed pugnabant ſpe pręmij: & cum aliquibus eorum Rex pactū inierat, quòd ex oppidis, vel pagis acquirendis in dicto Regno, partem eis daret: alijs verò militibus, de terris acquirendis, tot iugera, ſiue caſficiatas terræ vnicuique dare promiſit. Et ita de victis Sarracenis, qui dictum Regnum occupabant, Sereniſsimus Iacobus Primus, nobilibus Aragoniæ, & Cataloniæ oppida, ſeu pagos, in remuneratione ſeruitiorū, ipſi in bello præſtitorum, donauit: alijs verò terras conceſsit. Vnde multi Aragonenſes,
171 & Gotholani in dicto Regno Valē-
172 tiæ, Populati remanſerunt, & ex præſtantioribus nobilibus Cathaloniæ, & Regni Aragoniæ, vt ſunt Marchio
173 Guadaleſt, qui eſt Cardona, Marchio de Quirra, qui eſt Centelles, Dominus Baronia de Oropeſa, qui eſt Ceruello, Comes de Aranda, qui eſt Vrrea, Marchio de la Caſta, olim Comes de Alaquas, qui eſt Pardo, dominus Baroniæ de Xalo, qui eſt de Ixar. Qui omnes poſsident oppida in Regno Valentiæ, & deſcendunt ex anti

qui-

conuentu nobilium:niſi ſint legitimi, & naturales,vel legitimati : Sed tales illegitimi nobilium habentur pro ci-
183 uibus honoratis, & vti tales exercent officia publica Vniuerſitatum , quæ ſolent exercere ciues:nō vero ea, quæ tantum poſſunt exercere milites, vel generoſi.

Alio etiam nomine dicti genero-
184 ſi,Gentils homs vocantur : quod idē ſignificat. Et hoc nomine in Gallia, nobilitas appellatur. Vt ait Tiraquel. de nobilitate,cap.2. num:53.

Denique,eſt aliud genus nobilita-
185 tis,ciuium honoratorum,ciuitatis Valentiæ, qui gaudent priuilegio militari, iuxta priuilegium 11. Regis Alphonſi Tertij,in volumine priuilegiorū Regis Valentiæ, fol.183 ibi: Qua-
186 propter ad humilis ſupplicationis inſtantiam Ambaſiatorū ciuitatis prætactę,in Curia noſtra reſidentium de præſenti; tenore præſentis priuilegij noſtri, cunctis temporibus valeturi, ſtatuimus,volumus, & ordinamus, vobiſque Iuratis, Probis hominibus, habitatoribus,& vniuerſitati prędictę concedimus in donum gratiæ ſpecialis:quòd ab inde, in antea, æternis tēporibus,omnes ciues honorati,Doctores, & Licentiati Iureperiti, & alij ciues,qui exercuerint, vel exercent in futurum officia Iuſtitiatus criminalis, ciuilis, Iuratorū, & Muſtaſafij,ſeu aliquod,ex dictis officijs, habitatoris ciuitatis prædictæ, præſentes pariter, & futuri gaudeant, & gaudere poſsint, vtantur,vtique poſsint,& valeant plenariè,& potentèr omnibus illis libertatibus, immunitatibus, honoribus, gratijs,& priuilegijs, quibus milites, & homines de paratico gaudent, & gaudere poſsunt,& debent, vtunturque, ac gaudere, & vti ſint quomodolibet conſueti,de conſuetudine, vel iure,aut aliàs quouis modo, ac dicti ciues honorati,Doctores,& licentiati habeantur,& reputentur milites, ac ſi inſignia militaria recipiſſent, & ad illa recipienda non aſtringantur intra annum,vel poſt,quandocunque.

187 Iuxta quod priuilegium Regis Alphonſi 3. (quod habet vim legis in Regno Valentiæ) gaudent priuilegio militari omnes Doctores, nedum Iuris Pontificij,vel Cæſarei,ſed etiā Medicinæ. Et idem procedit de iure, vt probat Peguera deciſ. 165. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Regia Audiētia.
188 Quod à fortiori procedit in Medicis Regij cubiculi,vulgo dictis *De la Camara*, qui habent dignitatem Comitum, primi Ordinis, vt inquit, Bart.in l.1. de Comitibus, & archiatris,lib.12.c.

189 Et ciues,qui aliquod ex officijs publicis,ibi enumeratis,exercuerint, etiā ſi fuerint mercatores, Notarij, Pharmacopolæ,vel Chirurgi,ſi dictis artibus renunciarunt,& obtinuerint, & exercuerunt aliquod ex dictis officijs, nimirum iudicis ordinarij, in cauſis criminalibus Vrbis,qui exercet merū imperium,& iuriſdictionem criminalium(Et Iuſticia criminal vocatur) vel iudicis ordinarij, in cauſis ciuilibus: (qui exercet mixtum imperium, & iuriſdictionem)qui,juſticia ciuil appellatur)vel fuerit decurio, (qui Iurat,dicitur)vel fuerit ædilis,qui curat de recto pondere,& menſura omnium rerum venalium (qui Muſta çaf,voca-

tur(

tur) iſti, inquam, poſtquam aliquod, ex dictis quatuor officijs publicis exercuerit, gaudebit priuilegio militari.

190 Ciues autem honorati, non eſt neceſſe, vt exercuerint aliquod ex dictis officijs, vt militibus, ſeu equitibus æqui-
191 parentur ad hoc, vt gaudeant priuilegio militari. Et iſti, qui ſunt ciues a tēpore immemoriali, in magna æſtimatione habentur; contrahunt mattimonium cum fœminis nobilioribus, eorum filiæ, nubunt viris nobilioribus, & aliquando Baronibus, & inter alias vidi filiam Bernardi Ludouici Vidal, ciuis honorati, nuptam cum Dō Philippo Boil, domino Baroniæ de Maniſes, ſitæ in Regno Valentiæ, deſcendēte à domino Baroniæ de Boil Regni Aragoniæ, & dictus Vidal erat ciues honoratus, à tēpore, quo ciuitas Valentiæ per Sereniſſimum Regem Iacobū Primum fuit a manibus Sarracenorū exēpta, habebat in eius domo equos generoſos, ſeruos Æthio-
192 pes, Ancillas, & magnam familiam & ſplendorem. Reperitur etiam in publicis ſcripturis, ciues honoratos fuiſſe dominos Baroniarum, & oppidorum, & aliqua ex his ab eis fuiſſe fideicommiſſa, ſeu maioratui ſubiecta. Et iſti ciues honorati, pro hidalguis reputantur. Et ſi aliquis, cui conceſſus fuit habitus Religionum militarium, diui Iacobi, Alcātaræ, ſeu Calatrauæ, habet aliquem Auum Ciuē honoratum, hac ex parte habilis repu-
193 tatur ad deferendum habitum dictæ Religionis militaris. Et noui Valen-
194 tiæ aliquos admiſſos ad dictas Religiones, ſiue Ordines militares, qui habebant Auos Ciues honoratos.

195 Et quamuis iſti Ciues honorati, vel qui ſunt generoſi, vel de genere militari deſcendentes, cingulum militare accipiant, ſiue armētur milites, non proinde prohibentur deferre habitum dictarum Religionum diui Iacobi, & Calatrauæ: non enim perdūt nobilitatem ſanguinis, per priuilegiū militiæ ſuperueniens. Iſti namq; non
196 fiunt ex plebeis milites, ſiue equites, virtute priuilegij Regij, vt dici poſſint milites ex priuilegio, ad differentiam nobilium ex ſanguine: ſed ſuppoſita dicta ſanguinis nobilitate, hoc eſt, quòd à tempore immemoriali, gaudent priuilegio militari, dicuntur iſti milites, *Caualleros de eſpuela dorada*, de quibus ſcripſi ſupra num.

Ex quibus ſupra deductis à nu. 1. vſque ad 43. ſententia lata in Regia Audientia Valentina, in fauorem dictorū Hieronymi de Caſpe, & Marci Antonij de Caſpe, publicata per Frāciſcum Pablum Alreus die 20 Aprilis 1622. fuit confirmata in hoc S.S.R. Conſilio, cum alia lata, referente domino don Balthaſare Nauarro de Arroyta, Regente Cancellariam, publicata per Ioannem Hieronymum Ricarte, Regij mandati Scribam, die 27. Iulij 1627. Et ita fuit declaratum, Valentinos deſcendētes ab hidalguis Caſtellæ eſſe milites, & equites Valentię.

DECISIO X.

Domini locorum, qui tantum habēt iuriſdictionem Alphonſinam in Regno Valentiæ, non poſſunt viſitare bona propria Vniuerſitatis: & quibus dnis ius viſitandi ſpectat.

Po

1 *Populationi at oppida fuerunt ad forum Aragoniæ, in Regno Valentiæ tempore expugnationis illius.*

2 *Alphonſus II. Rex Valentiæ, fuit primus huius nominis, qui celebrauit Curias Valentiæ: & ideo ſic ſcribitur in foro 78. de iuriſdictio, Alphonſus I.*

3 *Alpōſus Rex cōceſsit certos gradus meri imperij, ſiue iuriſdictionē Alphōſinam, dominis oppidorum, conſentientibus foris, & num. 4.*

4 *Alphonſina iuriſdictio, quæ dicatur.*

5 *Archiepiſcopus Valētinus habet in ſuo loco, de Puçol, iuriſdictionem Alphonſinam: non autem omne merum imperium: & voluit viſitare bona propria vniuerſitatis illius num. 6.*

7 *Viſitare vniuerſitates, & exigere rationes ab adminiſtratoribus redituum, & bonorū illarum, poſſunt Prælati, qui habent oppida. Declarā ut n. 35.*

8 *Rationes bonorum vniuerſitatis reuidere poſſunt domini locorum, in Regno Caſtellæ.*

9 *Domini locorum poſſunt compellere officiales ad reddendum rationes bonorum vniuerſitatis: declarā vt n. 38.*

10 *Dominus oppidi dicitur pater ſuorum ſubiectorum, & ad ipſum ſpectat cura; an idoneo modo, bona vniuerſitatis fuerint expenſſa.*

11 *Barones, ratione iuriſdictionis, quam habent, poſsint cogere vniuerſitates ad redendum computa adminiſtrationis, publicæ pecuniæ.*

12 *Iuriſdictionem Alphonſinam habens, cognoſcere poteſt de omnibus caſibus, dempta morte naturali, & ciuili, membri mutilatione. Et viſitare vniuerſitates, non eſt de dictis caſibus exceptuaits.*

13 *Magiſtri Monteſiæ officiales, poſsunt, iuxta nouam pragmaticam, exigere rationes vniuerſitatum, & num. 14. & quare num. 43.*

14 *Monteſiæ Religio, quam iuriſdictionem habeat in ſuis oppidis.*

15 *Sententia lata in fauorem oppidi de Onda, contra Magiſtrum Monteſiæ anno 1584. fui reuocata per Regiam pragmaticam.*

Lex poſterior reuocat priorem.

Senatus non aſtringitur ſuis ſententijs.

16 *Sententia Regia aliquando non facit ius, quoad omnes, vt declaratur infra num. 45.*

17 *Domini locorum, per foros antiquos habebant iuriſdictionē ciuilem, mixtū imperiū, & carcerem in Regno Valentiæ.*

18 *Mixtū imperiū, cui, etiam iuriſdictio ineſt, quomodo intelligatur.*

19 *Vniuerſitatum cauſæ, ad ſupremam iuriſdictionē Regis pertinent, & ſunt conſiſtoriales, & nu. 21.*

20 *Legis vnicæ, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas priuilegiū competit vniuerſitati.*

22 *Gubernator Regni Valentiæ cognoſcit de omnibus cauſis vniuerſitatū, quāuis ſint Baronum.*

23 *Sententiæ latæ in S.S.R.C. in fauorē oppidi de Onda die 2. Martij 1584. tenor refertur. Viſitandi vniuerſitates, & examinandi rationes illarum, ad ſupremam poteſtatem, & iuriſdictionem ſpectat, nu. 47.*

24 *Sententia a Rege lata, cauſa cognita, facit ius in omnibus ſimilibus cauſis, & ita diſpoſitum eſt priuilegio Regni Valentiæ, numero 25.*

26 Religio Monteſiæ in oppido de Onda, habebat iuriſdictionem Alphonſinā.

27 Magna Curia Vicariæ cognoſcit de exceſſibus officialium aliorum delinquentium in eorum Officijs: & an hoc intelligantur tantum de Officialibus Regus; an vero etiam de omnibus alijs.

28 Iuriſdictio Alphonſina, adeo fuit ſtricte dominis locorum conceſſa, quod nō poſſunt remittere pœnam impoſitam, in caſibus ſuæ iuriſdictionis.

29 Remittendi delicta facultas, ad Regem tantum ſpectat.

30 Iudicibus commiſſa eſt tantum adminiſtratio iuſtitiæ: non vero gratiæ.

31 Oſervantia ſubſecuta declarauit: dominos, habentes tantum iurisdictionem Alphonſinam, non poſſe viſitare vniuerſitates ſuorum oppidorum; & declarauit in for. 78. de iuriſdictione, non fuiſſe conceſſam hanc facultatē.

32 Conſuetudo, eſt optima legum interpres.

33 Obſeruantia ſubſecuta, quantam vim habeat, datiſsimè declaratur.

34 Nouitates ſunt fugiendæ.

35 Dñi oppidorū, quibus a Rege conceſſa eſt facultas viſitandi vniuerſitates eorum, bene poſſunt viſitare, virtute dictæ facultatis, & nu 37.

36 Lex 12. tit. 1. pat. 2. verba referuntur & declarantur.

39 Barones habentes merum, & mixtū imperium, poſſunt cogere vniuerſitates ad reddendum rationes.

40 Barones in Regno Neapolitano poſſunt remittere delicta, iuxta capitulū Regni.

41 Viſitandi vniuerſitates regalia, non fuit cōceſſa per for. 78. de iuriſdic.

42 Regaliæ non comprehenduntur in generali conceſsione, niſi exprimantur.

44 Clauſula, ſine præiudicio iurium, præſeruat ius.

46 Viſitare vniuerſitates, & exigere rationes ab adminiſtratoribus bonorum earum, non eſt ſimpliciter mixti imperij: ſed habet amplius, præeminentiam Regi competentem, quæ non comprehenditur in conceſsione mixti imperij tantum.

47 Sententiæ latæ cum votis S.S.R.C. in fauorem oppidi de Puçol, contra Archiepiſcopum Valentinum, 27. Ianuarij 1625. tenor refertur.

1 IN Regno Valētiæ, tempore expugnationis illius, multa oppida fuerunt populata ad forum Aragoniæ (hoc eſt) quod in eis debebāt iudicari iuxta foros Regni Aragoniæ, & in alijs omnibus ſeruarentur fori Valētiæ: hoc eſt, leges illæ, quæ fuerūt cōditæ per Sereniſsimum Regē Aragonū, Iacobum Primum dicti Regni Valentiæ, expugnatorum. Et quia hoc videbatur inconueniens, vt in eodem Regno diuerſæ leges, & aliquādo contrariæ, obſeruarentur in diuerſis oppidis reſpectiuè, Sereniſsimus Rex Valentiæ Alphonſus Secundus, qui fuit Primus huius nominis, qui celebrauit Curias Valentiæ (& ideo in inſcriptione fori 78. de iuriſdict. omn. iud. fol. 75. Appellatur Alphōſus Primus) licet fuit Alphonſus Tertius Regum Aragonum: anteq; enim Regnū Valentiæ eſſet Regnum Aragonum, iam in Aragonia regnauerant duo, appellati Alphonſi. Hic igitur Rex in Curijs, celebratis Valentiæ anno 138.

Con-

Cōceſsit Prælatis,Richis hominibus, militibus,& ciuibus habentibus oppida,ſeu loca in Regno Valentiæ,abſq; mero imperio,qui conſentirent foris in dictisCurijs factis, tresvltimos gradus meri imperij:de quibus Bart in l. imperium,nu.8.cum ſeqq.ff de iuriſ. dict.omn.iudi. Nimirum:merum imperium,paruū, minus, & minimum, &, omne mixtum imperium. Et hęc iuriſdictio, dicto foro cōceſſa Alphōſina, Alphonſina appellatur: quia per dictum Regem Alphonſum fuit conceſſa:vt latius eſt videre in dicto foro 78.de iuriſd. Hanc iuriſdictionem

5 Alphonſinam habet Archiepiſcopus Valentinus in ſuo loco de Puçol, qui eſt Menſæ Archiepiſcopalis,&ſitus intra terminos generales ciuitatis Valētiæ: nō autem habet in eo omne merum & mixtum imperium: & ſic in eo nō poteſt exercere alios tres gradus meri

6 imperij, Maximi,Maioris,& Magni: (de quibus Bar.vbi ſupra)dictus Archiepiſcopus voluit viſitare vniuerſitatem dicti loci de Puçol,nimirum redditus,&bona propria illius,& examinare rationes accepti,& ſoluti,ab Adminiſtratoribus,officialibus,&exactoribus,qui pro tempore fuerūt,ſiſſarū, & peytarum,dictę vniuerſitatis. Et ad hunc effectum, die 26. Nouembris 1623.fuit factum pręconium in dicto loco de Puçol,notum faciendo omnibus,quòd dictus Archiepiſcopus nominauerat Doctorem Vincentiū Planes,Iuriſconſultum ad effectum viſitandi,nomine ſuæ Illuſtriſsimæ dominationis,dictam vniuerſitatem, a triginta annis citra: præcipiendo, vt ad primā diem Decembris, immediatè ſequentis,officiales dicti loci haberent paratos libros, concernentes administrationes redditnum, & aliorū bonorum,dictæ vniuerſitatis. A quo preconio appellauit Syndicus dicti loci de Puçol, prætendendo: Archiepiſcum nō habere iuriſdictionem in dicto loco ad viſitandum vniuerſitatem: & cauſam appellationis introduxit in Regia Audien. Valen. Et poſtea dicta cauſa; vigore literarū cauſare cognoſcendi, fuit adducta ad hoc Sacrum, Supremum Conſilium,vbi de meritis illius fuit cognitum.

7 Primò: pro parte Archiepiſcopi Valentini allegabatur, id iure facere potuiſſe. Nam viſitare vniuerſitates, & exigere rationes ab admidiſtratoribus reddituum, & bonorum illarūm, eſt Prælatorum, qui habent oppida,vt ſcribit Bouad. in ſua Politi.libro 2.cap.16.nu. 50.pag.mihi 821.vbi

8 dicit, ita fuiſſe iudicatum in Regio Granatenſi Conſilio. Et lib.5.cap.4. num.2.& Marcus Salon de pace, in l.3.Tauri,nu.451.ita ſcribit: *Dominus oneratur in eius vaſſallis viſitandis, vt probatur in cap.Procuratores,& in c. ad Sopite,de cenſibus:& in videndo, an commodè,oportuneq; bona, ac redditus expendantur, vt probatur in l.fin. C.de debit. Ciuit. lib. 11. & in c.conquerente,de reſtitutione ſpoliatorum. Petrus Auendaño de exequend. mandat, Reg.prima parte, cap.9.num.1.* his verbis: *Cum ergo reuidere rationes,ſit officium Regis, & domini locorum ſint oppoſiti in ſuis locis, loco,& vice Regum, bene ſequitur, quod ad eos, & non ad alios, pertinet, has rationes videre,vt in l.12.tit.1.p 2.quod præ maximè verū eſt:quādo dñi locorū ſyndi*

cāt Officiales Reipubl. nā cū fidem bonorū
acceptorū a Republica, & ab ipſis datorū
debeant videre, vt in l. 2. §. quod de fru-
mentaria. ff. de adminiſ. rerū: ideo debito-
res Reipubicæ ſint ſyndicandi a dñis, &
niſi eis præſtiterint rationes, nihil valeat
ratio alijs præſtita. Et Guid. Pap. deciſ.
631. n. 29. & ſeqq. Hoc idē probat his
verbis: *Ad quartū dubiū veniendo, vide-*
licet, an dño, & ſuis officiarijs, de iure cō-
petat cōpulſio ad reddēdum cōputum corā
dño, & ſuis officiarijs, de tallia, exacta
ab habitantibus cōmunitatis. Et certe di-
cendū eſt: quod hoc dubiū dependet a præ-
cedentibus; quare dicendū eſt, quod cōpe-
tit dño cogere Probos, & Syndicos elec-
9 *tos ad reddendū cōputum ſibi dño, vna cū*
alijs: quoniā, cū dñs dicatur, Pater ſuorū
ſubiectorū, & ſe debeat habere erga ſub-
10 *ditos, ſicut pater erga filios*, vt C. de de-
bit. ciuit. l. fin. in fi. n. lib 11. & ibi text.
Et eſt etiā tex. in Aut. de armis, §. ſi
vero nouum. col. & ibi not. & tex de
cenſ. c. cū Apoſtolis, & extra de reſti.
ſpoliator. cap. conquerēte, & not. per
gloſ. in c. contingit lo 1. gloſ. poſt me-
dium, extra de ſent. excom. & in Au-
then. vt hi, qui oblig. ſe haper. in fin.
col 6. & tex. in Auth. iusiurād. quod
præſtatur ab his §. deuotos, col. 3. &
in Auth ut iud. ſine quoquo ſuffrag.
§. eas igitur ad ipſum dominum, &
ſuos officiarios ſpectat cura, an ido-
neo modo pecunia, & bona villæ, &
cōmunitatis fuerint expenſa, & diſ-
tributa, ac tractata. Quod nullo mo-
do poſſet ſcire dñs, niſi audiret per
ſe, vel per ſuos officiarios cōputum.
Præmiſſam conſequētiā facit expreſ-
ſè d. l. fi. in fi. C. de debit civit. libr. 11.
& facit C. de adminiſ. rer. publ. l. fi. §.
fin. eod lib. & l. 2. C. de iure fiſc. lib.
10. & ibi notat. per gloſ. & Docto. &
etiā ſpectat tuitio, & defenſio ſimpli-
ciū nō valentiū ſe defendere, vt in d.
Auht. vt hi, qui oblig. res. in fi. & not.
68. diſt. c. quorū vices. Quia etiā inte-
reſt dni, habere ſubiectos locupletes;
vt ſi opus ſit, meliùs valeāt ſibi ſuccur-
rere, vt notat. extra, de excep. c. 3. glo.
11 1. Hactenus Guid. Pap. io dict. deciſ.
631. & Don Garcia Maſtril. de Ma-
giſt. lib. 4. c. 16. n. 134. tom. 2. pag. 80.
ita ſcribit: *Amplia decimonono: vt Baro-*
nes, ratione iuriſdictionis, quā habent, poſ-
ſunt cogere vniuerſitates eorū ad redden-
dum computa adminiſtrationis, publicæ
pecuniæ, in quam cauſam ſint conſumptæ.
Vt notanter tradidit Guid. Pap. deciſ. 631
nu. 29. Crauet. conſ. 238. per totum, Me-
noc. de arbitr. quæſt. 282. n. 28. Anton. de
Ball. in tit. de quæſt. lib. 4 quæſt. 2. n. 67.
Frec. de feud. lib. 2. auctor. 18. Vincent. de
An. alleg. 130. n. 15, Montan. de adminiſ.
§. 9. nu. 5. fol. 30. & nu. 14 fol. 19. Vincen.
de Franch. deciſio, 430. Auenda. de exe-
quend. mand. part. prima, cap. 9. nu. 1. Bo-
uad. lib. 2. Polit. c. 16. n. 50. vbi refert ita
iudicatū. Et lib. 5. c. 4. nu. 2. & poſt alios,
Muñoz de Eſcobar, de ratiocin. adminiſ.
cap. 4. nu. 1. cum ſeq.
12 Secundo: Nā, qui habēt iuriſdic-
tionē Alphonſinā, habēt cognoſcere
de omnibus caſibus, dēpta morte na-
turali, & mēbri mutilatione, vt in-
quit Bellug. in Speculo Principum,
Rubr. 24. de mixto imperio, n. fi. ad
fin. quia, vt ipſemet dicit, in principio
ante n. 1. mixtū imperium competit ex
lege Regni, Regis Alphōſi, hoc eſt, iux-
ta dictū for. 78. de iuriſd. nō habētibus
merū imperium: ſed viſitare vniuerſita-
tes,

tes,&exigere rationes ab adminiſtratoribus redituũ,&emolumẽtum illaru nõ eſt de dictis caſibus exceptuatis:ergo dictus Archiepiſcopus Valẽtinus, qui habet in dicto loco de Puçol iuriſdictionem Alphõſinam,poteſt bona vniuerſitatis viſitare.

13 Tertio: habẽtes tãtum Alphonſinã iuriſdictionẽ poſſe viſitare vniuerſitates,& exigere rationes ab adminiſtratoribus reddituũ, & bonorũ earũ expreſſe ſancitũ fuit in c.8 Regiæ Pragma.publicata Valẽtiæ die 3. Decẽbris 1596.Cum enim per mortem Dõ Petri Ludouici Galcerãdi aBorgia,vltimi Magiſtri Mõteſiæ, fuiſſet auctoritate Apoſtolica,perpetuo incorporata Regiæ Coronæ Aragonũ adminiſtratio Magiſtratus Ordinis Virginis Mariæ Moteſiæ,& S.Georgij de Alphama,& ita per Regẽ exiſteret iuriſdictio Regia, & etiã vti adminiſtrator perpetuus iuriſdictionis ordinis Mõteſiæ, ad tollendum contentiones inter Regios officiales ex vna,& officiales dictæ religionis,parte ex altera,& difficultates, quæ poſſent oriri circa hoc. an iuriſdictio ſuę Maieſtati cõpeteret vti Regi,an veró eſſet dicti ordinis,& Religionis,declarauit in c.1.dictæ regiæ pragmaticæ: Quód in omnibus oppidis dicti
14 Magiſtratus,& pręceptoriarum,ſiue encomendarum illius,dicta Religio habet omnimodã iuriſdictionẽ,merũ & mixtũ imperiũ(exceptis oppidis, Ondę,& Villæfames,& locis Balliatus Mõcatæ,Sillã, & Zueca, in quibus tãtum habet Alphonſinã, & oppidis de Ademus,Caſtellfabi,&Borſiana, in quibus tantum habet ſolam fructuũ perceptionẽ,abſq;alia iuriſdictione.)Et poſt in eodẽ c.8 eiuſdem regiæ pragmaticæ,ſanciuit: ius ſyndicandi officiales in oppidis,in quibus dicta religio habet omnimodã iuriſdictionẽ,merũ, & mixtum imperiũ, ad ſuã Maieſtatẽ, vti adminiſtratorẽ perpetuum,pertinere: ſed in oppidis &locis,in quibus dicta religio tãtum habet iuriſdictionẽ Alphonſinã, ad ſuã Maieſtatẽ, vti adminiſtratorem perpetuum illius, & ad ſuos officiales dicto nomine pertinet viſitare redditus,&propria bona vniuerſitatum priuatiue , ad regios officiales, quĩ propriè eſt caſus noſter.Per quã pragmaticã fuit ſublatum id,quod fuerat deciſum, cum regia ſententia lata in hoc S.S R.Cõſilio, in fauorẽ Procu
15 ratoris Regij Patrimonij, & Syndici oppidi de Onda, & cõtra Magiſtrum ordinis Mõteſiæ.Quæ ſententia fuit publicata per Petrum Franqueza,Regium mãdati Scribã die 2. Martij 1584.Nimirum ius viſitandi, & examinãdi rationes vniuerſitatis, ſpectare ad ſupremã poteſtatẽ,& iuriſdictionẽ,& dictũ Magiſtrum Mõteſiæ nõ poſſe viſitare dictã vniuerſitatẽ oppidi de Onda: quia cum dicta regia pragmatica,quę lex eſt, ſit facta poſt lata dictã regiã ſententiam, reuocat in in illa declaratum, quãuis vim legis haberet:lex enim poſterior reuocat priorem,c.1.de conſtit. in 6. & Senatus nõ adſtringitur ſuis ſentẽtijs,vt probat Menoc.cõſ.101.lib.6. n. Vltra quod,rõ quælibet ſentẽtia regia habet vim legis, vt bene probat
16 Cab.deciſ.212.n.3.& 4.1.p.&ita in c. 19.ſententię grauaminũ,latè per Catho

16 licũ Regẽ Ferdinandũ, anno 1510. quę
habetur in extrau. for. fo. 75. col. 2. poſt
mediũ, leguntur hæc verba: *In grauami
ne, oblato pro parte villæ Caſtellionis, ſu-
per ſale, prouidem: quod non procedit: quia
ſententia Regia non facit ius quoad omnes.*

17 Quarto: nã dñi oppidorum, pago-
rũ, ſiue locorũ, litorũ in Regno Valen
tiæ, a tẽpore expugnationis illius, mul
to, antequã eſſet cõditus dictus forus
78. de iuriſd. cũ quo, eis fuit cõceſſa iu-
riſdictio Alphõſina, iã habebãt iuriſdic
tionẽ ciuilẽ per foros antiquos, vt vi-
dere eſt in for. 70. incipiẽti, Si el ciuta-
da, & in for. 71. incipiẽti. tots los habi-
tadors, in Rub. de iur. om. iud. fol. 74.
& habebãt mixtũ imperiũ, & carcerẽ,
vt notat Belluga rub. 24. §. poſtremo.
n. 2. verſ. Secũdũ eſt. Et probatur in di
cto for. 78, col. 4. ibi· *Lo ciuil, qui perta-
nyper fur antic, als ſeñors de dits llocs, o al
que huy es, ſe entena en tot cas, de nafres, o
cujus exclusiue, a tot mixti imperi, e preſo.*

18 Et exigere rationes ab adminiſtratori
bus bonorũ vniuerſitatis, & eos cõpel
lere, ad ſoluendũ quãtitates, eis debi-
tas, eſt mixti imperii, vt conſtat ex his
quæ docet Bar. in l. imperiũ, n. 14. ff. de
iuriſd. om. iud. vbi inquit: dictã l 1. ibi:
Mixtũ eſt imperiũ, cui etiã iuriſdictio ineſt,
iuxta opinionẽ Iacobi de Are. debere
exponi; quod ei ineſt iuriſdictio, hoc
eſt, qualitas iuriſdictionis; quia cõſiſtit
in cõmodo pecuniario. Quæ expoſi-
tio, inquit Bart. ſatis procedit, vel me
lius; quia quod ideo dicitur mixtũ im,
quia capit à mero imperio, quod iudi
cis officio nobili expeditur, & à iuriſ-
dictione, quia recipit priuatam vtilita-
tẽ. Et poſtea in n. 20. ait: mixtũ impe-
riũ parũ eſſe illud, quod fit cũ plena
cauſæ cognitione, licet nõ habeat coer
tionẽ realẽ, vel perſonalẽ; ſed dñi oppi
dorũ Regni, habẽtes Alphonſinã ante
conceſsionẽ illius, iã habebãt mixtũ Im
periũ, vt inquit Belluga, rub. 24. nu. 2.
verſ. Sciendũ; ergo virtute huiuſmodi
mixti imperij, poterũt viſitare vniuerſi
tates, & exigere rationes reddituum, &
bonorũ illarũ; hoc enim faciunt iudi-
cis officio, ad priuatam vtilitatem cu-
iuſque vniuerſitatis.

Sed his non obſtantibus contrariũ
19 fuit deciſum.

Primò: quia cauſæ vniuerſitatũ ad
ſupremã iuriſdictionẽ Regis pertinẽt,
& ſunt cõſiſtoriales. Calil in Margari
ta fiſci. 8. dub. prærog. 65. pag. 117. ibi
65. Quia Princeps, qui ſua prerogatiua,
in ſuo cõſiſtorio de cauſsis arduis vni
uerſitatũ, vel corporũ, vt in l. vt inerſi.
C. de diuerſ. reſc. Cõciuis meus Bellu.
in Spec. Princ. rub. 38. de Præl. in §. cõ-
querũtur, n. 2. prop fin. ibi, Quia cauſæ
corporũ, & vniuerſitatũ ſunt cõſiſtoria
les, vt dicit Bald. per eundẽ tex. in l. ti
C. de diuerſ. reſcr. & ſic per Principẽ,
& eius procuratorẽ, & Conſiliũ, ſunt
determinãdæ. Carauita in ritib. Mag.
Cur. rit. 233. n. 2. & 3. dicẽs, priuilegium
l. vnicæ, C. quãdo Imperator inter pu-
pillos, & viduas cõpetere vniuerſita-
ti tũ, quia ſub ſe cõcludit viduas, pupil
los, aliaſq; perſonas miſerabiles, prop-
ter quod eadẽ ratio cenſetur eſſe, quæ
eſt in vno quoq; eorũ; tũ etiã per text.
not. in l. Rẽpublicã C. de iure rei, pũb.
lib. 11. iuncta gloſ. vbi vniuerſitates pu
pillis æquiparatur. Mich. Ferrer, prima
par. obſerua. Regiæ Audientiæ Catha
loniæ cap. 29. vbi allegat Mier. in con
ſtit. Tollẽs lo abus, n. 21. & 22. coll. 10.

Porr.

Digitized by Google

Port.in Scholijs ad Molinum, in verbo, Vniuerſitas,nu.6.pag. 930. ſubdēs hæc verba: *Et hinc eſt, quod in Regno Neapolitano, ac in Regno Franciæ, ſola magna, & ſuprema Curia de cauſis vniuerſitatum,* etiam in prima inſtantia, cognoſcere poteſt, vt ita tradit Afflict. in conſtit. Neap. Rub. 39. fol. 104. quibus ſtylus Parlamenti, 3. part. Rub. de quibus cauſis Curia Parlamenti cognoſcere conſueuit, & Rebuff. in Cōcord. in Proœm. in verbo Summas, in 14.
20 priuil. fol. 12. iuxta moderniorem editionem. Et quod priuilegium dictæ l. vnicæ. C. quando Imperator, inter pupillos, & viduas, & cauſa ſit conſiſtorialis, cōpetat vniuerſitati, tenuit Alb. ad Bart. dicta l. vnica. nu. 3. prope fin. inquit; Priuilegia pupillis conceſſa, cenſeri pariter cauſa quibuſcunque alijs perſonis, quæ per adminiſtratores gubernantur, & reguntur. Iuxta glo. in l. 2. C. de curatore furioſi, refert, & ſequitur Caſtillo quotidianarū quæſt. lib. 3.
21 c. 25. n. 22. Idē, quod cauſæ vniuerſitatū ſint cōſiſtoriales, ſcribit Bardaxi, in trac. de offic. gub. q 5. nu. 100. pag. 100: his verbis: Itē illud idē dicendū eſt de vniuerſitatibus quod dictū eſt de dñis vaſſallarū, & caſtrorū, vt nō poſint cōueniri, etiā ſi velint, niſi corā dño Rege primogenito regēt. officiū gubern. vel Iuſtitia Aragonū, per dicta obſeruantiā, Itē nobiliū de foro cōpetēti; & in noſtro Valent. Regno expreſſe diſpoſitū eſt in c. 10. ſtyli Gubernationis, in extrau. fororū fo. 52. Omnes cauſas
22 vniuerſitatū, quāuis ſint Baronū, eſſe de foro, & iuriſdictione Gubernatoris Valētiæ, & corā eo verti debere; nedum, quando vniuerſitas conuenitur, ſed etiā quādo eſt actrix, Vnde cū viſitare vniuerſitatē, & adminiſtratores redditiuū, & bonorū eiuſdē, ſit cauſa vniuerſitatis, cū in ea agatur principaliter de intereſſe vniuerſitatis, meritò debet tractari corā Gubernatore Valentiæ, ad cuius officiū ſpectat viſitare vniuerſitates. Iuxta for. 96. de iuriſdi- om. iudic, & non ad dominos locorū, & oppidorum, habentes tantum Alphonſinam iuriſdictionem.

23 Secundo: hic caſus deciſus fuit cū Regia ſentētia, lata ad fauorē Procuratoris Patrimonialis, & cōtra Magiſtrū Mōteſiæ, publicata per Petrū Frāqueza, Regiū Scribam mandati, die 23 Martij 1584. tenoris ſequentis.

Quia ius viſitandi, & exigendi, & examinandi rationes vniuerſitatis de Onda, de ratione iuris ſcripta, & alias pertinet, & ſpectat ad ſupremā poteſtatē, & iuriſdictionē, cuius muneris eſt, adminiſtratores bonorum dictæ vniuerſitatis, ad id cōpellere, & ſuo caſu (vt fuerit oportunū) corrigere, neque dñs inferioris iuriſdictionis, etiā inſtante, parte de officiali adminiſtratore bonorū, poteſt ſe intromittere: cū cauſæ vniuerſitatū ad ſupremā, & Regiā Maieſtatē pertineat, & nullo modo, ſeu ratione permitti debeat inferiori iuriſdictioni, ad Magiſtrū Mōteſiæ pertinēti, aliter quā qualis qualis intereſſe ratione, in rationibus exigēdis, & examinādis, eiuſdem vniuerſitatis, & bonorū propriorum, illius intereſſe, vel ſuo caſu inſtare, quod per ſuperiorem poteſtatē præſtentur, & exhibeantur rationes vniuerſitatis, nec aliud ius ad prædictā inferiorem iuriſdictionē, & eius nomine, ad dictū Magiſtrum pertinere poteſt. Idcirco, & alias pronuntiamus, & declaramus: bene fuiſſe, & eſſe per Syndicū dictæ villæ de Onda, &

Regij patrimonij Procuratorem, ſupplicatum a ſentẽtia per noſtrum Locumtenentem generalem, lata die 21. menſis Iunij anni milleſimi quingent. octuageſimi, quoad capita redendarũ rationũ dictæ vniuerſitatis, & bonorũ propriorũ illius, & in quo caſu corrigendi adminiſtratores, qui in his deliquerint, etiã inſtante parte, ratione quorũ fuit ſupplicatum: & minus bene per dictũ locumtenentem generalem noſtrum fuiſſe pronũtiatum. & conſequenter, prædictam ſententiam, in præmiſſo capite, in melius commutandam eſſe, prout cum præſenti commutauimus: & neutram partem in expenſis condemnamus. Sapena Regens.

Vi. Campi Regẽs. *Vt. Terça Regẽs.*

Vidit Frigola Regens.

24 Quæ ſententia (cum ſit à Rege cauſa cognita lata) facit ius in omnibus ſimilibus caſibus. l. fin. C. de legib. ibi: Si Imperialis Maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, & partibus quo minus conſtitutis, ſententiam dixerit, Omnes omnino iudices, qui ſub noſtro Imperio ſunt ſciant, hanc eſſe legẽ non ſolũ illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Afflict. deciſ. 190. in fin. verb. Gamma deciſio. 33. num. 2. ad fin. & deciſ. 174. num. 10. & ex profeſſo deciſio. 228. per totam. Quod & de Senatu Neapolitano tradit Afflict. deciſ. 45. nu. 4. & deciſ. 69. num. 11. & deciſ. 383. in fin. Vincentius de Franchis deciſ. 81. nu. 2. part. 1 quos, & alios plures allegat Cabe. deciſ. 212. num. 1. licet ipſe num. 3. teneat ſententias latas coram Rege, in quibus Rex ſignum ſuum poſuit, vim legis habere, iuxta dictam legem fin. C. de legib. & iuxta dictas deciſiones Afflict. & Vincentij de Franch. Et licet in hoc Sacro, Supremo, Regio Aragonum Conſilio, ſententiæ non proferuntur in præſentia perſonæ Regis, proferuntur tamen in Regio Palatio, vbi dominus noſter Rex habitat, in quadã Aula illius, vbi dictum Regium Conſiliũ celebratur, & nomen ſuæ Maieſtatis incipiendo: Nos Philippus Dei gratia &c. præcedente cauſæ cognitione, & diſcuſsione dubij iuris per Regentes Cancellariam, Qui ſunt Regij Conſiliarij in eodem Supremo Conſilio. Et ſic talis ſentẽtia artic. iuris lata, facit ius quoad omnes, & vim legis habet.

25 Hocq; indubitatum eſt in noſtro Valentiæ Regno, quia ita diſpoſitum eſt in Priuil. 2. Sereniſsimi Regis Ioannis Secundi, in §. Et attento: habetur in libro Priuilegiorum Regni Valentiæ, fol. 204. ita enim ait: *Et attento quod ſententia Principis cauſa cognita, promulgata, vim legis obtinet, & pro lege ſeruanda eſt generaliter inter omnes.* Et dicta ſententia decidit caſum noſtrũ: quia tunc Religio Monteſiæ in oppido de

26 Onda habebat iuriſdictionẽ Alphonſinam, vt conſtat ex cap. 86. in Rub. de iuriſd. omn. iudic. in volumine fororũ Valentiæ, fol. 77. Quod capitulum eſt actus Curiæ Brachiorum Eccleſiaſtici, & Militaris Curiarum Sereniſsimi Regis Martini anni 1403. Et in cap. Regiæ Pragmaticæ iuriſdictionũ Regiæ, & Ordinis Monteſiæ, publicatæ die 3. Decembris 1596. expreſſe dicitur: In oppido de Onda Ordinem habere iuriſdictionẽ Alphonſinam. Et quamuis Magiſter Monteſiæ illã haberet in dicto oppido de Onda, qualem habet Archiepiſcopus Valẽtinus in oppido de Puçol; nihilominus fuit

decla-

declaratum: nō poſſe viſitare propria bona vniuerſitatis dicti oppidi.

72 Tertio: pro eadem ſententia facit, quod ſcribit Carauita ſuper ritibus magnæ Curiæ rit. 49. num. 4. ad med. cuius ritus verba ſunt hæc: *Item, quod curia ipſa, & quælibet ipſarum cognoſcat de exceſſibus Officialium, aliorum delinquentium in eorum officijs, ea exercendo, & non aliter*, & ibi refert opinionem Capitij deciſ. 27. num. 11. dicentis: dictum ritum eſſe intelligendum de officialibus Regijs, & numer. 4. ad mediū addit Carauita hæc verba: *Mihi videtur, quod intelligere hunc ritum in officialibus Regijs, eſt mera diuinatio ad ipſum, & vltra id talis intelligentia non poteſt aliquo pacto ſubſiſtere: nam nulla penitus eſt ratio diuerſitatis inter officiales Regios, & Baronum, propter quod debet eadem ritus diſpoſitio militare*: Et ſic ſentit: quòd magna Curia Vicariæ viſitare debet, etiam officiales Baronum. Eandem hanc opinionem ſecutus fuit Carolus de Tapia in Supremo Cōſilio Italiæ Regens, ſuper conſt. Neapolitanas, Conſt. Magiſter Iuſtitiarius, n. 4. de offic. Magiſtri Iuſtitiarij, pag. 262. vbi de eodem ritu 49. loquēdo, dicit: Follerius intellexit, quòd ſolū loquebatur de officialibus Regiis, & ipſe dicit, etiam comprehendere officiales Baronum, vt ait Carauita, reprehendēdo opinionem Follerij, addit hæc verba: *Et miror quidem, virum, equidem doctum, non ſolum in Iuriſprudentia, ſed in alijs diſciplinis, & Hiſtorijs dubitaſſe ritū magnæ Curiæ comprehendere officiales Baronum, cum eo tempore (vt animaduertit Carauita) adhuc merum imperium fuerat penes Regios officiales, & Barones, non habebant aliud, quam ſimplicem iuriſdictionem, & ſemper exceptuati erant caſus mortis naturalis, ciuilis, & exilij, qui (vt diximus in conſtitutione ea, quæ ad ſpeciale decus) ſunt meri imperij; quinimò ſecundum noſtram ſentententiam, hæc prehemiuentia competit Magnæ Curiæ, Vicariæ, vigore huius conſtitutionis.* Ergo idem dicēdum eſt in caſu noſtro, quòd prehemiuentia, viſitandi vniuerſitates, eſt domini Regis. Et tanquā præſes Prouinciæ, & Regius officialis, Gubernator Regni, debet, & ſolet viſitare vniuerſitates, & non qui habent tantùm iuriſdictionem Alfonſinam.

28 Quarto: hæc opinio corroboratur, ex eo, quòd iuriſdictio Alphonſina, adeò ſtrictè fuit conceſſa dominis oppidorum, non habentium merum imperium, per Regem Alphonſum anno 1328. quod poſtea anno 1342. in Curijs celebratis Valentiæ per Sereniſſimum Regem Petrum Secundum Regni Valentiæ, qui fuit Quartus huius nominis, Regum Aragonū, Quod cum fuiſſet ſupplicatum ſuæ Maieſtati in foro 79. eiuſdem Rubr. de iuriſd. omn. iud. vt concederet habētibus dictam iuriſdictionem Alphonſinam, vt poſsint remittere pœnam cetū verberum, vel inferiorem, pro qua poſsēt componere cum delinquētibus. Rex reſpondit: quòd dicta iuriſdictio fuerat conceſſa per forum nouum, certo modo, cum quo debebant eſſe cōtēti: nam aliter non neceſsiſſet. Et cum Curia perſiſteret in eiſdem replicādo, Rex perſeuerauit in reſponſo, quod addiderat. Et ita quamuis Rex conceſſerat habentibus iuriſdictionē Alphonſinam, condemnandi in pœnam verbe-

29 verberum; non tamen eis concedere voluit facultatem remittendi: quia hęc eſt regalia ſuæ Maieſtatis, vt latè probat Cacheran. deciſ. 101. num. 1. & probatur in l. relegati. 4. in fi. ff. de pœnis, ibi: *Et nemo poteſt commeatum, remeatũue dare exuli, niſi Imperator, ex aliqua cauſa.* l. diui fratres. 77. ff. eodem tit. cuius verba ſunt; *Si quis tamen de ſe quis mentitus fuerit, vel cum non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea reperijt, pœna afflictus ſit: nonnulla extant principalia reſcripta, quibus, vel pœna eorum minuta eſt, vel in integrum reſtitutio conceſſa; ſed dumtaxat a Principibus fieri poteſt.* Et rationẽ reddit Ioãnes Aloyſius Catalanus, in ſuo tract. crim. c. 9. n. 84. pag. 79

30 his verbis: *Quia iudicibus cõmiſſa eſt adminiſtratio, vt iuſtitiã adminiſtrent, delinquentes puniendo, & innocentes abſoluendo; non autem, vt gratiam faciant, & pœnas remittant: quia ad hoc mandatum iuriſdictionis non extenditur, l. pœnam. C. de pœnis, cap. irrefragabili, extra de offic. ord. l. Præſes, C. de tranſact. §. eos autem, in authentic. vt iud. ſine quoque ſuffrag. §. & quod autem, in auth. vt iud. non exp. ſacr. iuſſ. & § omnibus, in auth. de iudicib. Afflict. in cap. 1. verſic. & pœnarum, num. 17. quæ ſint Regal. Nam ſi poſſet gratiam facere, longe aliud, quam a conceſſa ſibi poteſtate operari videretur contra text. in l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* Hactenus Catalanus, qui num. 90. ſubiungit hæc verba: *Et huius rationis ratio illa ſuperaddatur, quòd eſt caſus de regalibus, ſoli Principi reſeruatus. And. in d. cap. 1. verſ. Et bona committentium, num. 75. tradidit Ioan. de Amicis in d. conſil. 89. num. 2.* Cum igitur in conceſsione iuriſdictionis Alphonſinæ non comprehendatur dicta Regalia remittendi pœnam; ergo ſimiliter, neque iſta preheminentia viſitandi vniuerſitates.

31 Quinto, & vltimo: Obſeruantia ſubſecuta declarauit: dominos habentes tantùm iuriſdictionem Alphonſinam, non poſſe viſitare vniuerſitates ſuorum oppidorum; nunquam enim viſum, neque auditum eſt, quòd illas viſitauerint; & licet Magiſter Monteſiæ, qui habebat iuriſdictionẽ Alphõſinam in oppido de Onda, hoc facere intentauit; hoc tamen ei admiſſum non fuit; imò contradictum per Syndicum eiuſdem oppidi, & per Procuratorem Fiſci Regij Patrimonij, & cõtra eum in contradictorio iudicio, fuit declaratum, vt probaui ſupra nu. 29. Et hæc obſeruantia declarauit in for. 78. de iuriſd. non fuiſſe conceſſam hãc regaliam, & preheminentiam viſitandi vniuerſitates. Et probatur expreſſe in l. ſi de interpretatione 37. & in l. nã Imperator, 38. ff. de legibus; quarum verba ſũt: *Si de interpretatione legis quæ-*
32 *ratur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure Ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuerit: optima enim eſt legum interpres, conſuetudo.* Nam Imperator noſter ſeuerus reſcripſit: in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinẽ, aut
33 rerum, perpetuo ſimiliter iudicatarũ auctoritatẽ, & vim legis obtinere debere. Et quantam vim habeat obſeruãtia ſubſecuta, latiſsimè probat Ioſeph. Ludouicus, in ſuis communibus concluſionibus, concluſ. 38. per totam, & Craueta conſ. 118. num. 2. inquit: *Vidẽdum eſſe: an caſus ſimilis, aliquando acciderit, & quid in eo iudicatum, ſeu obſeruatũ fuerit,* & ibi bene confirmat. Et hic eſt

noſter

noſter caſus, cum in viſitatione, quam intendebat facere Magiſter Monteſię, in oppido de Onda, ita fuerit obſeruatum. Et idem Craueta conſ 238. n. 13. poſt medium ſcribit hæc verba: *Se-*
34 *cundo reſpondeo, quod iſtud ius viſitandi ſubditos laicos, per Officiales ſeculares, non eſt in vſu: ideo talis nouitas introduci non debet per inferiorem, quia nouitates ſunt fugiendæ, l. in rebus, & l. minime ff. de legib. cap. cum conſuetudinis, de conſuetud. cap. quod dilecto, de conſangui. & affin. & reprehendendus eſt Vicarius Taurini, talem nouitatem inducens, aut inducere captans, cap. fin. 11. diſt. ibi. quod ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe, dubium non eſt*: Et hæc ratio multum mouet Sacrum Supremum Regium Conſilium, ad declarandum dictum Archiepiſcopum non poſſe viſitare vniuerſitatem ſui loci de Puçol. Nec obſtant in contrarium adducta, pro parte Archiepiſcopi.

35 Ad primũ enim reſpondetur: eos dominos, quibus à Rege hæc regalia, & preheminentia viſitandi vniuerſitates ſuorum oppidorum, conceſſa eſt, bene poſſe ſuas vniuerſitates viſitare. Et de hoc loquitur Bobadilla in ſua Polit. lib. 2. cap. 16. num. 50. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Granatenſi Regio Conſilio, ſiue Cancellaria, in fauorem Comitis de Pliego. Et reddit rationẽ
36 Bouad. his verbis: *Porque tambien eſto es ramo de ſeñorio, como dize la dicha ley.* Et allegat l. 12 tit. 1. p. 2. cuius verba ſunt: *Por heredamiento, han ſeñorio los Principes, e los Duques, e los otros grandes ſeñores que fablamos en la ley, ante deſta. E cõuino, que fueſſe por eſta razon: porque el Emperador, e el Rey, maguer ſeã grandes ſeñores, no pueden fazer cada vno dellos mas que vn home: porque fue meneſter, que huuieſſe en ſu Corte homes honrados que le ſiruieſſen, e de quien ſe gouernaſſen las gentes, e tuuieſſen ſus lugares en aquellas coſas, que ellos huuieſſen de ver, por mandado dellos, e a poderio cada vno dellos en ſu tierra, en fazer juſticia, e en todas las otras coſas, que han ramo de ſeñorio, ſegun dizen los priuilegios, que ellos hã de los Emperadores, de los Reyes que les dieron, &c.* Et ibi Gregor. Lopez in gloſ. in verb. Segun los priuilegios: notat, dominis hoc ius competere, quando habẽt priuilegia. Et idem Bouad. vbi ſupra, addit hæc verba: *Y lo permite la Pragmatica de los poſitos.* Et ſic affirmat, lege Regni Caſtellæ hoc ſancitum eſſe: & ita merito poſſunt viſitare vniuerſitates.
37 Et Marcus Salon de pace. & Auend. ſuper allegati num 7. & 8. loquuntur, etiam de viſitatione, quam faciũt Prælati, Duces, Marchiones, & Comites, iuxta facultatẽ, eis conceſſam in Regijs priuilegijs, & per leges Caſtellæ. Nullus autem eorum affirmat: quod illi, qui tantum habent iuriſdictionem limitatam, quales ſunt habẽtes Alphõſinam in Regno Valentiæ, & quibus non eſt conceſſa hæc præeminentia, ſiue regalia, poſsit viſitare vniuerſitates. Et Marcus Salon de pace, ſupra relatus num. 7. ad fundandum ſuam opinionem, allegat text. in cap. Sopite, & in cap. Procurationibus, extra de cẽſi. qui loquuntur in viſitatione, quam faciunt Prælati, in ſuis Diœceſibus, de qua in Conſ. Triden. Seſ. 24. tit. de reformatione, cap. 3.

Et

38 Et Guido Pap. deciſ. 631. ſupra in contrarium allegatus num. 9. vt conſtat ex principio illius deciſionis, loquitur de banneretho, habente merũ & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem: & ſic maiorem quam Alphonſinam.

39 Don Garcia Maſtrilis, ſupra allegatus, num. 11. loquitur de Baronibus habentibus merum, & mixtũ imperium, vt conſtat ex eod. cap. 16. lib. 4. de Magiſtrat. nu. 122. Quibus Baronibus, in ſuis Priuilegijs fuerunt cõceſſa regalia, vt conſtat ex adductis per

40 eundem num. 97. vbi ait: quod tales Barones poſſunt, parte cedẽte, remittere, & componere delinquentes pro delictis, pro quibus veniebat imponẽda pœna mutilationis mẽbri, & publicationis bonorum, eaſque cõmutare, & ſibi ipſis, eorumque vtilitati applicare, exceptis quibuſdam: & diſpoſitum eſt in c. 490. ſub Alphonſo Rege; quod de iure communi nõ licet, ſecundum And. quæ ſint regalia, verb. & bona committentium. Et de-

41 nique omnes doctrinæ in contrariũ allegatæ, vel loquuntur de officialibus Regijs, vel de dominis oppidorum, habentibus merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, vel virtute Priuilegiorum, à Regibus conceſſorum, vel facultatẽ viſitandi vniuerſitates cõceſſam per leges Regni, & non habentibus tam limitatam iuriſdictionem, quales ſunt hi, qui tantum habent Alphonſinam.

42 Nec obſtat ſecundum argumentum ſupra relatum numero. 12. licet enim habentes iuriſdictionẽ Alphonſinam, poſsint exercere merum imperium, dempta morte naturali, & ciuili; ac membri mutilatione; nõ tamen inde ſequitur: quòd poſsint vniuerſitates viſitare; cum hæc ſit regalia, quæ non fuit conceſſa per forũ 78. de iuriſdict. patet ex foro 79. eiuſdem tit. vbi non permittitur, habentibus iuriſdictionem Alphonſinã, remittere pœnas, impoſitas per eos, intra limites ſuæ iuriſdictionis: & tamẽ talis remiſsio delicti, non eſt de tribus caſibus exceptuatis, mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilationis: ſed eſt regalia, competens ipſi Regi, vt probaui ſupra num. 19. 21. & 23. Et regalię non comprehenduntur in generali conceſsione, niſi exprimantur, cap. 1 in tit. quæ ſint regalię. in vſibus feudorum, late deciſ. Rotæ Romæ. 34. in prima part. deciſionũ nouiſ. diuerſorum facti Palatij.

43 Nec obſtat tertium argumentũ, de quo ſupra n. 13. ex c. Regiæ Pragmaticæ, iuriſdictionis Regiæ, & Ordinis Monteſiæ, publicatæ Valentiæ die 3. Decembris 1596. quia, vt legitur in eadem Pragmatica fol. 2. pag. 1. ad medium, illa fuit facta ſine præiudicio iurium, quæ competebant, vel cõpetere poterant, tam Regiæ iuriſdictioni, quàm dicti Ordinis, in proprietate, & in poſſeſsione: imò illis remanentibus, ſaluis, & illæſis, ita, vt ſi alicui dictarum iuriſdictionum concederetur aliquid, quod eſſet alterius iuriſdictionis, cum vtraque ſit domini Regis, vel uti Regis, vel uti adminiſtratoris perpetui Ordinis, intelligatur eos Officiales talis iuriſdictionis, cui non competebat facere, virtu-

ſe

Digitized by Google

te commiſsionis particularis ſuæ Maieſtatis: Et ita, diſpoſitū in dicta pragmatica, non poteſt trahi in conſequētiam, cum nullum fuerit cauſatū præiudicium in cæteris caſibus Regiæ iu-
44 riſdictioni; illa enim clauſula, ſine præiudicio iurium, præſeruat ius. Puteus deciſ.197. num 23. libr.1. & deciſ.115. num.1. in fin. lib.2. Caputaq. deciſ.17. lib.1. cum alijs allegatis per Marta in tract. de clauſulis, 1. part. clauſ. 158. Et ita, dici non poteſt, per dictam pragmaticam, fuiſſe derogatum deciſioni factæ cum Regia ſententia, lata in fauorem oppidi de Onda die 2. Martij 1584. ſed tantum ſuam Maieſtatem, vti Regem, cui competit hęc regalia, ſiue preheminentia viſitādi vniuerſitates, ſpecialiter commiſiſſe Officialibus Ordinis Monteſiæ, vt poſſent exigere rationes ab adminiſtratoribus redditüum, & aliorum bonorū propriorum vniuerſitatis oppidi de Onda.

45 Nec obſtat, quod dicitur nu. 16. in cap.19. ſententiæ grauaminum, latæ per Catholicum Regem Ferdinādum anno 1510. legi hęc verba: Quia ſententia Regia non facit ius quoad omnes. Et ita dictam ſententiam latam in fauorem oppidi de Onda, nō habere vim legis. Quia reſpondetur primo: quòd dicitur in dicta ſententia grauaminum, poſſe intelligi hoc modo: quòd ſententia, quæ allegabatur coram iudicibus grauaminū, nō erat lata citatis his, contra quos allegabatur, & ſic non poterat facere ius, hoc eſt, nocere in vim ſententiæ. quia non poterat præiudicare non citatis, principale intereſſe habentibus. Et ita non loquitur de hoc, an ſententia Regia, in qua fuit declaratus Articulus iuris, faciat legem.

46 Secundo reſpondeo: quòd dicta ſententia grauaminum, non fuit lata à Rege: ſed tantū à iudicibus grauaminum, vel à Vicecancellario: vt legitur in principio illius. Et ita quando in ea dictum intelligeretur, ſententiā Regiam non habere vim legis, de ea non eſſet curandum. Cum expreſſe contrarium diſpoſitum ſit in noſtro Valentiæ Regno, cum Priuileg. 2. Regis Ioannis II. in §. & attento. Et de iure Cæſareo, in l. fin. C. de legib.

47 Nec obſtat quartum argumentum, de quo ſupra nu. 17. Negamus enim viſitare vniuerſitates, & exigere rationes ab adminiſtratoribus bonorum earum, eſſe mixti imperij: cū habeat etiam amplius, nimirum hāc præeminentiam, & regaliam ſoli Regi competētem, vel his, quibus a ſua Maieſtate fuit conceſſa hæc regalia. Et ita cum habentes Alphonſinam iuriſdictionem, non habeant conceſſionem huius preheminentiæ, ex ſola conceſsione mixti imperij, nō poſſunt cauſas vniuerſitatum tractare. Quare cognitio, etiam ſi ſint vniuerſitates Baronum, ad Gubernatorem Regni ſpectat, iuxta ſtylum Gubernationis, vt dixi ſupra nu.

Ex quibus, cum votis huius S. S. Regij Conſilij, fuit declaratum, cum Regia ſententia, lata in Regia Audientia Valentina, publicata per Franciſcum Paulum Alerus, Regij mandati Scribam, die 17. Ianuarij 1625. in modum ſequentem.

Et quia ius viſitādi bona propria vniuerſitatis loci de Puçol, exigendique, & exa-

approbauit Concilium generale eiuſ
dem oppidi, die 12. Maii anni 1613.
Et Syndicus eiuſdem ſupplicauit, vt
Regia Audientia, hanc deliberatio-
nem approbaret, & ſuum Regiũ de
cretum, in ea interponeret. Et me
referente, fuit dubitatum an fieri poſ
ſet, extante diſpoſitione dicti fori: vi
debatur enim fieri in præiudiciũ par-
ticularium perſonarum, quæ in dic-
to oppido habebãt, & habere vellẽt
dictas tabernas, ſiue tendes. Nihilo-
minus fuit deliberatum, id recte fie-
ri poſſe, cũ decreuerit Conciliũ Ge-
nerale, quod repræſentat totam vni-
2 uerſitatẽ. Secundum gloſ. in Rub. C.
quæ ſit long. conſuetu. Vincent. de
Franch deciſ. 253. num. 8. qui allegat
eandem gloſ. Don Garcia Maſtril.
deciſ. 49. num. 8. & 15. lib. 1. Et licet,
3 quando omnes, vt ſinguli intereſſe
prætendunt, omnium conſenſus re-
quiritur. Quia, quod omnes tãgit, ab
omnibus debet approbari. cap. quod
omnes, de reg. iur. in 6. & ait Surdus
conſ. 65. num. 16. verſ. Reſpondeo. Et
4 nu. 17. ubi late probat, nõ poſſe Con-
cilium, in præiudiciũ particulariũ,
ſtatuere. Idem tamen Surd. conſ. 59.
num. 24. lib. 1. inquit: quod vniuerſi-
tas, poteſt ex cauſa, auferre ius quæſi-
tum particularibus. l. venditor. §. ſi
conſtat. ff. communia prædiorum. l.
Antiochenſium. ff. de priuileg. credi
5 torum. Vnde, cum totum Conciliũ
generale, quod repræſentat vniuerſi-
tatem, hoc decreuerit, & omnes par
ticulares intereſſe habentes, quos re-
præſentabat Concilium generale, in
hoc conſenſerint, viſum fuit hoc fie-
ri poſſe. Iuri enim, pro ſe introducto
quilibet poteſt renunciare, l. ſi quis in
conſcribendo, C. de pactis. Et latè
probat Tuſchus tomo 6. practicarũ
concluſionum, in verbo, Renuntia-
re, concluſ. 170. pag. 925. Et ita per Re
giam Audientiam fuit approbata,
& Regio decreto corroborata, dicta
deliberatio, prouiſione Regia facta,
me referente, publicatã per Dõ Ioã-
nem Daça, Regij mandati Scribam,
die 4. Maij 1609.

DECISIO XII.

*1 Donatarius, cui contemplatione ma
trimonij, fuit facta donatio, cum
facultate diſponendi, in fauorem
vxoris, de parte rei donatæ, poteſt
diſponendo in eius fauorem, eam
grauare, onere viduitatis ſeruãdæ.
Et ſi illa ſecundo nubit, amittit
legatum.*

*1 Electus ab hærede, qui fuerat agra-
uatus eligere, non dicitur capere ab
eligente; ſed a teſtatore: & ita ab hæ-
rede grauari non poteſt, & nu. 3.*

*2 Maioratus ad ſucceſſionem electus ab
eo, cui, inſtitutore ab cõceſſa fuit facul
tas eligẽdi, nõ dicitur capere ab eligen-
te; ſed a maioratus inſtitutore.*

*4 Grauari non poteſt ab eligenti, qui actũ
neceſſarium electionis fecit.*

*5 Mandans aliquid fieri: facere cenſe-
tur.*

*6 Commiſſarius, virtute poteſtatis, a teſ-
tatore conceſſæ, non poteſt aliquem, ex
filijs meliorare, neque vulgariter, pupil
lariter, aut exemplariter ſubſtituere, ni
ſi id ſpecialiter ei concedatur.*

*7 Nominatus ad emphiteoſim, grauari nõ
poteſt, in Luſitania; ſed cõtra, inf. n 18.*

8 Con-

8 Conditio, ſi non nupſerit, legato adiecta: an valeat, & nu. 19.

9 Facultatē habēs relinquēdi, licet, nō habeat neceſsitatem præciſam; vtendo tamen ea facultate, habet neceſſitatem cauſatiuam, liber e relinquendi: ſed cōtra, infra num. 15.

10 Mandatum non ſuſcipere, liberum eſt; ſuſceptum tamen, conſummari oportet.

11 Decretum, conceſſum mulieri minori, vt omnia bona ſua in dotem aſsignare poſsit, in forma ſpecifica ſeruari debet. ita, vt non poſsit partem bonorum in dotem conſtituere, ſed omnia.

12 Filius, cui facta fuit donatio, contemplatione matrimonij, non poteſt retro donare patri.

13 Donatio, facta filio contemplatione matrimonij, non poteſt renunciari in præiudicium vxoris, & filiorum. Et ita fuit ſancitum in Conſtitutione Cathaloniæ, & foro Valent. numero 14.

14 Forus 96. Curiarum, anni 1585. diſponit: non valere renunciationes donationum, factarum contemplatione matrimonij, nec recognitiones dicendo: factas fuiſſe tantum honoris gratia.

15 Facultatem habens diſponendi, vel nō, poteſt grauare: quia non habet neceſſitatem præciſam, nec cauſatiuam.

16 Grauare poteſt pater venientes ab inteſtato, filio impuberi: quando ille potuit facere ſubſtitutionem pupillarem, & non fecit: videtur enim velle vt bona eius habeat.

17 Pater, poteſt pro filio impubere, codicillos facere.

19 Conditio, non contrahendi ſecundas nuptias, hodie ſeruanda eſt.

20 Conditio viduitatis ſeruandæ, non reijcitur de iure canonico.

21 Verba illa: viuendo caſtè, & ſine marito, an intelligenda ſint: quamdiu vitam vidualem ſeruauerit: an verò ſimpliciter, vt ſi ſecundò nupſerit, remaneat priuata legato.

22 Eligendi facultas, in caſu l. vnum ex familia, de lega. 2. neceſſaria fuit.

23 Diſponendi facultas, vbi competit iure proprio, poteſt diſponens grauare: ſecus tamen eſt, quando iure alieno.

24 Nominatus ad emphyteuſim in Luſitania, non poteſt nominato grauamen imponere, & ita fuit iudicatum.

25 L. quoties 22. de cond. & demonſtrat. correcta eſt.

26 Secundarum nuptiarum prohibitio ſeruanda eſt.

27 Authentica cui relictum. C. de indicta viduitate tollenda, non eſt correcta per ius canonicum.

28 Mens tribuentis facultatem diſponendi, inſpicienda eſt, an fuerit, vt ad libitum diſponere poſſit.

29 Decreti forma ſeruanda eſt.

30 Mens contrahentium in contractu matrimonij inſpicienda eſt.

MArcus Antonius Bernich, Notarius Ciuitatis Valentiæ, contemplatione matrimonij, per Petrum Paulum Bernich, filium, eius fratris, contrahendi cum Angelica Malcaros virgine, ſiue domicella, filia legitima, & naturali Doctoris Gaſparis Malcaros, Iuriſconſulti, donationem ei fecit cuiuſdā domus, & pluriū annuorum redditūū inſtrumento, recepto per Michaelē Iaco-

Iacobum Peris, Notariũ, die 23. Octobris 1601. cum pacto, & conditione, quód ſi dictus Petrus Paulus Bernich, donatarius, quandocunq; decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, pari modo, dicta bona donata reuerterentur ad dictũm donatorẽ; & pro conſeruatione proprietatum, v prædictorum cẽſualium, ſiue annuorum reddituum, in caſu redẽptionis, ſiue quitamenti, poſt obitum dicti donatoris, proprietates deponerẽtur in poſſe tabularij, iudicis Ordinarij, ſiue Iuſtitiæ, in Ciuilibus Valentiæ, ad opus illas collocãdi in loco tuto, & ſecuro toties, quoties, & cum pactis, & conditionibus, appoſitis in vltimo teſtamento dicti donatoris. Concedens facultatem dicto Petro Paulo Bernich, donatario, teſtandi, & diſponendi in fauorem dictę Angelicę Maſcaros, ex dictis bonis donatis, de quinquaginta libris, de annuo reddicu, anno quolibet, durante vita dictæ Angelicæ Maſcaros. Dictas Petrus Paulus Bernich donatarius, contracto iam matrimonio, cũ dicta Angelica, in ſuo vltimo teſtamento, condito penes Paulum Pereda, Notarium Ciuitatis Valentiæ, die 25. Maij 1618. Et poſt eius obitũ, publicato die 14. Nouembris, eiuſdẽ anni, vtendo expreſſe memorata facultate, legauit eidem Angelicæ, eius vxori, durante eius vita, & viuendo caſtè, & abſque marito, quinquaginta libras, monetæ Valent. annui redditus, ex bonis, in dicti donatione contentis. Prædicta Angelica Maſcaros, ſecundo nupſit Petro Arruſati. Prædictus autẽm Marcus Antonius Bernich, donator, hæredem inſtituit Monaſterium Aræ Chriſti, Ordinis Cartucienſis, conſtructum intra terminos generalis Ciuitatis Valentiæ. Fuit mota lis, inter dictam Angelicã, agentem, ex vna, & ſupradictum Monaſterium, reum Conuentum, partẽ ex altera, coram iudice Ordinario, vulgo dicto, Iuſticia in cauſis Ciuilibus dictæ Ciuitatis Valentiæ. Per quẽ fuit dictum Monaſterium, hæreditario nomine condemnatum, ad ſoluendum dictæ Angelicæ quinquagintã libras, ratione ſolutionis primi anni, dicti legati, intrà decem dies, ſaluis exceptionibus. Et cum fuiſſet intra dictum terminũ appoſita exceptio, defectus condicionis, ſub qua fuerat legatum: quia dicta Angelica Maſcaros nupſerat dicto Arruſat; & ſic viduitatem non ſeruauerat. Per dictum Iudicem Ordinarium, fuit lata ſententia, reuocando dictam condemnationem, & declarando: dictæ Angelicæ Maſcaros nullum ius competere, ad dictum legatum. A qua ſententia, cum illa appellaſſet, ad Regiam Audientiam Valentinam; in ea fuit lata ſententia, & publicata per Alreus, die primo Iunij milleſimi ſexcentiſimi decimi ſexti, declarando: ipſam poſſe petere, & exigere dictum legatum: & in conſequentiam, ſupradictorum, dictam ſententiam, Iudicis Ordinarij, reuocandam fore, prout reuocata fuit. Et dictam condemnationem, in fauorem dictæ Angelicæ Maſcaros, & contra dictum Monaſterium proui-

L. ſam,

Digitized by Google

ſam, confirmandam fore, prout confirmata fuit, expreſſa cauſa in dicta Regia ſententia, his verbis.

Et attento, quòd, & ſi liberum eſſet dicto Petro Paulo Bernich, iuxta facultatem ſibi conceſſam, nihil relinquere dictæ Angelicæ Maſcaros; tamen, cum ea vſus fuerit, tenebatur ea ſpecificè vti, & iuxta illius ſeriem, & tenorem diſponere relinquendo ſimpliciter, & purè dictum legatum: non verò ſub dicta conditione, quæ ex ſupra dictis, reijcienda eſt, & legatum debet remanere purum. Vnde, quantumuis ſecundo nupſerit dicta Angelica Maſcaros: non propterea, eſt priuanda dicto legato.

Ab hac ſententia, Syndicus Monaſterij Aræ Chriſti, ſupplicauit, & cauſam ſupplicationis introduxit in hoc Sacro Supremo, Regio Conſilio, prætendendo: fore reuocandam. Pro parte dictæ Angelicæ allegabantur ſequentia. Primo: quia dictus Petrus Paulus Bernich, qui legatum reliquit quinquaginta librarum, annui redditus, dictæ Angelicæ, eius vxori, non potuit adijcere conditionem, ſiue grauamen viduitatis ſeruandæ: cum diſpoſuerit; vtendo facultate, ſibi conceſſa, per dictum Marcum Antonium Bernich, donatorẽ, qui expreſſe ei conceſsit, vt poſſet teſtari, & diſponere in fauorem dictæ Angelicæ, de quinquaginta libris, annui redditus, & ſic dicta Angelica non habet hoc legatum, à dicto Paulo Bernich eam eligente: ſed à
1 dicto Marco Antonio, donatore, diſponente, l. vnum ex familia 69. in principio, de legat. 2. cuius verba ſunt: *Vnum ex familia propter fideicommiſſum, a ſe, cum moreretur, relictum, hæres eligere debet: ei, quem eligit fruſtra teſtamẽto ſuo legat, quod poſtea quam electus eſt, ex alio teſtamento petere poteſt.* Idem probatur in §. ſi de Falcidia, eiuſdem legis, his verbis: Si de Falcidia quæratur, perinde omnia ſeruabuntur, ac ſi nominatim ei, qui poſteà electus eſt, primo teſtamento, fideicommiſſum relictum fuiſſet. Non enim facultas neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt, & electus non dicitur capere ab hærede grauato: ſed perinde habetur, ac ſi ab ipſo teſtatore fuiſſet nominatus. Molina de Hiſpanorum primogenijs, libro ſecundo, capite quarto, numero quinto, *Ibi*: In primis animaduertendum eſt: quòd quamuis electio
2 alicui committatur, vt ad majoratus ſucceſsionem eligat illum, quem voluerit: is, qui ad huiuſmodi ſucceſſionem electus fuerit, non cenſebitur ſucceſsionem maioratus capere ab eligente; ſed à primo maioratus inſtitutore, qui ſibi electionem commiſit, vt nominet, vel eligat: non autem is, qui nominat, l. vnum ex familia, in principio, Ibi: Quod, poſtea quam electus eſt, ex alio teſtamento petere poteſt, ff. de legatis ſecundo, & in §. Si de Falcidia, eiuſdem legis, vbi Scribentes id latiſsimè expendunt, l. Lucius, & l. ſecunda, §. finali, ff. eodem tituli, l. Pater ex Prouincia, ff. de manumiſsis vindict. l. item eorum, §. Si Decuriones, ff. quod eiuſque Vniuer-

tet. nomin. Vbi electus à Duumuiris,
quibus ius eligendi à populo conceſ-
ſum erat, ab ipſo populo electus vide
tur. l. municipibus, ff. de condic. onib.
& de mõſtratio. Idque notiſsimum
eſt. Idem Molin. numero 10. ait hæc
verba: vltimo loco aſsignatur nota-
3 bilis ratio decidendi ad textum, in
dicta lege vnum ex familia; §. ſed ſi
fundum, ff. de legat. 2. vbi diſponi-
tur: quòd is, cui electio à teſtatore
conceſſa eſt, non poſsit electo gra-
uamen reſtitutionis, vel fideicom-
miſsi, ſeu etiam grauamen aliud in-
iungere. Cum enim is non cenſeatur
4 electo aliquid dare: ſed illud à teſta-
tore: non autem ab eligente datum,
cenſendum ſit, ipſeque eligens ac-
tum neceſſarium faciat: conſequens
eſt, vt electum fideicommiſſo gra-
uare non poſsit. Ex vulgari regula,
qua diſpoſitum eſt neminẽ poſſe
grauare illum, quem non honora-
uerit. l. ab eo, cum ſimilibus, C. de
fideicommiſsis. Quam rationem de-
cidendi ad textum in dicto § ſed ſi
fundum, aſsignant communiter Scri
bentes, in diuerſis locis (quos recen
ſere, longiſsimum eſſet) annotare ſo-
lent.

5 Pro eadem ſententia facit text.
in capite literis Appoſtolicis, de reſ-
criptis vbi Ancharranus notabi-
li 3. dicit: Mandantem aliquid fieri,
facere cenſere, non ille qui fecit, l. pa-
ter ex Prouincia, in fine. ff de manu-
miſsis vind. ibi: Solam enim ele-
ctionem filio commiſit. Concor-
dat Iaſon in l. ſi arrogator. ff de adop
tionib. numero 34. adducens textum
in l. proxime. ff. de ritu nuptiarum, &
in l. ſi ſeruo fideicommiſſa. ff. de hære
dib. inſtituendis: vbi ſeruus, cui teſ-
tator de neceſsitate debet libertatem,
non poteſt ei neceſſarius hæres fieri,
ibi: Et humanius eſt, & magis æ-
quitatis ratione ſubnixum, non fieri
neceſſarium. Qui enim etiam inuito
defuncto, poterat libertatem extor-
quere, is liber eſſe iuſſus, non mag-
num videtur beneficium à defuncto
conſequi: immo nihil commodi ſen-
ſiſſe: ſed magis debitam ſibi acce-
piſſe libertatem. Idem probandum
erit, & in illo ſeruo, quem teſtator ea
lege emerat, vt manumitteret, ſi hæ-
res fuerit inſtitutus. Nam, & hic
ſuppoſito beneficio teſtatoris, pro-
prio iure, poterit ad libertatem per-
uenire; ex Conſtitutione Diui Mar-
ci, & tradit Peralta dicta l. vnum
ex familia; §. ſed & ſi fundum, nu-
mero 9. & eſt text. in l. plane in ſe-
cundo vltim. ff. de legat. primo, l. ſi
arrogator; ff. de adoptionibus; ibi:
Quia hoc, non iudicio eius, ad
eum peruenit; ſed principali proui-
dentia, vbi hoc notat Iaſon nume-
6 ro 34. Et tradit notiſsimè Melchior
Pelaez in tractatu de maioratibus, li-
bro primo, quæſtione 71. numero pri-
mo. Et facit lex 31. Tauri. Vbi com-
miſſarius, virtute poteſtatis, eidem
à teſtatore conceſſæ, non poteſt ali-
quem ex filijs meliorare, neque vulga-
riter ſubſtituere, pupillariter, aut
exemplariter, niſi id expreſſe in com-
miſsione concedatur. Et Gonçalus
Valat. Pintus, in l. vnũ ex famil. § 1. de
leg. 2. ait: nominatũ ad emphyteuſim,

in Luſitania grauari à nominante non poſſe: quia emphyteuſim capit à
7 domino,& non à nominante. Et facit text.in l.ab eo,C.de fideicommiſ. ibi: *Ab eo,qui,neque legatum,neq; fideicōmiſſum,neq; hereditatem,vel mortis cauſa donationem accepit, nihil per fideicommiſſum relinqui. poteſt.* Vbi notant Scribentes:quòd non poteſt grauare. Vnde dicebat Aretin.in conſ.53. n.1. nominatum ad emphyteuſim, à nominante grauari non poſſe. Et Cald. de iure emphyteot.lib.3.de poteſt.eligent.cap.16.num.5.prope finem, dixit:in praxi vidiſſe ſæpius ita obtentū, & iudicatum.Cum igitur dictus Petrus Paulus Bernich,virtute donationis ſui patrui Marci Antonij Bernich, qui ei facultatem dedit diſponendi de dictis quinquaginta libris annuis, in fauorem dictæ Angelicæ, eas ille legauerit,non potuit eam grauare, onere viduitatem ſeruandi.

8 Secundo facit:quod dicta conditio non tenet,l. quoties 22.ff. de condictio.& demonſtra.cuius verba ſunt: *Quoties ſub conditione, mulieri legatur, ſi non nupſerit, & eiuſdem fideicommiſſum ſit; vt Titio reſtituat, ſi nubat,cōmode ſtatuitur, & ſi nupſerit, legatum eam petere poſſe, & non eſſe cogendam fideicommiſſum præſtare.* Et de iure canonico, ſublatæ ſunt pœnæ ſecundo nubentium, cap.cum ſecundum, extra de ſecund,nupt. cuius verba ſunt: ¶Cum ſecundum Apoſtolum,mulier, mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, & nubendi, cui vult,tantum in Domino liberam habeat facultatem; non debet legalis infamiæ ſubſtinere iacturam, quæ licet, poſt viri obitum, infra tempus luctus, (ſcilicet vnius anni ſpatium) nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo, vtitur poteſtate, cum in his præſertim ſæculares leges non dedignentur ſacros Canones imitari. Vnde dicta condicio, viduitatis ſeruandæ, à dicto legato reijcienda eſt.

9 Tertio facit: nam licet potuiſſet dictus Paulus Bernich non vti facultate ſibi à patruo conceſſa, & non legare dictæ Angelicæ Malcaros, quia non habuit neceſſitatem præciſam, ei relinquendi dictas quinquaginta libras annuas; tamen, ex quo vſus fuit dicta facultate, habet neceſsitatem cauſatiuam, libere eas relinquendi, & non potuit adijcere grauamen viduitatis ſeruandæ. Ita argumentatur Surdus deciſione 268. numero decimotertio, allegans legē ſi mandauero tibi, 22. §. finali,ff. mandati, cuius verba ſunt: Sicut libe-
10 rum eſt, mandatum non ſuſcipere, ita ſuſceptum confirmari oportet. Et Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, libro ſeptimo, titulo decimoquinto, numero octauo, tom. primo. pagina 456. ait hæc verba: Nec enim debet eſſe in poteſtate mandatarij, aliquid addere, vel detrahere formę ipſius mandati, Baldus in lege vltima, numero quarto, C. de fide inſtrumentorum. Facit, quòd ſcribit Surdus in prope dicta deciſione, referens, fuiſſe deciſum in Senatu: quòd mulier minor, quæ obtinuerat à Sereniſsimo Duce,quod poſſet viro ſuo omnia bona in dotē aſsig

nare

nare, licet, iuxta illud verbũ, Poſſet, non cogeretur deuenire ad actũm dandi in dote bona omnia; quando ad actũ deuenit, ſeruare tamẽ debuit formam, à dicto Duce præſcriptã; & non potuit partem dictorum bonorum, in dotem conſtituere, ſed omnia.

Quarto facit: nam in donatione; facta per Marcum Antonium Bernich, dicto Petro Paulo, contemplatione matrimonij, fuit adiecta illa clauſula: vt donatarius, poſſet relinquere dictæ Angelicæ Matcaros; dictas quinquaginta libras annuas; & hac ſpe, pater dictæ Angelicæ dotem conſtituit dictæ eius filiæ, quando eam in matrimonium collocauit, cum dicto Paulo Bernich. Et ita non potuit dictus Paulus eludere vxorem, & ſocerum, adijciendo, in legato dictarum quinquaginta librarum, conditionem viduitatis ſeruãdæ. iuxta ea, quæ tradit Vincent. de Franch. decil. 205. part. 1. vbi ait: deciſum fuiſſe in Sacro Neapolitano

12 Conſilio; non potuiſſe filiũ, cui erat facta donatio, contemplatione matrimonij, retro donare patri. Et reddit radonem num. 1. cum ſeqq. his verbis: ¶ Sunt enim iſtę donationes, quæ occaſione matrimonij fiunt, & in ipſius tractatu, pars ipſius cõtractus, & confunduntur cum toto ipſo contractu, & ſic irreuocabiles, in pręiudiciũ omniũ, qui in ipſo contractu interuenerunt. Ex dictis per Guid. Pap. in deciſ. 145. fuit etiam verſ. Sed his nõ obſtãtibus: quando enim patres dant dotes filiabus, vt eas, cũ ditioribus nuptui tradant, eneruãt eorũ patrimonia, vt dicit Bald in l. 3. 1. col. C. de bon. quæ lib. & non cõtraxiſſent, ſine donatione prædicta; vnde non debet decipi ex occultis, & doloſis retro donationibus, ſeu reuocationibus. Et queadmodum matrimonium, iã cõtractũ irritari nõ poteſt, quod non eſſet contractũ, ſine donatione, ita, nec donatio prædicta, quæ eſt pars ipſius. Et ita, in ſpecie, ex multis decidit Tellius Ferdi. ſuper conſtit. Taur. in l. 17. n. 73. verſ. quod eſt adeo verũ fol. 142. & ſignanter ex deciſ. Bal. in l. ſi Præſes. C. de donatio. Et pro hac opinio dicit eſſe text. in l. bonæ fidei. ff. de pecul. Et quia, ab eo tempore, in ſimilibus retro donationibus; ſic ſemper fuit iudicatũ, non exiſtente in eis cõſenſu omnium contrahentium. Idẽ dicit Sanchez de matrimo lib. 6. diſputatio. 32. n. 5. tom. 1. pag. 1014. quia (inquit) fieri non poteſt in præiudiciũ vxoris, & filiorum; vxori enim ius quæſitum eſt; quia contemplatione illius donationis, nupſit, vel ampliorem dotem promiſit; & ibi multis Doct. relatis, bene confirmat Cãcer. tomo 1. variarum, libro 1. cap. 8. nu.

13 55. Vbi dicit: ita fuiſſe expreſſe ſanctũ, in conſtit. Catalonię, incipienti: Atoragicas ſtaus; quæ eſt vnica, in tit. de dot. promiſ. Circa quã cõſtitutionẽ late ſcripſit idẽ Cancer lib. 3. var. cap. 2. n. 209. cum pluribus ſeqq. Et in noſtro Valentiæ Regno in foro 96. Curiarum anni 1585.

14 diſpoſitum eſt: non valere renunciationes donationum factarũ contem-

L 3 pla-

platione matrimonii, reſtitutiones iurium, vel recognitiones, dicendo: fuiſſe factas tantum honoris gratia. Et in effectu fieret contra mentem dicti fori, ſi dictus Paulus Bernich, cui facta fuit donatio contemplatione matrimonij, poſſet adijcere grauamen viduitatis ſeruandæ, dictæ Angelicæ Maſcaros, contra facultatem, conceſſam per donatarium, relinquendi dictæ Angelicæ, quinquaginta libras annuas, nullo expreſſo grauamine.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum. Primo quia cum dictus Paulus Bernich, liberam habuit facultatem diſponendi de dictis quinquaginta libris annuis, in fauorem dictæ Angelicæ, & non diſponendi, potuit in legato ei facto, dictarum quinquaginta librarum, adijcere conditionem, vi-
15 duitatis ſeruandæ: iuxta ea, quæ ſcribit Paul. Caſtrenſ. in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, de legat. 2. vbi declarando verb. d. §. de Falcidia, ibi: non enim facultas neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt (inquit) quòd I. C. ibi reſpondet obiectioni, quæ poſſet fieri; quod imò electus habere videtur ab ipſo eligente, non a primo teſtatore. Quia niſi elegiſſet, nõ haberet ſolus, ſed omnes de familia vocarentur, ſicuti ſubſtitutus pupillaris, dicitur habere bona pupilli a patre ſubſtituente, qui poterat non ſubſtituere: Et per conſequens poteſt grauare in bonis pupilli, l. ſi fundum, per fideicommiſſum. §. fin. de legat 1. Sed reſpondet quòd electus, iſtam electionem neceſſe habuit facere: & ſic non dicitur exercuiſſe liberalitatem. Per hæc reſpondet Caſtrenſ. ad id, quòd antea dixerat, de patre: quia ille non habet ſubſtituere, ſi non vult. Et hanc opinionem Caſtren. quam ipſe allegat, ſequitur Peralta in l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, numero 16. de legat. 2. pagina 591. dicens: claram, & apertam eſſe differentiam inter materiam iſtius legis vnum ex familia, §. & ſi fundum, & materiam meliorationis, tertiæ partis bonorum, quæ per legem fori, de las mandas, l. 9. libr. 3. & leges Taurinas, illam approbantes, poteſt fieri per patrem vni ex filijs. Quod ſic liquido oſtenditur: nam in illa materia meliorationis, pater donat, vel relinquit filio gratuito modo, hoc eſt, ex mera gratia, & liberalitate, nulla neceſsitate præciſa, neque cauſatiua præambula ad illam, ad id vrgente, vt inquit illa lex fori, ibi: (Pueda el padre, ſi quiſiere, mejorar) Et hac eadem ratione, permittitur eidem patri meliorare, per legem decimamſeptimam Tauri, ad finem, quòd, in defectum vltimorum deſcendentium, ex tali filio meliorato, ibi expreſſorum, grauare filio eiuſmodi melioratum, onere reſtituendi meliorationem tertii, perſonæ extraneæ. Sed non ob hanc cauſam, textus iſte corrigitur, in primo ipſius reſponſo: In quantum reijcit ab hac electione,

vel

vel nominatione, grauaminis impoſitionem: quoniam (vt modo prædixi) loquitur in caſu, ubi nominatio fit ex neceſsitate, id eſt, ex obligatione, fluente ex teſtamento primi diſponentis, qui iuſsit eam rem reſtitui per heredem, vel alium grauatum, vni de familia. Qua ratione omnia relicta, præſtanda ab hærede alicui, vel aliquibus de familia, deſcendentia ex diſpoſitione vltima primi teſtantis, id eſt, teſtatoris, debent tranſire, & pergere libera, in perſonas vocatas per eundem teſtatorem, ad illas, & ſucceſſores intermedijs, ijdemque prædeceſſores ſequentium ſucceſſorum gradatim, non poſſunt talibus ſucceſſoribus ſubſequentibus grauamen inijcere. Secus autem dicendum: in hodiernis meliorationibus, reſtitutioni ſuppoſitis, quibus per eoſdem patres meliorantes apponitur onus, vel grauamen; quia cum ipſis ex ſe met ipſis, principaliter exerceant liberalitatem erga eiuſmodi nominatos, vel honoratos in tali melioratione, poſſunt eos liberè, & ad libitum grauare, etiam, quod habeant, prout habent à lege facultatem nominandi: id eſt, meliorandi: quia talis facultas conceditur patri per legem, prò libito ſuæ voluntatis.

16 Secundo: pro eadem ſententia facit text. in l. ſi fundum, per fideicommiſſum 92. §. fin. de legat. 1. ibi: *Sicuti conceditur vnicuique, ab eo, ad quem legitima eius hæreditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſum dare; ita, & ab eo, ad quem impuberis filij legitima hæreditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſa recte dabuntur.* Et ibi glo. fin. inquit: Cum enim poſſet pro ea teſtari, v. Inſtit. de pupil. ſubſtit. in principio: ergo ſi non facit, ipſe pater videtur relinquere legitimis filijs. Et ibi Paul. Caſtrenſ. nu. 1. inquit: quia tacitè videtur eis ſua bona relinquere, non faciendo teſtamentum, l. ſi quis cum nullum, ff. de iure Codic. Vnde cum honorentur, grauari poſſunt, & venientibus ab inteſtato pupillo, videtur pater eius relinquere: nam poterat auferre, dando ſubſtitutum pupillarem: ergo non dando, tacitè vult pater: quod ſuccedentes ab inteſtato filio ſuo impuberi, bona eius habeant: & hac ratione poteſt eos grauare, l. 1. §. his quibus, verſiculo, Sciendum, ff. de leg. 3. ibi: Sciendum eſt autem, eorum fidei committi poſſe, ad quos aliquid peruenturum eſt, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur. Immò pater poteſt, pro filio impubere, codicillos facere, vt inquit Baldus in l. ſi arrogator, nume-
17 ro. 8. ff. de adoptionibus, Aretinus in lege prima, §. finali, numero 19. ff. de vulgari. Alciatus in l. Centurio, n. 91. ff. eod. Quod ſi non fecit pupilarẽ ſubſtitutionẽ, ſuccedentes filio ab inteſtato, tacitè ad hæreditatem filii impuberis videtur vocaſſe, vt notatur in l. conficiuntur, ff. de iur. Codic. & conſequenter quaſi honeratos, grauare illos poteſt, d. l. ſi fundũ, §. fi. ff. de leg. 1. Et hoc procedit: quia erat in mera facultate patris, impuberis ſubſtitutionẽ pupillarẽ facere, vel non facere: ergo pari ratione dicendum eſt: ex quo Petrus Paulus Bernich potuit relinquere, vel non, dictæ An-

gelicę quinquaginta libras annuas,potuit eam grauare onere viduitatis ſeruandæ.

Tertio pro eadem ſententia facit, quod ſcribit Caldas Pereyra,in tractatu de iure emphyteuſi,lib.3. de po-
18 teſtate eligendi,cap.16.num.6.cum ſequent.vbi probat,in Luſitania,eũ,qui habet facultatem nominandi, vt ſuccedat in emphyteuſim, poſſe grauamen nominato imponere,iuxta Regni conſuetudinem. Et ibi num. 8. pro huius opinionis confirmatione, adducit regulam tex.in l.ab eo. C.de fidei commiſs.vbi cauetur: illos gruari regulariter poſſe,qui honorantur. Concordat l.9.tit.9.part.6. facit l.cum quidam.C.de legat. & hoc iure naturali conſentaneum eſt, l.ſecundum naturam.ff.de regul.iur. Vnde per regulã d.l.ab eo, dicebat Albericus in proœmio Digeſt.in §.diſcipuli,num.14.filium primogenitum, poſſe per patrẽ grauari. Vnde inquit Caldas Pereira: cum emphyteuta,neque ex conſuetudine, neque ex legis Regiæ diſpoſitione,ad faciendam nominationem emphyteutæ, neceſsitate aſtringatur, & poſsit eligere, ac nominare vnum, vel alterum, hocque emphyteutæ arbitrio relinquatur, nec ad aliquam iuris neceſsitatẽ redigatur, iuxta l.non quicquid, ff. de iudic.conſequens, eſt emphyteutã eligentẽ vnũ ex plurib. (quem præciſè nominare, & eligere minimè tenebatur) illũ honorare, & exinde eum grauare poſſe, per reg.d.l.ab eo.cum donare emphyteuſim videatur,quam nullo iure cogente conceſsit,l.donari. ff. regul.iur. Vnde cum talis nominatus ſit quodammodo donatarius,grauari poteſt per donantem;arg.l.quoties,& l.perfecta.C.de donat.quæ ſub modo,l.7: tit.4.p.5. Et ita,in ſimili, in exemplari ſubſtitutione, vt ſubſtitutũ pater grauare poſsit, concludit Pelaez in tract. de maior.q.71.nu.4.verſ.Tertio. Gratus conſ.17. & 34. & Menchaca in l. quoniam in prioribus,limit.vlt. C.de inoffic.Hoc idem(quod Caldas conſiderat in caſu ſuo) procedit in noſtro: quia in mera facultate fuit dicti Pauli Bernich relinquere, vel non dictæ ſuæ vxori,quinquaginta libras annuas.& ita potuit ei grauamen viduitatem ſeruandi, imponere.

19 Quarto, conditio non contrahendi ſecundas nuptias, hodie ſeruanda eſt,vt probatur in cap 25.in §. Vnde ſancimus,in Authen de nuptijs,cuius verba ſunt: Vnde ſancimus, ſi quis prohibuerit vxori ad aliud venire matrimonium,ſiue etiam vxor maritum (idem namque eſt vtrinque) & pro hoc, aliquid reliquerit,vnam,ex duabus,conditionem habere contrahentium alterum, aut ad nuptias venire, & renuntiare perceptioni: aut ſi hoc noluerit,ſed honorat defunctum,omnino abſtinere de cętero à nuptijs.Et inferius ibi;mox autem, vt ad ſecundas nuptias venerit,hoc ab eo, qui dedit,vindicetur, apud quamcunque apparuerit perſonam, tanquam ſi ab initio,neque datum fuiſſe videatur. Authen.cui relictum.C.de indict. viduitol.cuius verba ſunt:Cui relictũ quid fuerit,à coniuge, vel à qualibet perſona,ne ſecundas ineat nuptias:intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat:poſt annum vero,capiat

piat præſtita cautione,rei,cum fructibus reſtituendæ. Si contrafecerit: Pro re immobili, iuratoria cautio fiat,cũ hypothecis,pro mobili (ſi perſona ſit idonea)eadem ſit cautio: alioqui, & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt. Contractis nuptijs,res data,vindicari poteſt: quod ſic admittitur, ac ſi ei relictum, vel ordinatum non fuiſſet. Et dicta diſpoſitio non eſt correcta per ius canonicum,vt ſcribit Couarr.
20 in epith.ad 4.2.p.cap.3.§.9. num. 10. & 11.his verbis: Quinto eadem principali diſtinctione præmiſſa, apparet iure canonico, minimè eſſe correctũ id,quod iure ciuili eſt ſtatutum,in Authen.cui relictum, C.de indict.vidui. toll.& in Authent. quod locum.C.ſi mulier ſecund nup.vbi probatur legatum,à marito vxori factum, ſi vidualem vitam egerit, vel donec ſecundo nupſerit,amitti ab vxore, ſi ſecundo nubat.Nam conditio cœlibatus,ac viduitatis, & ſi reijciatur ab vltima voluntate,in his, qui nondum coniugiũ contraxerunt,l.ſed ſi hoc.§.fin. cum ſeqq.ff.de condi.& demonſtra. in his tamen,qui iam primas nuptias cõtraxerant,non reijcitur,l.2. C.de indict. viduit. toll. notat Ioann.de Garro in Rub.C.de ſecund nupt. 9. pœna, & idem in l.1.ſuper gloſ. num.23. C.eo. Quod comprobatur: quia honeſtum eſt à ſecundis nuptijs abſtinere, c. fin. 31.q.1.l.hæc conditio. ff de condit. & demonſtrat.vbi hoc notat. Socin. & optime Corrat.lib. Miſcellan.3. cap. 1.Nã, & ex ſecundis nuptijs, anima prioris mariti contriſtatur. Authent. de non eligend.ſecund.nub.§.perſpeximus, & Authent. de nupt.§.quæ vero. Fitque iniuria filijs prioris mariti,vt in dicto §. perſpeximus, probatur.Hinc,& Plutarc.in Proble.Rom. cap.5.ſcribit; fœdum eſſe viduis,multis præſentibus nubere: cum ſecundæ nuptiæ ſint triſtes, aut lugubres. Ex quibus infertur:vxorẽ, cui maritus legauit mille,ſi caſtè vixerit,ſecundo nubentẽ,legatũ amittere: licet caſtè viuere is dicatur,qui vitã coniugalẽ elegit, c.Nicena 31,diſt. Thom.22. q 151.art. 1.Sic etiam hanc illationẽ aſſerũt Angel.& Alex.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.

Tertio: verba dicti legati relicti per Paulum Bernich,ibi: Viuẽdo caſtè,& ſine marito,intelligẽda ſunt,quãdiu vitã vidualẽ ſeruauerit. Ait Mant. de cõiectur.vltimar. volunt.tit.19.nu. 23. vbi refert duas opiniones, alteram ſentientiũ;dictã conditionẽ,vitam vidualẽ ſeruãdo, intelligi diſtributiuè, donec vidua mãſerit: alterã exiſtimantiũ,dicta verba inducere cõditionẽ ſimpliciter,ita,vt ſi ſecũdo nupſerit,remaneat priuata legato,perinde,ac ſi ei relictũ non eſſet. Et primam opinionẽ ſequitur, eandẽ etiam amplexus fecit Menoch.de præſump.lib.4. præſ.187. n.10.vbi refert ita tenentes Bald.conſ. 267.incipienti,proponitur,quòd Mãfedinus ſub n.4.in verſ.Iſta quæſtio Et Ruinus in conſ.170.nu.6.& iuxta hanc mitiorem opinionem, in annis quibus dicta Angelica Maſcaros ſine marito vixit:quia voluntati, & diſpoſitioni dicti Pauli Bernich,eius viri paruit,vitam vidualem ſeruando, annuas præſtationes decurſas conſequi debet. Poſtquã verò ſecundo nupſit, & præcepto dicti teſtatoris cõtrafecit

indigna

cùm non ſit contra mentem tribuẽtis talem facultatẽ diſponẽdi: quòd poſsit ad libitum diſponere. Nõ nego: quòd ſi Marcus Antonius Bernich dixiſſet, vt Paulus Bernich diſponere poſſet in fauorem dictæ Angelicæ de dictis quinquaginta libris abſque vllo grauamine, non potuiſſet Paulus donatarius hoc grauamẽ viduitatis ſeruãdæ adijcere: ſed quia donator fauorẽ donatarij, filij eius fratris, dumtaxat reſpexit, & nõ Angelicæ extraneæ; vt in ſimili probat Menoch. in conſ. 40. aliàs 41. incipiẽti, dubia, num. 20. & 21. lib. 1. & cõſ. 286. num. 15. libro. 3.

29 Pariter deciſio Surdi 268. loquitur in caſu longè diuerſo, à noſtro. nam, vt ibi dicitur n. 7. verſ. Sed prædictis, & num. 9. prope finem, & num. 10. vbi fuerat data forma per Sereniſsimum Principẽ, quæ non fuerat ſeruata, & ob id, fuit declaratum nullum: quod cõtra decretum factum fuerat, iuxta l. ſi pupillorum, §. ſi Prætor. ff. de rebus eorum, quam allegat ibidem num. 21. ad finẽ: & in his terminis procedit, quod dicitur in eadem deciſione, n. 13. quòd ibi verbum, Poteſt, licet nõ importet neceſsitatem præciſam: importat tamen cauſatiuam, l. ſi mãdauero. 22. §. fin. ff. mandati. Secus tamen eſt in caſu noſtro, in quo non eſt data forma; ſed Marcus Antonius Bernich donator, liberã dedit facultatem dicto Paulo donatario, relinquendi, ſi vellet, dictæ Angelicæ Maſcaros, dictas quinquaginta libras annuas, & ſi nollet, nec expreſſè, nec tacitè eum obligauit ad relinquendum ei dictum legatum: & ſic, nec neceſsitas præciſa, nec cauſatiuã conſiderari poteſt in occurrenti caſu, relinquendi dictum legatum purè, & abſque dicta conditione viduitatis ſeruandæ.

30 Nec obſtat quartum: licet enim donatio facta Paulo Bernich, fuerit contemplatione matrimonij, & ita ſit irreuocabilis; non tamen facultas dicto donatario conceſſa, diſponendi de quinquaginta libris annuis in fauorem Angelicæ, abſtulit facultatem dicto donatario apponendi cõditionem viduitatis ſeruandæ, in legato, dictæ uxori facto. Nec hoc eſt contra mentem contrahentiũ, imò verò valdè conforme intentioni donantis, ac donatarij, qui veriſimiliter voluerũt, vt ſi dicta Angelica ſuperuiueret, & parte; bonorum in donatione comprehẽſorum frui vellet in viduitate; & nomine dicti Pauli Bernich remaneret. Nec credendum eſt, Doctorem Maſcaros, patrem dictæ Angelicæ, aliud cenſiſſe, tempore donationis factæ, contẽplatione matrimonij celebrandi cũ eius filia.

Ex quibus fuit declaratum in S. S. R. Conſilio: dictam Angelicam Maſcaros, tempore quo vixit in viduitate, dictum annuum legatũ percipere potuiſſe: poſtquam autem ſecundo nupſit, illud amiſiſſe. Et ita fuit pronuntiatum, ſententia lata in fauorem dicti Monaſterij Aræ Chriſti, contra dictam Angelicam, publicata per Michaelẽ Codorniu, in locum Nicolai Menſæ, die 19. Februarii anni 1619.

DECI.

DECISIO XIII.

Supplicationis cauſa, eſt deſerta, per lapſum vnius anni, iuxta Regiã Pragmaticam: licet fuerit in cauſa concluſum intra annum; durante tamen termino præfixo in literis citatorijs, ad cõparendum: & procuratori, non habenti mã datum ſpeciale ad prorogandũ fatalia, talis concluſio in cauſa fuit notificata, & non cõtradixit.

1 *Deſerta eſt cauſa ſupplicatio nis, ſi intra annum a die, ab ea interpoſitæ, non fuerit terminata, iuxta Regiam Pragmaticã, quæ declaratur num. 7.*

2 *Fatalia poſſunt partes abreuiare.*

3 *Appellationi, renunciare poteſt tacitè, procurator, & nu. 15.*

4 *Tacens in iudicio, habetur pro conſentiente.*

5 *Conſenſus præſumitur, quando vltrà taciturnitatem, cõcurrit calor iudicij.*

6 *Sententia, quamuis ſit tranſacta in rẽ iudicatam, ſi contra iudicatum obijciantur exceptiones, & aduerſarius non contradicit, iterum ſuper eodem iudicari poteſt.*

8 *Concludi non poteſt in cauſa, intra triginta dies dilationis, conceſſæ citato, cum litteris citatorijs.*

9 *Dilatione durante, iudicis officium cõ quieſcit.*

10 *Termino durante, a iure, vel ab homine dato, proceſſus factus non valet.*

11 *Citatio, ſi ſit ad certũ diem, & actus fieret alio die, non valeret.*

12 *Fatalia prorogari, & abreuiari poſſunt quando principalis, vel procurator habens ſufficiens mandatum fàcit: & vbi interuenitur expreſſus cõſenſus; num. 14.*

13 *Procurator non poteſt prorogare tempus releuationis appellationis.*

14 *Prorogatio fataliũ ex conſenſu partis fit, vbi interuenit aliquis actus poſitiuus: ſecus, ſi tantum colligatur conſenſus ex taciturnitate, & patientia. Et ita requiritur expreſſus conſenſus.*

15 *Deſertioni non poteſt renunciare procurator, tacite prorogando fatalia, maximè, vbi ad id non habebat ſufficiens mandatum.*

Don Iacobus Centelles ſupplicauit à ſententia, lata anno 1593. in fauorem Don Ianuarij Rabaça de Perellos ſenioris & contra ipſum, cauſamque ſupplicationis introduxit in hoc S. S. R. Conſilio literas citatorias, ab eo impetratas, perſonaliter intimari fecit dicto Don Ianuario, & antequàm adimplerentur triginta dies termini præfixi, in dictis literis, ad comparẽdum, & ad proſequendum cauſam, eius concluſionem inſtauit: Et per iudicem commiſſarium cauſæ, prouiſum fuit, vt portaretur proceſſus (Ita enim concluditur in cauſa; in hoc Supremo Conſilio.) Et dictã concluſionem in cauſa, intimari fecit Hieronymo Gatuelles Notario, in hac Curia reſidenti, qui habebat mandatum ab eodem Don Ianuario ad omnes cauſas motas, & mouendas; non tamẽ ei nominatim ordinatum fuerat, à dicto Don Ianuario, vt interueniret, in hac cauſa ſupplicationis, poſtquam ei notificatæ

Digitized by Google

fuerūt dictę literę citatorię, nec habeat mandatum ſpeciale ad prorogandū fatalia, nec ad abbreuiādum terminū: Et in hoc ſtatu remanſit cauſa vſque ad annum 1618. & ſic per tempus 25. annorum, in quo pro parte Don Ianuarij de Perellos iunioris, filij, & hæredis D. Ianuarij ſenioris, fuit prætenſum: dictam ſupplicationis cauſam eſſe deſertam, quia non fuerūt factæ debitæ diligentiæ iuxta Regiam Pragmaticam, Sereniſsimi Regis Petri Secundi, diſponentem, vt cauſa ſupplicationis intra annum debeat terminari, aliàs, quòd lapſo dicto anno ipſæ ſententiæ, in rem tranſeat iudicatā. Quæ Pragmatica extat in extrauag. Foror. Regni Valentiæ ſub Rubr. Prouiſio ſuper fideiuſsione præſtanda, fol. 57. pag. 2. cum ſeqq. Dicebit enim Don Ianuarius: quòd prius debebant labi triginta dies termini præfixi in literis citatorijs, & poſtea concludi in cauſa intra annum, à die ſupplicationis cōputandum, quod factum non fuerat: & ex hoc capite cauſam eſſe deſertā.

Pro parte autem dicti Don Chriſtophori Centelles, Marchionis de Quirra, filij, & hæredis dicti Don Iacobi, ſupplicantis, prætenſum fuit: cauſam ſupplicationis non eſſe deſertam, ex quo fuerat in ea cōcluſum intra annū, & concluſio fuerat notificata procuratori dict. D. Ianuarij de Perellos, qui non contradixit, & ita videtur cōſenſiſſe dictæ concluſioni in cauſa, & per conſequens fuit ſatisfactum dictę Regiæ Pragmaticæ. Et licet aliàs, parte contradicente, non potuiſſet, pendente termino triginta dierū, in cauſa concludi, tamen partes potuerunt fatalia abbreuiare, vt ex Cyno refert, & ſequitur Alexand. in l. properandum ſub num. 13. verſ. Vtrum autem C. de iudic. Et late Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. num. 195. Et procurator poteſt tacite appellationi, renūciare iuxta eundem, q. 17. limit. 2. num. 18. fol. 442. & num. 71. pag. 452. Et ſufficere videtur tacitus cōſenſus, qui colligi videtur ex taciturnitate, iuxta ea, quæ latè tradit Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 46. nu. 2. vbi ait: quòd tacens in iudicio habetur pro conſentiente, cap. 2. de appellat. in 6. Bart. in l. 1. nu. 6. C. de relat. Et idem Menoc. lib. 6. de præſumptionibus, præſump. 99. num. 43. Vbi, alijs relatis, probat: quòd, quando præter taciturnitatem, concurrit calor iudicij, magis præſumitur conſenſus. Idem dicto libro 3. præſumpt. 46. num. 11. ait: quòd & ſi contra ſentētiam, quæ trāſiuit in rem iudicatam, nihil obijci, deducive poſſit, cum pro veritate habeatur, l. res iudicata, de reg. iur. nihilominus, ſi obijciantur exceptiones, & aduerſarius nō contradicit ſuper eis, iudicium tractādum eſt, vt ſcribunt commemorati à Felino in cap. inter monaſterium, nu. 23. de ſentēt. & re iudic. & à Decio in l. in ambiguis. §. non eſt nouum, n. 10. de regul. iur. & præter eos Ruinus cōſil. 3. numero. 10. lib. 3. Marcil. in conſ. 19. ſic ex tacito cōſenſu in iudicialibus, receditur ab his, quæ de iure erāt ſeruanda. Vnde, cum procurator dicti Don Ianuarij de Perellos nō cōtradixerit cōcluſioni in cauſa, inſtatæ intra terminum præfixum eiq; principali, in literis citatorijs: videtur quòd valeat concluſio in cauſa: & per conſe-

Marginal numbers (left column): 1 (beside "ſe deſertam"), 2 (beside "dente termino"). Right column: 3 (beside "3.cap.2."), 4 (beside "lib.3.præſump.46"), 5 (beside "99.num.43"), 6 (beside "mitur conſenſus"), 7 (beside "pali, in literis").

Digitized by Google

ſequens, nō poteſt declarari dicta ſup
plicationis cauſa deſerta. Quod enim
dicitur in dicta Regia Pragmatica,
quòd ſupplicans tenetur dictam ſup
plicationis cauſam proſequi, & ea in-
tra annum debeat terminari, intelligi
tur (vt ſemper fuit ita obſeruatum)
quòd intra annum, ſit in dicta ſuppli
cationis cauſa concluſum, ita, vt non
ſtet per partem: ſed per iudicem, in ea
declarare, & ſententiam proferre.

Sed his non obſtantibus: contra-
8 rium fuit deliberatum in hoc S.S.R.
Conſilio, nimirum: dictam ſupplica-
tionis cauſam eſſe deſertam.

9 Primò: quia non potuit concludi
in cauſa intra dictos triginta dies, in
literis citatorijs conceſſos, ad compa
rendum: quia durāte termino, ſiue di
10 latione, officium iudicis conquieſcit, l.
3. C. de dilationib. Cuius verba ſunt:
*Siue pars, ſiue integra dilatio fuerit data,
eo vſque iudicis officium conquieſcat, do-
nec petiti temporis defluxerint curricula.*
Et durante termino à iure, vel ab ho-
mine dato, ad aliquid peragendū, ma
nus iudicis quaſi ligatæ, & impeditæ
cenſentur: Et propterea proceſſus co
ram eo factus, non valet. Vt inquit
Vantius in tractat. de nullit. ſentent.
tit. de nullita. ex defect. iuriſdictio. &
vnde, ac quibus modis, num. 158. tom.
4. tractatuum, fol. 392. qui, ad id alle-
gat deciſ. Rotæ Romanæ 742. incipiē
tem, Nota. quòd quādo pēdente ter
mino, quæ eſt 30. in tit. de iudic. in an-
11 tiquis, vbi fuit deciſum: pendente ter-
mino, ad veniendum ad Curiam Ro
manam, non debere procedi contra
aliquem, per Audientiam contradica-
torum; quod, ſi fiat nihil valet, & quā
do citatio fit ad certum diem, ſi actus
fiat alio die non valeret, vt pluribus
relatis probat idem Vantius titu. de
nullit. ex defectu citationis, num. 73.
fol. 409. vbi multos allegat.

12 Secūdo: quia licet de conſenſu par
tiū, poſſint fatalia prorogari, & abbre
uiari, vt probat Scaccia de appellatio.
quæſt. 15. num. 118. & 195. Hoc tamen
procedit, quando principalis, vel pro
curator ad hoc habens ſufficiens man
datū, facit: ſecus, ſi talis procurator nō
habet ſufficiens mandatum. Ita Scac
cia d. q. 15. num. 212. pag. 353. his verbis:
*Limita ſecundo vt non procedat in procu-
ratore non habente ſpeciale mandatū: quia
non poteſt prorogare, ſeu ſuſpendere fata-
lia, Felin in cap. 8. ex ratione. num. 3. verſi.
Tertio dum dicit:* Et alij, quos refert
Theſaur. Foſſan deciſ. 244. fatalia, nu.
7. verſ. Limitatur prædicta. Et eos re-
fert, & ſequitur Ruginel. tract. de ap-
pellat. §. 10. gloſ. 1. ſub num. 43. verſic.
Declara ſecundo.

13 Et quod procurator non poſſit
prorogare tempus trium menſium,
datum in Regno Franciæ, ad releuan
dam appellationem, ſcribit Rebuf. in
tract. de appellatio. art. 4. gloſ. 1. nu. 21.
tom. 3. ad Conſti. Reg. fol. 493.

14 Tertio: vt inquid idem Scaccia d.
q. 15. nu. 117. pag. 331. quod dicitur: pro-
rogari fatalia ex conſenſu, intelligitur
ubi interuenit aliquis actus poſitiuus:
ſecus eſt, ſi conſenſus colligitur tantū
ex taciturnitate, & patientia. Clemen.
quandiu, de appellatio. ibi; *Vel alias de
partium expreſſo conſenſu:* & ibi gloſ. in
verbo expreſſo, inquit: non ſufficeret
ergo tacitus, Alexand. conſ. 72. Vide-
tur prima facie num. fin. verſ. Vltimo

non obſtat Cacher deciſ.28. num.16. Vbi alios allegat, & in fine dicit: Hác opinionem tenuiſſe Senatum, ſeù Iudices vltimarum appellationũ. Alios plures allegat Scaccia vbi ſupra; vnde cum in occurrenti caſu, non interuenerit expreſſus conſenſus dicti Dõ Ianuarij de Perellos, & quod fortius eſt, illius procurator non habuiſſet mãdatum ad hoc ſufficiens, dicendũ eſt: non ſufficere, quod fuerit in cauſa cõcluſum intra annum, pendente adhuc termino, in literis citatorijs præfixo.

15 Nec obſtat quod dicit Scaccia de appellationib. q.17. num.71. quòd licet procurator non poſsit expreſſe renunciare appellationi, poteſt tamen tacite renunciare, non proſequendo appellationẽ; aliud enim eſt præiudicare principali, non proſequendo appellationẽ: quia cum haberet ſufficiens mandatũ à ſuo principali, bene potuit ei præiudicare, non appellando: aliud vero eſt, renunciare deſertioni, prorogando fatalia, ad quod requiritur expreſſus partis conſenſus, nec ſufficit tacitus. Clement. quamdiu, & ibi gloſ. de appellation. Quod abſque dubio procedit in caſu noſtro: quia procurator non habebat mandatum ſufficiens, ad prorogandum fatalia.

16 Ex quibus fuit declarata dictà cauſa ſupplicationis interpoſitæ per dictũ Don Iacobum Centellas, deſerta: quia non fuerat proſequuta, iuxta Regiam Pragmaticam, ſententia lata in S.S.R. Conſilio, in fauorem dicti Don Ianuarij de Perellos, contra Don Chriſtophorum Centellas, Marchionem de Quirra, publicata per Michaelem Codorniu, Regij mandati Scribam & actuarum die 25. Auguſti 1616.

DECISIO XIIII.

Epiſcopus, vbi debet eſſe Diputatus Regni, non ſufficiet, quòd ſit nominatus à Rege Patrono, ad Epiſcopatum: ſed quòd habeat gratiã à Summo Pontifice, & ſic exercitium, & iuriſdictionem.

1 *Electione adquiritur ius Prælaturæ; per confirmationem verò, exercitium.*

2 *Epiſcopus, per confirmationẽ, conſequitur ea, quæ ſunt iuriſdictionis, ea vero quæ ſunt ordinis, conferuntur in conſecratione Epiſcopali.*

3 *Vacatio ſedis Epiſcopalis: an duret, donec literæ Apoſtolicæ fuerint expeditæ, & præſentatæ: an vero ceſſet, per ſolã prouiſionem ſedis Apoſtolicæ.*

4 *Epiſcopatus gratia conceſſa, ſi nondum ſit accepta poſſeſſio: an in Regno Aragoniæ, Epiſcopus poſsit admitti ad officium Diputationis.*

IN Curijs Valentiæ anni 1585. c: 264. actuum Curiæ Brachij Eccleſiaſtici fol.36. pag.2. fuit diſpoſitum: quòd vacante officio in domo Diputationis, in defectũ alicuius, qui habet Dignitatem, vel Prælaturam, idẽ officiũ obtinere debeat ſucceſſor in eadem Dignitate, ſeu Prælatura, & ad dictum effectũ, poſt vacationem, expectare debeat tres menſes, intra quos, procedi minime poſsit ad faciẽdam nouam extractionẽ, ex perſonis, ſeu

ſeu vocibus dicti ſtamẽti Eccleſiaſti-
ci,in locum deficientis: ſed tantũ trãſ
actis dictis tribus menſibus,& nó exi
ſtente ſucceſſore in Dignitate,ſeu Præ
latura vacante.

Euenit, quòd poſt mortem Don
1 Feliciani de Figueroa Epiſcopi Sego
brienſis,qui erat vnus, ex Diputatis
Stamenti Eccleſiaſtici,fuit nominatus
per ſuam Maieſtatem ad dictũ Epiſ
coparum,Don Petrus Genitius Caſa
noua,qui prætendebat,antequam gra
tia dicti Epiſcopatus à Summo Pon
tifici fuiſſet conceſſa,ad preſentationẽ
dñi noſtri Regis, qui eſt Patronus,
quòd vti ſucceſſor in dicta Prelatura,
ſuccedebat etiam in officio Diputa-
ti,ſtamenti Eccleſiaſtici; & conſequẽ
ter,etiam tranſactis tribus menſibus,
non eſſe locum nouæ extractioni alte
rius,ex vocibus dicti Stamenti Eccle
ſiaſtici,ad dictum officium Diputati.

Sed contrarium fuit deciſum in
2 Regia Audientia: quia dictus Dõ Ge
nitius Caſanoua, non habebat exerci-
tium,neque iuriſdictionem. Ita Panor
mitanus in cap nobis num.4.extra de
iure patronatus,ibi: *Vide gloſ. no.in.c.
quanto.63.diſtinct.quod dicit,quod per e-
lectionem acquiritur ius prælaturæ, & per
confirmationem adquiritur exercitium. Et
illam gloſſam ſemper nota, quam videtur
ſequi DD.in cap.tranſmiſſa,de electione;
ſed per præſentationem, vel electionẽ; quã
facit patronus, non adquiritur tale ius præ
ſentato.* Hactenus Panormita. Et quod
Epiſcopus,per confirmationem con-
ſequatur ea quæ ſunt iuriſdictionis, di
cit text.in cap.tranſmiſſa 15.de electio
ne,& ibi gloſ.in verbo, de talibus, in-
quir, ſcilicet,pertinentibus ad iuriſdic-
tionem: puta,ſicut eſt iudicare,excom
municare,corrigere,iuramenta recipe-
re a vaſſallis,confirmare,inveſtire, be
neficia conferre,& conſimilia,quæ cõ
ſiſtunt in iuriſdictione, ſupra eodem,
poſti.infra de tranſlat. cap.1. Hæc om
nia in confirmatione conſequuntur
electos: ea verò quæ ſunto ordinis ſi-
cut Clericos ordinare, chriſma confi-
cere,depoſitio Clericorum,benedice-
re virgines,& Eccleſias, & Altaria cõ
ſecrare,& ſimilia conſequũtur in con
ſecratione Epiſcopali, infra eodem,
quod ſicut § præterea.

3 Dubium tamen eſt: an hodie du-
ret vacatio ſedis Epicopalis, donec li
teræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ, &
præſentatæ. Quod dubiũ pertracctat
Gratian.diſcept.foren.tom.1.cap.127.
num.45.cum ſeqq his verbis: *Cum ho-
die duret vacatio ſedis Epiſcopalis, vel a-
lia quælibet, donec literæ Apoſtolicæ fue-
rint expeditæ, & præſentatæ Capitulo, cu-
ius Prælati ſedes vacabit*, extrauag iniũc
ctæ, de elect. inter communes. Rebuff.
in praxi.tit.de ſimon.in reſignat. n.11.
Nec aduerſatur, quòd de iure cõmu
ni, ſedes Epiſcopalis, deſinat vacare
per prouiſionem factam à ſede Apo
ſtolica; ita, vt Prælatus ſtatim acquirat
iuriſdictionis exercitium per dictam
prouiſionem, antequam ſit capta poſ
ſeſsio, ita, vt ſit licita etiam collatio be
neficiorum. Abb.in cap.tranſmiſſa 15.
num.3.de electio. Felin. in cap.ne Dei,
num.2.de ſimo. Silu. de benefic.q.40.
par.3. Rot.diuerſ.deciſ.182.num.3.p.2.
quia hodie, non ſolum requiritur pro
viſio: ſed etiam expeditio literarum,

&

& tranſportatio, oſtenſio, & præſentatio, per d. extrauag. iniuncti. de electio. Et eſt deciſio Rotæ corā Card. Lancel. Burgē. Canonicatus 3. Iunij 1683. vbi declarat valida collatio, facta per Capitulum, non vocato Epiſcopo iam promoto; non tamen præſentāte litteras expeditionis: cum adhuc dicatur vacatio, quamvis ſi non vacaret, opus eſſet Epiſcopum requirere, pro huiuſmodi collatione facienda. Sed in occurrenti caſu non incidebat hoc dubium; quia non fuerat adeptus adhuc gratiam, ſive inſtitutionem à Summo Pontifice: nec verſamur in caſu, quem ſcribit Portoles, in Scholijs ad Molinū, in verbo, De

5 putati, num. 17. prima parte, pag. 537. dicens: in Regno Aragoniæ, diſputatum fuiſſe: an conceſſa gratia Epiſcopatus, & nondum adepta poſſeſsione per Epiſcopum Albarraſinenſem Figueras, poſſet admitti ad officium Deputati: & quod in dicto caſu plerique iuriſperiti à Deputatis conſulti, maturo habito conſilio, concluſerūt: ipſum Epiſcopum ad præfatum officium admitti poſſe, etiam antequam poſſeſsionem ſui Epiſcopatus adeptus fuiſſet: quia ſolus titulus abſque inſtallatione, nec poſſeſsionis adeptione ſufficit, vt Prælatus omnes actus, ad Prælaturas pertinentes exercere poſsit, vt docet Panorm. in c. trāſmiſſa, nu. 3. de electione, vbi aſſerit: ita communiter teneri. Et idem voluit Zaba. in Clement. ſi plures, numero 5. de Præb. & in cap. cū ſuper, de cauſa poſſeſsionis, & propriet. nā in noſtro caſu, adhuc non obtinuerat gratiā a Sūmo Pontifice, & ſic nū

erat Epiſcopus. Ex quibus fuit deciſum: in dicta Regia Audientia, dictum Epiſcopū Segobricenſem electum, & adhuc non confirmatum, non poſſe impedire novam extractionem vnius, ex vocibus dicti Stamenti Eccleſiaſtici, in locum dicti Epiſcopi Segobricenſis, vita functi. Et ita fuit pronunciatum, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regij mandati Scribam, die 6. Februarij 1610. Quæ ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & fuit ad executionem deducta.

DECISIO XV.

Iocalia; & alia ornamenta, tradita ab ſponſo ſponſæ, licet, regulariter non cenſentur data, maximè ſi ſint pretioſa; fallit tamen in caſibus hic relatis.

SVMMARIVM.

1 *Iocalia, & alia ornamenta, regulariter non cenſentur data ab ſponſo ſponſæ, & illius fiant: ſed vt magis ornata incedat.*

2 *Iocalia mittit ſponſus ſponſæ ex cōſuetudine, & eſſet pudor ſponſi deficere in eis.*

3 *Pudore, ſi quid fit, dicitur fieri ex neceſsitate.*

4 *Gemmæ, ſi ſunt pretioſæ, & magni valoris; non cenſentur in dubio donatæ; ſed tantum ad vſum cōceſſæ.*

5 *Iocalia, dum mittit ſponſus ſponſæ, licet dicat, quod ea illi donat, non cenſentur donata; ſed contra infra numero 13.*

6 *Verecundia eſſet nihil tradere ſponſum ſponſæ.*

7 *Vſus communis loquendi; quamvis eſt quando maritus deſponſat vxorem,& mittit zonam cum burſa, & dicit:talis donavit vxori ſuæ burſam; tamen non propriè donat ſed magis ad vſum.*

8 *Verbum, Dono, impropriè accipitur ſecundum ſubiectam materiam.*

9 *Donatio,facta ab ſponſo ſponſæ,de iocali alieno,non valet.*

10 *Sponſus non tenetur de evictione ſponſæ,quando ei donauit iocalia aliena.*

10 Donatio ſi incipit a traditione, *non tenetur de evictione donator.*

11 *Donare non videtur in dubio quis rẽ, niſi ius,quod habet in re.*

12 Donatio,*valet inter ſponſos, quando conſtat de animo dandi.*

13 *Sponſus,quando ſponſæ dicit, quod donat iocalia,& alia ornamenta ſponſæ, transfert dominium in eam. & non tenetur reſtituere ea poſt mortem mariti.*

14 *Iocalia, præſumuntur donata,quando vir eſt inferioris conditionis, & vxor nobiliſsima.*

15 *Sponſa, ſi facit aliquam donationem ſponſo,& ipſe deinde miſſerit iocalia, ſeu ornamenta ſponſæ, præſumuntur donata cauſa remunerationis.*

16 *Donatio præſumitur, quando vir ignobilis duxit vxorem nobilem.*

17 *Mulier nobilis,nubendo ignobili,videtur ei munus facere.*

18 *Iocalium donatio, præſumitur in recõpenſationem nobilitatis ſponſæ.*

19 *Donator,de iure Cæſareo,indiſtincte non tenetur de evictione, niſi cum diſtinctione:an incipiat a traditione, aut a promiſsione.*

20 *Donatio,ſi incipiat a traditione, de evictione donator non tenetur.*

21 *Donatio,ſi incipiat a promiſsione,tenetur donator de evictione, etiam ſi de ea ſpecialiter non promiſerit.*

22 *Donator, iuxta leges Regni Valentiæ, indiſtincte tenetur,niſi donatarius ſciat: rem ſibi donatam, alienam eſſe.*

23 *Iocalia pretioſa non cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ, ſed tantum ei tradita,vt honoratior incedat.*

24 *Iocalia pretioſa,non cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ in dubio, quando ſponſus non declarat ea tradere animo donandi: ſecus vero, quando id aperte exprimit.*

25 *Iocalia,ſi non ſunt multum pretioſa, & ſponſa eſt nobilis,& ſponſus dives, in dubio præſumuntur donata.*

26 Iocalia,*ſi ſponſus dixerit expreſſe ei donare ſponſæ, non ſunt hæredibus viri reſtituenda.*

27 Iocalium *miſsionem, vulgus appellat donationem.*

28 *Iocalia miſſa, matrimonio iam contracto, non cenſentur donata.*

29 *Iocalia,ſi ante matrimonium ſunt expreſſe donata, valet donatio eorum irrevocabiliter.*

30 *Iocalia, ſi poſt contractum matrimoniũ data ſint,ſequuntur matrimoniũ.*

31 *Spõſalitia largitas, nõ debet præſumi in ſponſo,niſi expreſſe agatur.*

32 *Donans rem alienam, tenetur iuxta leges Regni Valentiæ, de evictione.*

33 *Iocalia, cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ, ex mera liberalitate, & ita talia,qualia illa fuerint, habere debet dicta donataria.*

34 *Iocalium valor,ſi ſolvendus ſit, ſolvatur*

tur, prout ipſe eſt certus, & verus, nō ſicut aſſeruit donator tempore donationis, & traditionis.

DOmna Catherina Mila de Arago, neptis ex filio Comitis de Albayda, in ſecundis nuptijs, matrimonium contraxit cū Iacobo Sanz Cutanda, Civi honorato Valētiæ, inferioris ordinis & qualitatis. Qui dū eſſet ſponſus, aliqua iocalia miſit, & dedit dictę dōnæ Catherinæ, & inter alia, crucē aureā, cū adamantibus falſis, qui exacti, & magni valoris videbantur. Duas catenas ex aurichalco, ſiue orichalco, vulgo alchimia, cōfectis, quæ ex auro obrizo ſiue puro videbā tur. Lineā margaritarū, ſibi relictā à Ludovica Almenara, prima vxore dicti Iacobi Cutāda, durāte eius vita, dūtaxat: & quādo ipſe trādidit dictæ dōnæ Catherinæ eius ſpōſæ præſenti dicta iocalia, aſſeruit: crucē adamātiū, eſſe valoris, quinque mille argētorū Caſtellanorū, quæ tamē tantū fuit æſtimata per peritū in arte, à Regia Andiētia nominatū, in quantitate nonaginta ſex argēteorū. Affirmauit pariter; dictas catenas eſſe valoris duorū mille argēteorū, quę tamē nō valebāt cētū argēteos: quia erāt ex aurichalco cōfectæ, etſi auri obrici fuiſſent, valerent dictos duos mille argenteos.

Mortuo dicto Iacobo Sāz Cutanda, eius filius, ex primo matrimonio, Vincētius Sāz Cutāda, vti hæres eius patris, iudiciū intētauit, cōtra dictam dōnā Catherinā, eius novercā, repetēdo omnia dicta iocalia, & lite durāte, Frāciſcus Almenara Notarius, tāquā adminiſtrator bonorū Ludovicæ Al[me]nara, & procurator Raphelæ Coſom, eius vxoris, ſe in cauſa oppoſuit: pretēdendo dictā lineam margaritarū, eſſe fideicōmiſſo ſubiectā, & ei ſore reſtituēdam & per cōſequēs, diciū Iacobū Sanz Cutanda, nō potuiſſe illā dare dōnæ Catherinæ, ſuę ſpōſæ.

Pro parte dicti Vincētij Sanz Cutanda allegabatur: iocalia ei tanquam hæredi Iacobi, patris, fore reſtituēda: ex ſequentibus.

Primo: iocalia, & alia ornamēta, regulariter nō cēſentur datā ab ſponſo ſpōſæ, vt illius fiant: ſed vt magis ornata incedat. l. ſi vt certo, 1. §. interdū. ff. cōmodati ibi: vel ſi ſua dūtaxat cauſa cōmodauit ſpōſæ forte ſuæ, vel vxori quò honeſtius culta ad ſe deduceretur. Et late ſcripſi in deciſ. mea Valētina 36. vbi dixi: ita fuiſſe iudicatū in dicta R. A. cū ſentētia lata in vna Aula, & in gradu ſupplicationis cōfirmata in alia Aula, eiuſdem Regiæ Aud.

Secūdo: nā vt dixi in eadem deciſ. 36. n. 11. cōſuetudo eſt: quod ſponſus mittit, & dat ſpōſæ iocalia, & ornamēta, vnde pudor eſſet ſpōſi, in hoc deficere, & quod fit ex pudore dicitur fieri ex neceſsitate, l. pecuniæ, in fin. ff. de alim. & cib. lega. ergo nō eſt præſumēda donatio, vt latiſsimè multis relatis, ibi cōfirmo, & allego deciſ. Rotæ Roma. 113. in recoll. per Farin. 1. p. to. 1. fol. 128. vbi nu. 3 legitur: DD. cōmuniter in hoc conuenire: quod ſi gēmæ ſunt precioſæ, & magni valoris (provt illæ de quibus, in d. deciſ. dominis viſæ fuerūt) nō cēſentur in dubio, donare: ſed tantū ad vſū cōceſſę. Idē ſcribit Sanch. de matri. lib. 6. diſp. 25. n. 28. & vltra, per me allegata d. deciſ. Valē. 36, tenuerunt Cardinalis Tuſch. tomo 2. pract. littera D. conc. 65, 8. n. 15.

pag.910.vbi refert Cor.conſ.81.n.10.
vol.1.dicentē:hanc eſſe cōmunē fere,
omniū ſententiā, Gām.deciſ.123. n.1.
vbi id latiſsimè cōfirmat, loquendo
de veſtib.pretiatis per ſpōſum ſpōſæ
miſsis, ante contractū matrimonium
Dō Iuā Faanc.del Caſtillo deciſ. Sici
liç 93.to.1.vbi n.13.poſt Honde.conſ.
30.lib.2:ait iocalia pretioſa, & magni
valoris nō cēſeri donata, Fontan. de
pac.nnpt.clau.7.glo.3.p.4.n.65.cū ſe-
quēt.vbi n.37.pag.695. hāc noſtrā de
ciſionē allegat. Et Mantic.de tacit.&
amb.conuē.lib.21.tom.6.n.6.cū qua-
tuor ſeqq.multis relatis. Eā dēprobat
ſententiam, & nouiſsimè Camillus
Borr.in ſum.deciſ.to.3.art.9.de dona.
inter vir.& vxor n.103.verſ. Septima
declaratio, Vinc.de Franch.deciſ.503.
vol.3. Et ita fuit iudicatū in Rota Ro
ma.de quo extat deciſio Ludovici, ſi
ve Gregor. XV.474.per totā, pag.
531.vbi refert plures DD. itā tenētes.

5 Tertiò: quamvis, quando ſponſus
mittit, vel tradit ſpōſç iocalia, ſpōſe di
cat: quod ea illi donat, nō cenſetur do
naſſe, cū fuiſſet verecūdia, nihil trade-
re ipſi ſpōſæ. Ita Cor.conſ. 81. nu.14.
6 vol.1.allegans ad id Bart.in l.1. §.nec
caſtrenſe, n.10 ff.de colſ.bon. ita dicē
tē: Et ideò puto: quod licet ex vſu cō
muni loquēdi, qui eſt, quando mari-
7 tus deſpouſat vxorē, & mittit zonam
cū burſa, dicitur: talis donavit vxori
ſuæ zonā; ſed tunc dico, quod dat, d.
l.mortis ſuæ cauſam, in fin. idē Corn.
conſ.114.in fin lib.4. Roland à Valle
lib.10.nu.15.& ſeqq lib.1. Paul. Caſtr.
in conſ.428.nu.52. lib. 2. ibi etiam ſi
vſus fuerit, verbo, dono, quia hoc ver
bum, dono, impropriè accipitur, ſecū
dum ſubiectam materiam, l.ſi vno, in
princip, ff.locati.

9 Quartò: reſpectu lineæ margarita-
rum (in qua erant ducentū ſexdecim
margaritæ) quæ fuit tradita, inter alia
iocalia, vbi illa eſſet aliena, & dictus
ſponſus non potuiſſet illam dare, etiā
10 in caſu, in quo donata ab ipſo, fiunt
ſponſæ, non valeret donatio, nec tene
tur de evictione: quia donatio incœ-
pit à traditione. l. Ariſto. §.fin: ff. de
don. cuius verba ſūt: Labeo, ait: ſiquis
mihi rem alienam donaverit, in quo
eam ſumptus magnus fecero, ſi ea mi
hi evincatur, nullam mihi actionem,
contra donatorem competere. Et la
11 tè probat Antonius Gomez, tom.2.
variar.cap.2. de emption.num.35. &
in dubio, quis res non videtur dona
re, niſi ius, quod habet in re, l.ad res
donatas. ff.de ædil.edict.text.in l.ſer-
vi evictione. §.fin. de legatis.1.text.in
l.ſi domus. §. fin. eod.titul.text. in l.
quod in rerum. §.1.eod. tit. text. in l.
vxor patrui. C. de legat. Et magis in
ſpecie probat text. in cap. Paſtoralis,
extra de donat. Et ita tantum cenſe-
tur dictus Iacobus Sanz Cutrnda,
trāſtuliſſe in dictam domnā Cathe-
rinam, ius, quod habebat in dictam li
neam margaritarū, quæ a Ludovica
Almenara, prima eius vxore, ei fuerat
relicta, vita illius dumtaxat durāte. Et
ſic videtur eā tradidiſſe dictæ dōnæ
Catherinæ, vt ea frueretur, durāte vi-
ta, dicti Sāz Cutāda, eius ſponſi; vt in
ſimili dicit gloſ. in verbō. non potuit,
in l vxor patrui 20. C. de legatis.

Sed his non obſtātibus: me referen
te, contrarium fuit deciſum in dicta
Regia Audiencia Valentina.

Primo: quia, ex depoſitionibus te
ſtium, per dictam domnā Catherinā

Mila, productorũ cõſtabat: eundem Iacobũ Saz Cutãda, ſponſum, manu propria, tradidiſſe dictæ eius ſponſæ
12 dicta iocalia dicẽdo: quòd illa ei dabat, vt de eis liberè diſponeret. Et quã do cõſtat de animo dãdi valet donatio inter ſpõſos. l. 1. C. de donat. ante nupt. ibi multũ intereſt, ſi ea, quæ donat vir futurus, tradiderit vxori, & poſtea in dotẽ acceperit: an verò donãdi animo, dotẽ auxerit, vt videatur accepiſſe, quod non accipit; priori enim caſu donatio nõ impeditur; & ita, quãdo ſpõſus expreſſe dicit, quod donat iocalia, & alia ornamẽta ſpon-
13 ſæ, tũc in eã transfertur dominiũ, & nõ tenetur, poſt mortẽ viri, ea reſtituere eius hæredi: ita Bald. in Auth. ex teſtam. n. 30. C. de coll. Angel. cõſ. 330. Rom. conſ. 146. n. 3. Sigiſm. Lofred. conſ. 42 n. 4, & ſeqq. Mant. de tacit. & amb. conu. lib. 20. tit. 1. nu. 20. verſ. Sed contrariũ; Gratia. diſcept. forenſ. tom. 1. c. 189. n. 10. qui hanc dicit magis veram, & communem ſententiã.
14 Secũdo, corroborãtur ſupradicta: nã magna erat inæqualitas generis inter dictos ſpõſos: dicta enim domna Catherina erat nobiliſsima, nimirum deſcẽdẽs de Comitibus de Albayda: dictus autẽ Sãz Cutãda, nec erat nobilis, nec miles: ſed tantũ Civis honoratus: et quãdo vir eſt inferioris cõditionis, & vxor nobiliſsima, præſumun-
15 tur iocalia donata, ita Palac. Rub. in rub. de don. inter vir. & vx. §. 9. n. 19. & §. 10. ante 1. dicens: Quod queãdmodũ, ſi ſpõſa fecit aliquã donationẽ ſponſo, & deinde ſponſus miſit iocalia, ſeu ornrmẽta ſpõſæ, præſumitur facta cauſa remunerationis: & per conſequens inducetur donatiõ: argumento ext. in l. ſi vero non remunerandi 12. §. idẽ Papianus, in fin. ff. mãdati, ibi: *Quod ſi donationẽ patronus*
16 *in libertũ contulit, videri, & poſtea libertũ patrono donaſſe.* Ita etiã, quando vir ignobilis duxit vxorẽ nobilẽ, præſumitur donatio: quia mulier nobilis nubẽdo ignobili, videtur ei munus fa-
17 cere, deciſ. Rot. Rom. 113 n. 14. in vltimis recollectis per Fari. tom. 1. parte part. fol. 129. Decia. conſ. 74. n. 12. vol. 4. Surd. deciſ. 166. n. 22. Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 24. n. 5. Gratian.
18 diſcep. for. tom. 1. c 189. n. 20. vbi ait: præſumi donationẽ iocaliũ, in recompenſationẽ nobilitatis ſpõſæ. Sed ex hac ſola præſumptione, nõ iudicauit Regia Audientia, induci donationẽ: ſed quãdo caſus euenerit, tũc deliberandũ eſt: poteſt enim evenire, vt iocalia ſint tã pretioſa, & maximi valoris, vt non cenſeantur donata. Et ita ex circunſtantijs occurrentibus, in ſimili caſu, bonus iudex debet arbitrari: an donata cenſeantur, necne: In occurrenti autem caſu, ſufficit, cum apertè dixerit Iacobus Sanz Cutanda dictæ Domnæ Catherinæ: quòd iocalia ei donabat, & concurrente dicta inæqualitate generis, & valore iocalium, dubitandum non eſt, animum donandi habuiſſe.
19 Tertio: quamvis, attento iure Cæſareo, donator indiſtinctè non teneatur de evictione; ſed fiat illa diſtinctio: an donatio incipiat à traditione, vel à promiſione, vt docet Cardinalis Mantica de tacitis, & ambig. conventionibus. lib. 13. titulo 23. num. 10. & 13. tomo 2. pag. 55.

M 3 cum

20 cum ſeqq. Nam ſi incipiat à traditio
ne,donator de euictione nõ tenetur:
l.Ariſto.§.vlt.& ibi glo.& Bart.n.1.
ff.de don.non enim pœnã liberalita-
tis ſuæ, pati debet, l.ſed res donatas,
ff.de ædil.edic.Bald.in l.2.in prin.C.
21 de evic.Dec.conſ.492.nu.1.verſ.His
tamẽ nõ obſtãtibus.Si veró incipit à
promiſione,etiã ſi de evictione, ſpe-
cialiter nõ promiſſerit, de evictione
tenetur,glo.& Bart.in d.l. Ariſto. §.
vlt.n.10.ff.de don. & ſequũtur ões,
vt ſcribit Ruin.in d.conſ.188.n.1.lib.
1.& rationem reddit.Bart.in d.§.vlt.
Quam apertiùs explicat Cor. in cõſ.
141.nu.8.lib.2. tamen iuxta leges no
22 ſtri Valentiæ Regni,indiſtinctè, do-
nator tenetur de evictione, niſi do-
natarius ſciat,rem ſibi donatam, a-
lienam eſſe, for. 29. de evićion.fol.
183. & ita in noſtro caſu,quamvis li-
nea margaritarum,donata per ſpon-
ſum ſponſæ,eſſet aliena, dictus Sanz
Cutanda tenetur de evictione.
23 Nec obſtant, in contrarium ad-
ducta:ad primũ enim reſpondetur:
regulã eſſe iocalia pretioſa nõ cẽſeri
donata ab ſpõſo ſpõſę,ſed tantum ei
tradita, vt ornatior incedat, vt latè
probaui in mea deciſ.36.tomo,1: &
24 tradunt ſupra allegati num. 4. Hæc
autem regula intelligitur in dubio,
quãdo ſpõſus non declarat, ea trade
re animo donãdi:ſecus veró quando
id apertè exprimit, & hæc eſt cõmu
nis opinio, teſte Surd.deciſ.166.n.23.
et 24.& in caſu noſtro, dictus Sãz
Cutãda, quãdo perſonaliter tradidit
dictæ domnæ Catherinæ ſupradicta
iocalia,ipſa dixit,quòd ea cuſtodiret,
vt quãdo Vincẽtius Sãz Cutãda e-
ius priuignus vxorẽ duceret, ei trade
ret,& Iacobus Sãz Cutãda reſpõdit
nequaquã;ſed ea ei donare, vt dicta
dõna Catherina liberè de eis diſpo-
nere poſset,ad ſuas omnimodas vo-
lũtates. Limitatur etiam dicta regula
cõcurrentibus cõiecturis, ex quibus
cõſtet,ſponſum ea donare voluiſſe.
25 Et quãdo iocalia non ſunt multum
pretioſa,vt viſa fuerunt in occurrenti
caſu,attenta qualitate perſonæ dictæ
domnæ Catherinæ, & divitijs dicti
Iacobi Sanz Cutanda.

Ad ſecundum ex ſupradictis re-
ſultat ſolutio.

26 Nec obſtat tertiũ:nã cõmunis opi
nio eſt in cõtrariũ; nimirũ quod quã
do ſpõſus expreſſe dicit donare ioca
lia ſpõſæ,illa non ſunt hæredibus viri
reſtituẽda,vt ait Surd.dec.166.n.25.
verſ.quo vero qui.n.26.ita ait:Necve
rũ eſt,quod Bar.& alij contradicant:
nã Bar.in d.§.nec caſtrẽſe, nõ ponit
caſum,quãdo ſpõſus expreſſe donat,
ſed quãdo ſimpliciter mittit zonam
cum burſa ; tunc inquit commu-
niter dici: quod talis donauit. At-
27 que ita ſponſus non dixit: Dona-
ui ; ſed vulgus, eam miſsionem,
appellat donationem. Secundo Bar
tolus loquitur, quando illæ res miſ-
28 ſæ ſunt, matrimonio iam contra-
cto : nam vult, quòd donatio,
quando eſt expreſſe facta à ſoce-
ro, non confirmetur eius morte:
ſed mariti. Bald.quoq; in dicta Au-
then. ex teſtamẽto, dicit contrarium
quando nuncius vſus eſt verbo donã
di,& habuit ita in mandatis,vt ſupra
dixi;imò loquitur de datis, poſt ma-

trimoniũ; nã in verſ. Sed de ornamẽt.
29 ibi tamẽ aduertendũ tenet expreſſe,
quòd ſi ante matrimonium, ſunt ex-
preſſe donata, valet donatio irreuoca-
30 biliter;ſi tamẽ poſtea, ſequitur matri-
moniũ. Et eodem modo Bart. intelli-
git Alex. in d. conſ. 155 & eodẽ modo
intelligi debent illi, qui pro ſua opinio-
ne, allegant Bart. & Bald alias eorum
dictum non erit verum: Anchar. autẽ
conſ. 181. loquitur, quando non fuit fa-
cta expreſſa donatio, imò dum dicit:
quòd in ſponſo non debet præſumi
ſpõſalitia largitas, niſi expreſſe agatur,
admittit, quòd ſit valida donatio, ſi
ſub nomine donationis, res ſit tradita.
31 Deniq; non obſtat quartum, & vl-
timum [illegible], in Regno Valen-
tiæ, indiſtinctè habet locum euictio,
in donatione, iuxta for. 29. de euict. 97.
Et ita, donando, lineam margaritarũ
alienam, tenetur eius valorem ſoluere.
Et quamuis dictus ſpõſus aſſeruit, erucẽ
adamantium, eſſe valoris quinq; mille
argenteorũ, cũ eſſet valde exigui valo-
ris, ex quo, adamantes erãt falſi, & aſſe-
ruit: Catenas, ex aurichalco confectas,
quæ aureæ videbãtur eſſe valoris duo-
rũ mille argenteorũ; tamẽ, quia dona-
33 tio tantũ fuit facta de dictis rebus, ex
mera liberalitate, & ita tales, quales
erãt, eas habere debet dicta donataria:
ideo fuit per ſententiã diffinitiuã con-
denatus dictus Vincẽtius filius, & hæ-
res dicti Iacobi, vt ſi dicta iocalia ex-
tarent, traderẽtur dictæ dõnæ Cathe-
rinæ. Si vero, illa nõ extãt, vel aliquod
eorum, fuit condemnatus, ad ſoluen-
dum ei iuſtum, & verum valorem,
non extantium; Non vero valorem,
quem aſſeruit habere dictus Iacobus
tempore dictæ donationis, & tẽ[illegible] di-
tionis. Et ita fuit pronunciatum, me re-
ferente, cum ſententia lata in Regia
Audientia, inter partes dictæ dominæ
Catherinæ Mila ex vna, & dicti Vin-
centij Sanz Cutanda, ex altera, publi-
cata per Franciſcum Paulum Alreus
die 11. Ianuarij 1617. Et in gradu ſup-
plicationis, dicta ſententia fuit con-
firmata, cum alia lata in Sacro, ſupre-
mo, Regio Conſilio, publicata per Pe-
trum Nauarro die 17 Februarij 1620.

DECISIO XVI.

Immunitas, ſeu exemptio, à ſolutio-
ne impoſitionum, & vectigalium,
quam habet pater duodecim libero-
rum, non extenditur ad vectigal, im-
poſitum pro publica vtilitate, ſi red-
deretur inutilis talis impoſitio, data
exceptione, & eſſet contra intentio-
nem Regni, ſupplicantis, & Regis
concedentis.

1 *Pater duodecim liberorum, quan-
do eſt Decurio, habet immunitã-
tem a muneribus patrimoniali-
bus: ſi vero non ſit Decurio, mag-
na valde eſt controuerſia: ſed quod in-
diſtinctè, hæc immunitas competat,
eſt communis opinio. Et ita fuit iudi-
catum in Senatu Pedemontano.*

2 *Immunitas, per quem numerum libero-
rum, patri concedatur, diſcordant
iura.*

3 *Pater duodecimliberorum ex foro Re-
gni Valentiæ, indiſtinctè eſt immunis
a ſolutione quorumcunque iurium,
cuiuſcunque ſpeciei, & qualitatis illa
ſint.*

4 *Verba cuiuſcumq; ſpeciei,& qualitatis exiſtant, comprehendunt iura, nouiter impoſita.*

5 *Immunitas, ſeu exemptio ſolutionis vectig alium, parentibus duodecim liberorum conceſſa, non habet locum, vbi eſſet contra bonum publicum, totius Regni.*

6 *Priuilegia omnia,intelligun tur conceſſa dummodo non lædatur vtilitas publica.*

7 *Vtilitas publica, eſt cuilibet priuilegio, præferenda.*

8 *Priuilegium, generaliter indultum, non includit caſum, pubucæ vtilitati contrarium: & ſi includeret; non valeret, & num.17.*

9 *Priuilegium, ſi ex poſt facto incipit eſſe nociuum,non eſt obſeruandum,*

10 *Actus Agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

11 *Reſtrictio legis, generaliter loquentis, fit ex defectu intentionis præcepti legis.*

12 *In generali præcepto legis, non veniunt ea,quæ Princeps, non eſſet in ſpecie veriſimiliter præcepturus,& nu.18.*

13 *Priuilegij conceſſio, ſicut & lex, ex voluntate pendet.*

14 *Principis intentio, ſemper eſt concedere priuilegium, ſine magno præiudicio tertij.*

15 *Immunitas alicui conceſſa, a collectis non comprehendit eas collectas, quæ poſtea apponuntur ob publicam vtilitatem.*

16 *publica vtilitas, cuilibet priuilegio eſt præferenda.*

IN Curijs,celebratis Valentiæ,anno 1604. ad Cuſtodiã Regni,fuit deliberatum per brachia, ſiue ſtamenta Regni,& Regio decreto cõfirmatum: vt erigerentur, & conſeruarẽtur quatuor Triremes, ſiue galeræ, & ad ſoluendum expenſas, in eis faciendas, & reliqua neceſſaria ad cuſtodiã oræ maritimæ,illius Regni fuerũt impoſita quædã vectigalia, & inter alia, viginti ſolidi, qui hodie ſunt decẽ argentei Caſtellani,ſuper quolibet onere niuis,quod immitteretur in Ciuitatibus,oppidis,& locis Regni Valẽtiæ, vel in eorum ſuburbijs, vt legitur in volumine fororũ, illarum Curiarum fol.49.col.3.prope finẽ. Pariter in eiſdẽ Curijs in foro 239.fol.44. fuit diſpoſitum: quòd pater duodecim filiorum,poſsit liberè negotiari,vſque ad quantitatem trium mille librarum, ſiue triginta mille argenteorum, quolibet anno,& ſit immunis à ſolutione vectigalium, & aliorum quorumcunque iurium. Don Ferdinandus Sigler; & eius vxor,qui habebant duodecim liberos,voluerunt negotiari, emendo niuem, & eam immittendo in dictis Ciuitatibus, & oppidis,non ſoluto dicto iuro,viginti ſolidoru, pro onere, & ita cum tribus mille libris in proprietate,poterat vnoquoq; anno, emere & deferre totam niuem Regni Valentiæ,& ſoluere expenſas ad eam deferendum: poterat enim ex pecunijs, quas comparabat ex pretio niuis venditæ, iterum, atque iterum,& ſæpius aliam niuem emerè,& expenſas ſoluere:conductores vectigalis,impoſiti in dicta niue,non permiſſerunt, vt onera niuis,dicti Don Ferdinandi, immitterẽtur intra Ciuitatem Valentiæ, abſque ſolutione dicti vectigalis, ſiue gabellæ. Et ita acceſsit ad Regiam Audiẽtiam

tiam,& cum ſupplici precum libello, ſiue ſupplicatione per eum,& per dõnam Annam Calaſeyt, eius vxorem, oblata,fuit ſupplicatum dictos cõductores, compelli ad liberè admittendũ intrare dictam niuem,abſque ſolutione gabellæ,ex quo erat immunis,tanquam pater duodecim liberorũ. Hæc cauſa mihi fuit commiſſa, qui tũc erã Auditor in Regia Audientia. In qua cauſa,pro parte dicti Don Ferdinandi allegabatur.

Primo: patrem duodecim liberorũ, habere immunitatẽ a muneribus patrimonialibus. Probatur in l. ſi quis Decurio,24. C. de Decurionib. lib.1. ibi:ſi quis Decurio,pater ſit duodecim liberorũ,honoratiſsima, munerũ quiete donetur, & ibi gloſ. tenet Theſaur. deciſ 267.n.3.in fin.& nu.4.his verbis: Verum, quidquid dicat Alberic. de com.& Ferdinandus dicto loco, magis cõmunis,& receptior ſententia illa eſt,vt indiſtinctè, tam in Decurionibus,quam in priuatis, circunſcripta legum varietate, quæ negari nullo modo poteſt, numerus duodecim liberorum, ſufficiat ad immunitatem parentibus,tam pro patrimonialibus,quam perſonalibus muneribus, inducendũ. Et ita tenet Bart. poſt gloſ.in d.§.legem,& in d.l.ſi quis decurio. & ibidẽ Angel.Ioan. de Platea, & Andr. de Barul.conſ.121.in princip.lib.3. Ancar. in cap.licet, de cenſibus. Alexand. in additio.ad Bart.in d.§.legem. Angel. in §.1.col.2. Inſtitu. de excuſatio. tut. dicens:in practica ſeruandum. Et ita vidiſſe iudicatum Bononiæ, & Florẽtiæ,Guido Pap.quæſ.401. Antibol.de muneris.p.3.num.12.Salic.in l.ſi patre n.4.C.quando prouocare non eſt neceſs. Dec.in l.fin col fin. D.ſi certũ pet. Fulgoſ.conſ.52.col.2 & de communi teſtatur Ruin.conſ.142 num.5. libr. 4. Anan.conſ.vlt.vbi Bologn. Alciat.de præſumpt. regula 1.præſump.76. Rolandin.qui late diſputat, conſ.60. nu. 35.libro 1.& conſ.52.nu.3 libr.2. Natt. conſ.539. lib.3.qui teſtatur: talem eſſe conſuetudinem huius patriæ. Purpurat. inter concilia feudalia variorum, conſ.38.num.4. verſ. Permiſsis tamẽ, dicens:ab ea in iudicando non eſſe recedendum. Pancirol. conſ.1. num.50. de receptori. Domin. Oſſaſ. conſ.60. num.2. & 3.Marcus Bertran.in d.tractat.de iure liberorum. cap.41. col.2. dicens:Bald.diſtinctionem eſſe ſuperuacuam,& euaneſcere, cum non ſatis conſtet, quibus decurionum appellatio, hoc tempore conueniat dicens Aquis ſextijs,ita,bis per Senatum Prouinciæ,iudicatum Quæ opinio, vt re-

2 receptiſsima,ita etiam æquiſsima, & veriſsima eſt. Nam legem vtilem, & fauorabilem Reip. & ſobolis procreandæ & educandi cauſa latam, interpretatione adiuuari neceſſe eſt, vt Iuriſcõſultus ait in l.hoc modo 62.D.de condicio. & demonſtratio, cui conuenit text in cap.dixit Sarra 32.q.4. Et ſecũdum hanc opinionem, ſemper iudicauit Senatus,nulla diſtinctione facta,inter decurionem,vel priuatum. Et licet idem Theſaurus in ead. deciſ. 267. num.2.alleget diſcordare iura, de hac immunitate loquentia, circa numerũ liberorum,& magnam eſſe inter Doctores altercationem: an ſufficiat numerus duodecim liberorũ, in eo,qui non eſt decurio:tamen in noſtro Va-

leniiæ

lentiæ Regno, hoc eſt, indubitatũ; patrem duodecim liberorum, indiſtincte eſſe immunem à ſolutione quorũcunque iurium, cuiuſcunque ſpeciei & qualitatis illa ſint: iuxta forum 239. Curiarum anni 1604. Quæ verba generalia, & prægnantia dicti fori, ibi: Cuiuſcunque ſpeciei, & qualitatis, exiſtant, comprehendunt iura, nouiter impoſita in eiſdem Curijs anni 1604. Et ſic gabellam niuis.

Sed contrarium fuit iudicatũ. Nã ſi dictus Don Ferdinandus Sigler eſſet immunis a ſolutione viginti ſolidorum pro qualibet onere niuis, quod im mitteret in Ciuitatem Valentiæ, & poſſet negotiari, vſque ad quantitatẽ trium mille librarum, inutilis redderetur hæc impoſitio: Cum dictis enim tribus mille libris, poſſet emere niuẽ in montibus, ſiue in ſpeluncijs, ſeu domibus niuis, in quibus recondita eſt, & eam adferre ad Vrbem, ſoluereque expenſas neceſſarias, eam vendere, & ex pretio illius iterum atque iterum, & ſæpius aliam emere, & nouas expẽſas faciendas, ſoluere, & ita omnis nix quæ in Ciuitate Valentiæ, conſumeretur, nullum vectigal ſolueret, aut ſaltẽ in parua quantitate, ſi alij, non immunes a ſolutione vectigalium, eã immitterent, & iura, ſeu vectigalia impoſita in dictis Curijs; & in ſpecie ſuper quolibet onere niuis, indicta fuerunt pro bono publico, & vniuerſali totius Regni, & ad cuſtodiam oræ maritimæ illius, quod neceſſarium eſt Quia Regnum eſt maritimum. & ſi non eſſet bene cuſtoditum, multa damna a Sarracenis, & infidelibus eidem inferrẽtur: vnde immunitas, & exceptio vectigalium, conceſſa parentibus duodecim liberorum, nõ poteſt trahi ad hoc vectigal: eſſet enim contra bonum publicum, totius Regni. l. 2. C. de priuilegi. ſcholarium, lib. 12. ibi: In criminalibus ſane controuerſijs, & in publicis tributis, ita etiam aduerſus tales viros, Prouincias moderantium, congruam iuriſdictionẽ volumus obſeruari, ne ſub prætextu conceſsi priuilegij, vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas Per quem text. Odofred. Ioan. de Platea, Rebuf. & omnes tradiderunt: quòd omnia priuilegia intelliguntur conceſſa, dummodo nõ

6 læ datur vtilitas publica. Pro quo etiã eſt bonus text. in §. quod autẽ. in Authen. 1. vt iud. ſine quoque ſuffrag. vbi gloſ. in verbo, Priuilegio. Ita ſupradictis relatis, Ioannes Franciſc. de Ponte, de poteſtate Proregis, tit. 5. de tractis, ſeu extractionibus nu. 41. pag. 335. Facit quod ſcribit Bald. in l. iubemus, 10. num. 4. & 5. C. de ſacroſanct. Eccl. ibi: Quia publica vtilitas, eſt cuilibet

7 priuilegio præferenda, quod eſt not. Secundo nota quòd priuilegium, generaliter indultum, nõ includit caſum publicæ vtilitati contrarium: & ſi in-

8 cluderet, non valeret. Facit etiam, nam quando priuilegium, ex poſt facto, incipit eſſe nociuum, non eſt obſeruandum, cap. ſugeſtum, extra de decimis, & ibi notant Doctores.

9 Secundo: nec fuit intentionis brachiorum, ſiue Stamentorum Regni, quæ ſupplicarunt, concedi dictam immunitatem parentibus duodecim liberorum, nec Regis concedentis, cõprehendere hanc exemptionem, a ſo-

10 lutione gabellæ, impoſitæ in niue, in

tam

tam graue præiudicium totius Reg
10 ni,& actus agentium non operatur
vltra eorum intentionem,l.non om-
11 nis.ff.ſi certum petat. Et reſtrictio le
gis,generaliter loquentis fit ex defec
tu intentionis, vt bene dicit Suarez,
in tractatu de legibus,lib.6.cap.5.nu.
12 mer.11: pag.651.non enim(inquit)in
generali præcepto legis, veniunt ea,
13 quæ Princeps nō eſſet in ſpecie vero
ſimiliter præcepturus: quia ſicut con
ceſsio,ita & lex, ex voluntate pēdet,
14 & intentio Principis, ſemper eſt con
cedere priuilegium, ſine magno præ
iudicio tertij,l.qquoties, C. de præcib.
Imperatori offerendis,l nec auus.C.
de mancipationibus liberorum. ibi:
nec in quibuſcumque iniuriam,bene
ficia tribuere moris eſt, vnde cum
conſtituiſſet in occurrenti caſu, ex
deductis,& probatis in proceſſu pro
parte emptorum, ſeu conductorū
vectigalium, impoſitorum in dictis
Curijs anni 1604. cum dictis tribus
mille libris,poſſe ſingulis annis nego
tiari in niue neceſſaria ad vſum to-
tius Regni,vel maioris partis, ſi eſſet
immunis a ſolutione dicti vectigalis
dictus Dō Ferdinandus:(ex quo eſt
pater duodecimliberorum)dictū ve
ctigal niuis extinctum foret,& inuti
le remaneret,& totum,vel illius ma-
ior pars cederet ſolum in beneficiū
fruentium dicta immunitate, & in
commodum particularium perſona
rū, cariori pretio ex cauſa dicti vec-
tigalis,niuem ementium: & conſe-
quenter,quod in dictis Curijs, ad v-
num & particularem finem, ſcilicet,
ad cuſtodiam Regni, & ob publicā
vtilitatem,inductum fuit, diuerſum,
ac contrarium operaretur effectum.

15 Tertio,immunitas alicui conceſ-
ſa à collectis non comprehendit eas
collectas,quæ poſtea apponuntur ob
publicam vtilitatem: licet enim hoc
valde controuerſum ſit, tamen hæc
eſt magis communis opinio, vt in-
quit Minſinger. obſeruatione 70. n.
3. Et ibi nu.2.inquit: Dominos Ca-
merales,olim, poſt multam diſcepta
tionem,tandem cenſuiſſe: tale priui-
legium ceſſare, quando collecta im-
ponitur ob evidentem neceſſitatem
16 publicam:cum publica vtilitas,cuili-
bet privilegio ſit præferenda, & pri-
vilegium generaliter indultum, non
includat caſum publicæ neceſſitati
contrarium:etſi includeret, nihil va-
leret,per textum elegantē, & ad hoc
memorabilem,in l.iubemns nullam,
& ibi Bald, in 1.& 2.notab. C.de ſa-
croſanct. Eccle,& text.in l.1.C.vt ne
mini liceat in emp. ſpec. ſe excuſa.
lib.10. Et hanc ſententiam, quæ fuit
originaliter,Dyni, velut æquitati cō-
ſonam,& magis communem, mul-
tis argumentis firmat Iaſon in d.l. ſi
ex toto,in princip.à nu. 12. vſque ad
finem,Idem Minſinger.nu.4. inquit
hæc verba.Hanc ſententiam, nō mo
do Cameralis Iudicij vſus,ſed & cō-
ſuetudo communis totius Germa-
niæ paſſim recepta,comprobat,. qua
nulli ſtatus, ſiue ordinis imperij a col
lectis,ob publicam neceſsitatem, im
poſitis,excuſantur.

Nec obſtat, quod in dicto foro
229.fuerit conceſſa parentibus duo-
decim filiorum immunitas à vecti-
galibus.cuiuſcumque ſpeciei,& qua-
litatis exiſtant: quia in generali con-
ceſ-

ſione,non veniunt ea, quæ quis non eſſet veroſimiliter in ſpecie conceſſurus,vt ad litteram dicunt text.in cap. ſi Epiſcopus,de pœnitent. & remiſſionib. lib.6. & in cap.in generali 81.de regul.jur.in 6. Et ex ſupra dictis conſtat,non eſſe veroſimile: Principẽ cõceſſurum in occurrenti caſu, dictam immunitatem.

Ex quibus,me referente, fuit lata ſententia, in Regia Audientia Valentina,cum votis S.S. R.Conſilij,cum qua fuit declaratum,& pronuntiatũ: immunitatem,ſeu exemptionem à ſolutione impoſitionũ,& vectigalium, per foros dicti Regni, parẽtibus duodecim filiorum ſuper quolibet onere niuis impoſitorum, non comprehendere vnũ caſum: Et per cõſequens dictos coniuges negotiari nequaquã poſſe in nive, cum exemptione dicti juris,ſeu vectigali,ſuper niuem impoſiti:imò ad illius præſtationem, & ſolutionem teneri,& eſſe obnoxios. Et ita inſtantiam factam,ſiue requiſitionem,per dictos conjuges propoſitã, dicto in capite,non remanere juſtificatam,nec de jure procedere, aut locum habere. Quæ ſententia fuit publicata per don Ioannem Daça, Regium mandati Scribam die 28.Martij 1612.

DECISIO XVII.

Sententia lata contra duos, quorum vnus fuit citatus ad omnes,& ſingulos actus;alter verò non,poteſt valere reſpectu vnius: reſpectu verò alterius erit nulla. Sentẽtia quãvis juſta, ſed nulla, quando non poſſit confirmari.

1 *Sententia,ſiue res iudicata, non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere.*

2 *Sententia poteſt eſſe nulla reſpectu vnius ex litigantibus, qui non fuit citatus,& valida quoad eum,qui fuit legitime citatus.*

3 *Cauſa,vbi recipit diuiſionem inter conuentos,vel inter res, de quibus litigatur,poteſt reſpectu vnius expediri, & ſententia valere, & non reſpectu alterius.*

4 *L. in hoc iudicio,ff.fam. erciſcundæ: declaratur, & num.5.*

6 *Sententia poteſt eſſe valida contra Epiſcopum,ſed non afficere Capitulum & alios non citatos. Et ita fuit deciſum in Rota Romana.*

7 *Sententia ſi ex aliquo defectu eſt nulla,ſi eſt iuſta,poteſt per iudicem appellationis, ſeu nullitatis, quoad merita cauſæ,confirmari.*

8 *Sententia,quamvis iuſta,ſi eſt nulla,nõ poteſt confirmari, quando proceſſus eſſet nullus.*

9 *Nullitas, quæ vagatur per totum proceſſum,inſanabilis eſt.*

10 *Sententia nulla,quamvis iuſta,non poteſt per judicem ſuperiorem confirmari,parte opponente; ſed debet omninò ſuper nullitate pronunciare. Et ita fuit declaratum in S.S. Regio Conſilio,num.11.*

IN Regno Sardiniæ duo extant oppida, alterum appellatum de Mamazada, quod eſt Ducis de Mandas;alterum vero appellatũ de Orani,quod eſt Marchionis de Orani.Inter vicinos, & incolas eorum lis vertebatur,circa terminos,& fines di-

ctorum oppidorum: ad quã cauſam à princio fuit citatus Gaſpar Cugia, vti Rector Ducatus de Mandas: & aliqua acta proceſſus fuerunt ei noti ficata,non tamen ille,vel alius procurator Ducis de Mandas fuit citatus ad alios plures actus,& ſignanter ad probationes, quæ fuerunt factæ in dicta cauſa,in qua fuit lata ſententia die decimonono Aprilis 1622. per Regiã Audientiam Regni Sardiniæ,in favorem Vniverſitatis oppidi de Orani, & vicinorũ eiuſdẽ,& contra vicinos, & incolas dicti oppidi de Mayomada, Procurator dicti Ducis de Mandas allegauit:nullã eſſe dictam ſententiam,ex defectu citationis eiuſdẽ Ducis,& eſſe in totum nullam,etiã reſpectu eius vaſſallorum, habitantium dictum oppidum de Mayomada. Et pro parte vicinorum de Orani fuit allegatum: dictam ſententiam eſſe iuſtam,& latam contra vicinos dicti oppidi de Mamoyada,qui habet principale intereſſe,& ita quamvis aliquam peteretur nullitatem,eſſet confirmandam. In dicta cauſa nullitatum fuit lata ſententia per Locumtenentem Generalem ſuæ Maieſtatis,& Regiã Audientiam,Regni Sardiniæ, die primo Octobris 1622. in favorem vicinorum oppidi de Orani, & contra dictum Ducem de Mandas. A qua Procurator eiuſdem Ducis ſupplicauit,& cauſam ſupplicationis introduxit in hoc S.S.R. Conſilio: vbi fuerunt duo dubia ſuſcitata.

Primum: an dicta ſententia,quę nulla era, ex defectu citationis dicti Ducis,ad actus principales proceſſus dictæ cauſæ; in qua notorium habebat intereſſe, ratione iuriſdictionis quam exercebat in dicto oppido de Mayomada, & intra eos terminos: Et cum ageretur de finibus, ſiue limitibus eiuſdem oppidi: & per conſequens, an haberet magis latum; vel anguſtũ territorium; intra quod ſuã iuriſdictionem exerceret,debebat citari;dicta ſententia eſſet in totũ nulla,ne dum eius reſpectu, ſed etiam vicinorũ dicti oppidi de Mamoyada.

Secundum: an ex quo ſententia lata in cauſa principali; attentis meritis proceſſus,erat iuſta in recto, deberet confirmari,non obſtante dicta nullitate.

In primo dubio videbatur dicendum:dictam ſententiam latã in cauſa principali die 19. Aprilis 1622. eſſe in totum nullam,cum enim illa patiatur nullitatem ex defectu citationis dicti Ducis,erit etiam nulla reſpectu eius vaſſallorum.

1 Primo, quia non poteſt ex vno iudicio res iudicata in parte valere, & in parte non valere,vt ad litterã dicit text.in l.in iudicio 27. ff. famil. erciſcundæ.

Secundo:ita videtur cenſuiſſe Rota Romana in recẽtioribus recollectis per Farinac.1.tom.primæ partis, dec. 115.vbi nu.1.in fine dicitur: ſententias Rotales,in cauſa,de qua ibi latas fuiſſe nullas;quia nõ tantũ fuerũt latæ contra Epiſcopum Cantanienſem, qui erat legitimè citatus, ſed etiam cõtra Eccleſiam Cantanienſem, quæ non fuit legitimè citata.

2 Sed cõtrarium viſum fuit S.S.R. Cõſilio, & pronunciatum cum ſententia infraſcripta; nimirum nullam eſſe

eſſe,reſpectu vicinorũ oppidi de Ma
2 moyada: quia cum eis fuit legitimè factus proceſſus, & ita debet valere. Ita glo.in verbo.Pauciores.in l. 2. §. fin.ff.famil ercilcund.ibi:Sed in præiudicium præſentium tantum.Capu taquen.deciſ. 190.part.2.Rot. Rom. in recentioribus recollectis per Farinacium deciſ.24 4. num. 1. 2. partis, pag.268.Bald in l.ordo, nu. 10. verſ. Quæro de duobus,C. de executiõne rei iudicatæ Rota Roma.deciſ.33.nu. 15. in 2.part.nouiſsimarum,ſiue diverſorum Sacri Palatij,vbi alij DD. allegantur: Scaccia de ſentẽtia, & re iudicata,gloſ,14.q. 13.num. 80. pag.498. his verbis: Nec obſtat, quod ſententia lata cõrra citatos, operatur ſuum effectum contra eos ſolos; ſed nõ cõtra nõ citatos. Quia reſpondeo:ſententiam eſſe validam in ſe ſimpliciter quoad citatos, & ſic quoad eos non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. Sed quoad nõ citatos dico eſſe nullam in rotum;eadem ratio ne quod non poſsit valere pro parte & pro parte non. Quare ſumuntur tanquam duę ſententiæ.

3 Secundo:pro eadem ſententia fuit text in l.non idcirco 44.ff. de iudic. Ibi: *Non idcirco iudicis officium impeditur,quod quidam ex tutoribus, poſt litem adverſus omnes incohatam, Reipublicæ cauſa abeſſe cœperunt,cum præſentiũ, & eorum,qui non defenduntur,adminiſtratio diſcerni,& æſtimari poſsit.*. Et ibi Paul. Creſtrenſ.num.2. dicit:hoc ex eo eſſe, quia cauſa recipiebat diviſionem inter conventos,& tot videbantur cauſæ,quot erant partes,&idem(inquit) eſſet,ſi contra; ſuper diverſis tamẽ re bus,qui eſt caſus noſter. Nam Dux de Mandas habet intereſſe reſpectu iuriſdictionis:vaſſalli vero, reſpectu paſcuorum,exiſtentium in territorio ſuornm oppidorũ, reſpectivè. Et ita bene potuit expediri cauſa cõtra vaſſallos,& non contra dominum.

4 Nec obſtat text. in l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſc. cui reſpondet idẽ Scaccia d.q 13.num.22.ad med.&nu. 23.pag. 489. his verbis: Reſpondeo: quod in iudicio famil. erciſc. ſententia nõ poteſt pro parte valere,& pro parte non valere, quia cum meo iudicio ſit aſsignanda pars vni, nõ poteſt illi aſsignari,niſi ſint vocati alij, quibus,vel præſentibus, vel contumacibus aſsignetur ſua: aliàs iniuſta eſſet aſsignatio, facta vni; ſicque non poteſt pro illo vno valere, & pro alijs non valere. Et hoc eſt, quod dicit illa l.in hoc iudicio: quod ſententia nõ poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. Et quod ita ſit patet: quia Doct. & nos cum eis ſupra q.4.nu.8. Illam legem allegauimus, ad probandum, quod ſententia non valet, niſi decidatur totum negotiũ, vel reſpondendo generaliter. Et clarius diſtinguo duos caſus: Primus eſt quando ſententia deficit in definiendo totum negotium, puta totã ſummam,ex eadem cauſa petitam: quia diffinit vnam partem,& aliã omittit. Et iſto caſu, ſententia non poteſt valere pro ea parte,quam definit,& pro alia,quam non definit,nõ valere. Tũ, quia iudex dicitur aſſumptus ad ferẽdam ſententiam de tota eam tulerit, non dicitur tuliſſe,per ea, quæ ſcripſi ſupra ead.q.4.num.6.& ſeqq. verſic.

Inſero

inferò primò: Tum, quia pars nō decisa, vel non eſt amplius decidenda, & tunc eo minus videtur ſententiā tuliſſe: quia illa pars iret in fumum; & ſic colligeretur iudicis imprudentia, & ex imprudencia nullitas, de qua quiſque litigantium poſſet opponere, vel pars nō deciſa, remaneret decidenda ab alio iudice. Et tunc ſententia lata a primo iudice ſuper parte debet eſſe nulla: quia aliàs divideretur continentia cauſæ, & poſſent ferri ſententiæ contrariæ (quod plerumq; contigeret) ita, vt non valeret prima, nec ſecunda: & hoc caſu procedit cōmunis doctrina: quod ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere; & huic caſui quadrat diſpoſitio illius. l. in hoc iudicio, quia ſentētia nō dividit totum inter omnes.

5 Aliter reſpondet Hieronym. Gabriel conſ. 57. incipienti, quæſtio, n. 17. 18. & 19. dicendo: quod dicta lex in hoc iudicio fam. ercisc. procedit in iudicijs diviſorijs, in quibus res non poteſt pro parte explicari: in alijs autem iudicijs dividuis bene poteſt valere quoad aliquos: quamvis quoad alios ſit nulla, & inquit: quod quando libellus eſt contra plures, & reſpectu eorum, contra quos rite pronunciatum eſt; ſententia eſt lata ſuper toto: tunc ſine vlla dubitatione valet, niſi ſit lata ſuper aliquo individuo.

6 Nec obſtat deciſ. Rotæ Rom. 118. ſupra allegat: quia ibi n. 5. dicitur: Rotam in deciſ. facta die 27. Novēbris, anni 1602. ſenſiſſe: ſententias, in hac cauſa latas, non fuiſſe invalidas, reſpectu dicti Epiſcopi Cataniensis. Et in additione finali ad illā deciſionem, in verbo, Capitulum; leguntur hæc verba: Supra viſum eſt pro ſubſtātia validitatis, contra Epiſcopū non fuiſſe neceſſariam citationem iſtorum, & ſic ſententiæ ſunt validæ, ſaltem contra Epiſcopum, ſed non afficiūt Capitulum, & alios non citatos. Lofredus conſ. 10. num. 10. & 11. Abb. in c. inter quatuor, num. 6. de maiorit. & obed. Veral. d. deciſ. 90. part. 2. Et in hac cauſa Rota dixit die 27. Novembris 1602. contra Rever. Rhodie. cū multis, ſupra allegatis. Et ita fuit declaratum in hoc dubio, cum ſentētia de qua infra nu. fin.

7 In ſecundo dubio videbatur dicēdum: ſententiam latam in favorem vicinorum oppidi de Orani (quæ erat iuſta) quamvis eſſet nulla, fore confirmandam, iuxta ea, quæ ſcribit Vantius in tract. de nullitatibus, tit. ſi. qualiter proceſſus, & ſententiæ n. 129. to. 4. tractatuū, fol. 421. his verbis: Erit etiam Concilium, quod cauſa quoad ſui merita, quantum fieri poſſit, inſtituatur, vt iudici nullitatis, ſeu appellationis, de bono iure partis in negotio principali cōſtet. Nam præſuppoſito, quod ſententia prima foret nulla, puta abſque citatione, vel in die feriato, ſeu extra inſtantiam, vel ex aliquo alio defectu, ſentētiā ipſā concernente lata, ſi tamen conſtaret eandē, quoad cauſæ merita, in ſe iuſtitiam contīnere, à iudice appellationis, ſeu nullitatis in parte, vel in toto, quoad merita, & negotium principale, cōfirmari, vel reformari poteſt: argum. l. fin. §. fin. ff. quod met. cau. vbi ſuper vero debito exacto, proceſſus inordinatus toleratur. Et iuxta hanc opinionē, quod

tentiam nullam confirmare: ſed debet ante omnia illam, vti nullam reuocare. Vant. de nullit. in titulo quibus modis nullitates, num. 16. Cæſar de Graſis deciſ. 9. num. 13. de ſenten. & re iudic. Rota deciſ. 37. pagin. 4. in recent. & deciſ. 474. num. 11. & deciſio. 572. ſub numero 2. verſ. Et quādo non fuit oppoſitum, parte 2. in recent.

Ex ſupra dictis in hoc Sacro Supremo Regio Conſilio fuit declaratū, his verbis: Et quàvis regulariter ſententia nulla, quando eſt iuſta, poteſt confirmari; hoc tamen procedit quando nullitas, non ſolum conſiſtit in ſentētia; ſed etiam in actis principalibus proceſſus, & pars, quæ allegat nullitates, petijt, vt ſuper illis declaretur. Idcirco, & aliàs, deliberationem in S. Senatu Regio Conſilio ſumptam, in ſequendo, Pronunciamus, ſentētiamus, & declaramus: ſententiam latam per noſtrum Locumtenentem Generalē in Regno Sardiniç, die 19. Aprilis anni 1622. in fauorem vicinorum, & habitatorum oppidi de Orani nullam eſſe, reſpectu dicti Ducis de Mandas, reponendo quoad ipſum cauſam in ſtatu, in quo erat tempore quo fuit facta vltima citatio, ſiue notificatio parti dicti Ducis: & per conſequens bene fuiſſe ſupplicatum per Procuratorē eiuſdē Ducis à ſentētia lata in cauſa nullitatū, per dictū noſtrū Locū tenentē Genralē die 1. Octobris 1622. quā cum præſenti reuocamus, &c.

Quæ ſententia fuit publicata per Michaelē Codotniu Regij mādati Scribam, die 8. Octobris 1626.

DECISIO XVIII

Vicinus litigans cum vniuerſitate, tenetur contribuere cum vniuerſitate in expenſis litis.

1 *Arma præbere non debet quis contra ſe, & nu. 12.*

2 *Arma poteſt quis negare contra ſe, lege naturali, & diuina.*

3 *Contribuere non tenetur ſingularis in collecta impoſita ad ſumptus litis vertentis inter ipſum, & vniuerſitatem.*

4 *Vicinus, ſi litigat cum vniuerſitate occaſione damni, & expedit, collectam imponi, occaſione expenſarum fiendarū in cauſa: an teneatur in illa collectā contribuere, & nu. 5. ſed contra num. 6. cum ſeqq.*

6 *Vicini oppidi de Bocayrent, qui ſunt habitantes de Bañeres, tenētur contribuere in expenſis litis, quæ contra eos ducitur, ratione aquæ, Riui de Vinalopo.*

7 *Ciuis, ſi litigat cum hominibus ſuæ Ciuitatis, & propterea communitas imponit collectas, tenetur contribuere in eis, tanquam Ciuis, non tanquam litigatorī, & num. 13.*

8 *Collecta poteſt imponi ei, contra quem imponitur ipſa collecta, & num. 9.*

10 *Vniuerſitatis ius, collectandi ciues pro oneribus, contingentibus in Vniuerſitate, maxime pro negotio iudiciali, non extinguuntur per litem quam habet Ciuis contra dictam vniuerſitatem.*

11 *Nobilis litigans ſuper ſua nobilitatē contra vniuerſitatem, tenetur contribuere contra ſe, in expenſis litis.*

14 *Ciuitas, quæ non habet burſam cōmunem, poteſt collectam imponere.*

15 *Originis ius, & domicilij proprij non po-*

poteſt quis ſola voluntate pervertere.

16 *Vicinus litigans cum vniverſitate, tenetur contribuere in expenſis factis in lite, per ipſam vniverſitatem. Et num.17.& 18.*

19 *Civitas, ſi ponit collectam pro ſolvendo debito Civis ſui, etiã ille Ciuis contribuet.*

20 *Vniverſitas, ſi tenetur emẽdare damnũ vni de populo, ille dãnũ paſſus, contribuet pro rata ad emendam.*

OPpidũ de Bocayrent, ſitum in Regno Valentiæ,& pagus, ſive locus de Bañeres, vnã conſtituebant vniverſitatẽ (antequã per ſuã Maieſtatẽ eſſet facta vniverſitas diſtincta dictus locus de Bañeres) qui erat ſubiectus iuriſdictioni oppidi de Bocayrẽt, lis vertebatur inter dictũ oppidũ & Pagũ, circa hoc, quod ex aqua defluẽti per riuũ, ſive cequiã de Vinalopo, plures vicini, & incolæ oppidi de Bocayrẽt, ſuos agros, ſitos in loco inferiori rigare ſolebãt, & vſui publico dicta aqua deſerviebat pro lavãdis telis, laneis, & lineis ſingulorũ dicti oppidi, & & ad potum pecudum, armẽtorũ, & aliorũ animalium eiuſdẽ oppidi, & pro molẽdis frumẽto, & alijs quibuſcunq; granis vicinorũ de Bocayrẽt in duobus molẽdinis, cõſtructis in termino eiuſdẽ oppidi: & Syndicus Pagui, ſive loci de Bañeres cõtrariũ prætẽdebat, nimirũ vicinos eiuſdẽ loci eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi, irrigãdi fundos in eius termino cõſtitutos, antequã vicini, & habitatores de Bocayrẽt, ſuos fundos, & terras irrigare: & dicta aqua vti poſsẽt; quia prius tranſit per terminum loci de Bañeres, antequã perveniat ad terras ſingularium de Bocayrent: at verò Syndicus eiuſdem oppidi prætendebat eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi, vniverſitatem eiuſdem, tam nominandi ſingulis annis vnum vicinum in Præfectum dictæ aquæ (qui Cequiarius nuncupatur) ad effectũ, illam diſtribuendi, per horas, & tempora inter eos, qui debent irrigare, iuxta repartitiunẽ, ſeu diviſionẽ ſcriptã in libro Cataſtri, in archivo eiuſdẽ oppidi; recõditi, quã iudicãdi, & cognoſcendi, tam in prima inſtantia per dictum cequiarium, quam in ſecunda appellationis inſtantia, per Iuratos eiuſdem oppidi, de omnibus querelis, ſiue incuſationibus propoſitis adverſus illos, qui vltra ordinem & modum conſuetum, & horas, & tempus permiſſum in ipſorũ agros, aquam prædicti Riui de Vinalopo, inducunt, vel aliud agunt, quo irrigantibus ex ea, quovis modo noceat, & pariter ſibi applicandi, atque exigendi omnes mulctas, ſiue pœnas pecuniarias quarumcumque, condemnationum per ſupradictum cequiarium; & ſuo in caſu per Iuratos ſæpe memoratæ villæ, ob cauſam prædictarum querelarum, & incuſationum, reſpective factarum, atque proviſarum.

1 In cauſa hac Syndicus Pagui, ſive loci de Bañeres inſtavit, ne ex publica, vel cõmuni pecunia dicti oppidi, & locorũ de Alfaſar, & Bañeres, eidẽ oppido adiacentium, litis ſumptus, quos faciebat Syndicus de Bocayrent, ſolverentur: ſed tantum ex pecunia eiuſdem oppidi de Bocayrẽt. Quæſitum fuit: an ſingulares loci

de

de Bañeres, contra quos lis vertebatur, contribuere tenerentur in dictis expenſis, quas faciebat Syndicus de Bocayrent.

In hoc dubio, vicinos vniverſitatis, contra litigantes contra eandem vniverſitatem, contribuere non teneri in expenſis factis per Syndicum Vniverſitatis, probatur ex ſequentibus.

Primo: nam nimis grave eſt, vt quis arma præbeat contra ſe, l. nimis grave, 6. C. de teſtibus, l. Imperatores 17. ff. de tutelis & rationibus diſtrahendis, ibi: *Cum hoc ipſum quærat: an aliquid tibi a tutoribus, vel curatoribus debeatur, non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptus litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtrari.* Et ita Aſpilcueta Navarrus in Rubr. de iudicijs, num. 55, ita ait: Lege naturali, & divina poteſt quis negare arma contra ſe, quod refert Cancer libro. 2. variar. reſolutionum, cap. 6. de ſolutionibus, num. 155. & 156. vbi ait: nō teneri ſingularem cōtribuere in collecta impoſita ad ſumptus litis vertentis inter ipſum, & vniverſitatem; & ita conſuluiſſe Steph. Beroi. conſ. 126. pro pleniori, & faciliori, num. 8. 2. part. volum. 1. Et ita inquit Cācer, poſtea pronunciatum fuiſſe. Et Albericus in l. 1. ff. ad legem Rhodiam de iactu. prope finē, inquit hæc verba: Quid ſi ille vicinus litigat cum communitate occaſione dicti damni, & expedit collectam imponi occaſione expenſarum fiendarum in cauſa, nunquid illi collectæ contribuere tenetur. Ia. credit, quod non per dictam legem Imperatores, & l. minus grave. Petrus Antibolus in tractatu de muneribus. §. 4. num. 75. ad medium, tom. 12. in tract. noviſsimorum, fol. 44. ita ait: Verumtamen videtur mihi, quod cum illæ expenſæ, quæ fiunt per vniverſitatem, non fiant propter vtilitatem illius: imò ad eius incommodū, & damnum; quod in illis expenſis non teneatur conferre, quamvis cauſa principalis tenderet ad vtilitatem communem.

Sed contrarium fuit deciſum, nimirum, ex pecunia cōmuni oppidi de Bocayrent, & de Bañeres, eſſe ſolvendas expenſas quas faciebat Syndicus de Bocayrent in dicta cauſa, & ſic habitantes locum de Bañeres: vti vicinos oppidi de Bocayrent, teneri contribuere in dictis expenſis, vt tenet Franciſcus Marcus deciſio. 460. numero 13. 1. part. Loſeus de iure vniverſitatis, parte 2. cap. 1. nu. 78. Garcia de Nobilitate, gloſ. 22. nu. 5. fol. 332. his verbis: Vnde dicit Baldus in l. ab omnibus 107. §. ſi a Titio. ff. de legat. primo, quòd ſi aliquis ex Ciuibus litigat cum hominibus ſuæ Civitatis, & propterea quod communitas imponat collectas, & faciat expenſas, quod tenetur contribuere tanquam Ciuis, non tanquam litigator, & idem tradit Thomas Parpalia in repetitione legis placet, C. de ſacroſanctis Eccleſis, numero 17. verſ. Nota, vbi in noſtra hac ſpecie dicit, quod collecta poteſt imponi ei, contra quem imponitur ipſa collecta. Et po-

N 2 nit

nit exemplum, quando quis litigat cum communitate, & communi-
9 tas pro expenſis litigij imponit collectam, poteſt imponere ei, qui litigat: & ſic miniſtrabit expenſas contra ſe ipſum. Et hoc idem ſequitur, & probat Ægidius Thom. in tractatu de muneribus, & collectis, in §. pauperes, numero 31. vbi
10 bi dicit: hoc eſſe verius, ex ſupradictis, & ex eo etiam, quia per litem non potuit extingui obligatio, quam habet Vniverſitas collectãdi Cives pro oneribus, contingenti-
11 bus in Vniverſitate; maximè pro negotio iudiciali. Et idem in ſpecie tenet Nicolaus Feſtatius, in tractatu de æſtimis, & collectis. 2. parte, cap. 4. numero 49. vbi videre poteris plura, quæ pertinent ad hanc inveſtigationem. Et hoc idem in nobili litigante cum Vniverſitate, ſuper nobilitate, quod teneatur contribuere cõtra ſe ad expenſas litis, tenet Otalora 3. par. cap. 3. ad finem, & Avẽdanius de exequend. mand. reg. Hiſpan. 2. par. cap. 10, num. 19. Hactenus Garcia vbi ſupra, & deciſum fuit in Senatu Sabaudię, vt inquit Ant. Faber in ſuo C. Fabriano lib. 1. tit. vlt.
12 diffinit. fin. his verbis: Nimis quidẽ grave eſt vt quis arma parare cõtra ſe, & adverſarium ſuum, quoquomodo, adiuvare cõpellatur. l. nimis grave 7. C. de teſtibus, l. vlt. C. de eden.
13 Sed tamen ſi qua inter Vniverſitatem, & aliquem ex municipibus, & incolis, mota lis eſſe proponatur veriſsima, & æquiſsima eſt ſententia, exiſtimantium contributioni eius pecuniæ, quamvis in cauſam ſumptus litis ab Vniverſitate erogari neceſſe eſt illum etiam, qui cum Vniverſitate litigat, obnoxium eſſe oportere. Ægidius Thomatus in tra-
14 ctatu de collectis, quæſt. ſi quis Vniverſitati litem moverit. pag. 125. poſt Bartolum ad l. Imperatores 21. ff. de tutel. & rat. diſtr. Civitas enim, quæ non habet burſam communem, poteſt collectam imponere, vt tractat Guido Papę quæſtio. 87. ex l. 1. §. ſi nemo; vbi gloſ. ff. quod cuiuſque Vniverſit. l. 2. in principio, de alimen. & cibar. legat. Specul. in §. ſequitur, de executio. ſenten. verſic. quid ſi Vniverſitas, vide l. final. C. de muner. patr. lib. 12. Nemo enim ob id ſolum, quod ſe adverſarium Vniverſitati conſtituerit, ab oneribus, & muneribus publicis exuere ſe poteſt, quibus municipes cæteri obſtringũtur: ſicuti nec ſola voluntate ius ori-
15 ginis, & domicilij ſui pervertere, l. domicilium. 20. ff. ad municipalem, l. origine 4. de municip. & originar. lib. 10. tit. 38.
16 Et pro hac ſententia, quod vicinus litigans cum Vniverſitate, teneatur contribuere in expenſis factis in lite per ipſam Vniverſita-
17 tem, facit textus in l. Nauis. 4. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Cuius verba ſunt: Navis onuſtæ, levandæ cauſa (quia intrare flumen, vel portum non poterat, cum onere) ſi quædam merces in Scapham traiectæ ſunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipſo oſtio, vel portu eaque Scapha ſummerſa eſt:

ratio haberi debet inter eos, qui in naue merces ſalvas habent, cum his, qui in ſcapha perdiderunt: proinde tanquam ſi iactura facta eſſet, idque Sabinus quoque, libro 2. reſponſorum probat. Pro eadem etiam opinione facit text. in l. ab omnibus 104. aliàs 107. in §. ſi Attio. ff. de legatis 1 cuius verba ſunt: Si Attio ita legatum fuerit quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto Attio hæredi decem dare: deducta ſua parte Attius decem petet. Item ſi iuſſus fuiſſet hæres decem dare, & fundum ſibi habere: deducta ſua parte decem dabit. Denique conſtitit, cum ita legatum fuiſſet: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto hæredi meo decem dare, exæquari omnium hæredum partes, eo, quod vnuſquiſque. Et ſibi, & cohæredi ſuo dare damnatus videtur. Et Bartolus in eadē l. ab omnibus, In §. ſi Attitio, num. 2. ita ait: Item ſi Civitas imponit collectam pro ſolvendo debito ciui ſuo, quod etiam ille ciuis cōtribuet; & Bart. in hoc eſt communiter approbatus, vt inquit Anton. Faber in ſuo C. Fabriario, lib. 9. tit. vltimo, diffinit. fin. numero 0. Et eadem etiam opinio probatur in l. ſi tibi homo 86. §. ſi fundus, de legatis 1. cuius verba ſunt: Si fundus ab omnibus hæredibus; legatus ſit, qui vnius hæredis eſſet, is quidem, cuius fundus eſſet, non amplius quam ſuam præſtabit; cæteri in reliquas partes tenebuntur. Valet legatum ſi ſuperficies legata ſit ei, cuius in ſolo fuerit: licet is dominus ſoli ſit: nam conſequetur, vt hac ſervitute liberetur. Et ſuperficiem lucriſaciat.

Denique facit: nam ſi vniverſitas tenetur emendare damnum vni de populo, ille damnum paſſus, contribuet parata ad emendam, vt inquit Speculator in titulo de ſenſib. §. 2. numero 14. Et Felin. in cap. accendentes. verſicul. Sexta concluſio, extra de præſcript.

Ex quibus fuit declaratum: expenſas neceſſarias, ad proſecutionē dictę litis poſſe perſolvi per oppidū de Bocayrent, ex pecunia communi, tam dicti oppidi, quam Pagi, ſiue loci de Bañeres, & loci de Alfaſara, eidem oppido de Bocayrēt, adiacentium. Et ita fuit pronunciatum in Regia Audientia Valentina, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 17. Decembris, 1612. Quæ poſtea (me referente) in gradu ſupplicationis fuit confirmata, in alia Aula eiuſdem Regiæ Audientiæ, publicata per eundem Franciſcum Paulum Alreus, die 24. Iulij 1614.

DECISIO XIX.

Licet Regia Audientia; iuxta Foros 226. Curiarum, anni 1624. non ſe poſſet intromittere, in inſaculationibus, faciendis, ad officia publica Vniverſitatum, in Civitatibus, & oppidis Regni Valentiæ; bene tamen poteſt cognoſcere, per viam appellationis, & recurſus a gravamine illato in dictis inſaculationibus.

4.num.1. & cap.35. num. 3. vbi ait: Regem non poſſe abdicare a ſe ma-
9 ioriam. Refert, & ſequitur Scaccia de appellationib. quæſt. 8. num. 11, verſic. Oppono, pag. 150. Thomas Grammaticus, voto 28. per totum: præſertim num.fin. Concivis meus Belluga in Speculo Principum, Rubric. 38.§.conqueruntur.num. 2. & Cancer lib 3.variarum, cap.13. n.156. fol.184. Vbi multis relatis, bene confirmat Parladorius rerum quotidianarum, lib.2.c.1.n.fin.

10 Ex quibus (cũ eſſem Auditor Regiæ Audientiæ Valentinæ) fuit declaratum, per viam appellationis, vel recurſus, poſſe cognoſcere Regiã Audientiam: an fuerit illatum gravamen in inſaculatione; prouiſione facta ex deliberatione Regij Concilij die 13. Februarij 1612. in cauſa vertente inter Syndicum oppidi Caſtellionis planiciei ex vna, & Ioſephũ Mõſerrat, Iuriſconſultum, parte ex altera: Actuario, ſive Scriba cauſæ Vincentio Lop Notario.

11 Et pariter cum ſententia lata in favorem Martini Perez Alonenſis, & contra Syndicum Civitatis Alonen. ſive Alicantis, & Procuratorũ Regij Patrimonij, publicata per don Ioannem Daza, Regij mandati Scribam, die 4. Maij 1609. fuit declaratũ: bene fuiſſe appellatum, & recurſum per dictum Martinum Perez, à gravamine illi illati: ex quo fuit repulſus ab inſaculatione facta ad officia publica dictæ Civitatis: & in dicta ſententia leguntur hæc verba: Et ideò per illum appellatum, & recurſum ad nos fuiſſe, vt dicti gravaminis reparationẽ obtineret, quod (nõ obſtante foro nouo) facere potuit, cum appellatio, & recurſus, ad nos per dictum forum, aut aliàs remota, aut remotus non ſit.

12 Denique cum Gabriel Ferrer, dicti oppidi Caſtellionis Planiciei, recurſum interpoſuiſſet ad Regiã Audientiam, & conſtitiſſet in vniverſitate dicti oppidi, tunc eſſe quatuor ſaccos, in quibus immittebantur nomina eorũ, qui ad officia publica cõcurrebant, in quorum primo inſacculabantur Iuriſperiti, Cives, & Doctores Medicinæ: In ſecundo, Notarij, Farmacopolæ, Chirurgi, & mercaturam exercentes, In tertio, & quarto agricolæ, & quod dictus Ferrer à duodecim annis citra, nimirũ ab ea die, quod vxorẽ duxit mercaturam exercebat, habens apothecam pãnorum, & ita in ſecundo ſacco, vulgus appellato, Bolſa, debebat inſacculari, & non in tertio, in quo de facto fuit inſacculatus. Et allegabat, non ſecundum ſuum ſtatum, & conditionẽ fuiſſe tractatum; ſed potius gravatũ, ex quo fuit inſacculatus in dicto tertio ſacco, ſive burſa, & fuit profeſſus non ambire dicta officia; nec contẽdere eſſe inſacculatum: ſed in ſuo loco collocari, iuxta eius profeſsionẽ. Et me referente, ſive commiſſario cauſæ exiſtente, fuit declaratum: nomen dicti Gabrielis Ferrer abſtrahendum eſſe à dicto tertio ſacco, ſive burſa; & mandatum, vt abſtraheretur, & quod ſi, & vbi perſonis, ad quas ſpectat facere inſacculationem ad officia publica dicti oppidi, videbitur: dictum Ferrer eſſe inſaccu-

landum, nomen illius collocent in ſecundo ſacco, vbi mercaturam e-xercentes, & qui appellantur, artiſ-tes inſacculantur. Et ita fuit pronunciatum, ſententia lata in dicta Regia Audientia, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 26. Septembris 16.6.

DECISIO XX.

Princeps, an poſsit imponere collectam ſuis ſubdictis, pro filia maritanda: & communis eſt poſſe: & ita practicatur in Regno Valentiæ.

Non valet conceſſum cum actu Curiæ, interveniente ſubreptione, & ſic, deficiente voluntate Regis, concedentis.

SVMMARIVM.

1 *Rex de iure communi: an poſſit imponere collectam pro filia ſua, matrimonio collocāda.*

2 *Rex non poteſt ſuis ſubditis imponere collectas, pro filia collocanda matrimonio.*

3 *Rex poteſt ſuos ſubditos onerare collectis pro collocando filiam ſuam. Et eſt communis opinio, in praxi ſequenda, num. 4.*

5 *Collectæ pro collocandis filiabus in matrimonium, in quibus apponantur.*

6 *Imperator, clari iuris eſt: quod pro collocandis filiabus ſuis, collectam imponere poteſt, etiam extra caſum neceſſitatis, num. 7.*

8 *Ius collectandi ſuos ſubditos, pro filiabus maritandis, ex pluribus partibus de iure, & conſuetudine, eſt introductum.*

9 *Ius collectandi, pro filiabus collocādis, ex noſtris auctoribus, ſunt qui dicunt de iure competere dominis.*

10 *Caligula Imperator Romanus, munera, & collationes in dotem filiæ, a ſubditis recepit.*

11 *Ius recipiendi munera, & collationes in dotem filiæ, emanavit, a Romulo; Vrbis fundatore.*

12 *Aragoniæ in Regno, iuxta forū, ſub titulo de dotibus filiarum legitimarū, naturalium.*

13 *Rex, in Cathalonia, de generali obſervantia, habet in hominibus Regijs & Eccleſiæ demandas, ratione ſuæ coronationis, & nouæ militiæ, & etiā pro filiæ maritanda.*

14 *Conſtitutio Cathaloniæ reperitur expreſſè diſponens pro filia maritanda, in titulo de coronages, y maridages.*

15 *Maridage, in Regno Valentiæ exigit dominus Rex, nimirum adiutorium, quod ei præſtatur, propter filiarum nuptias.*

16 *Maridagij ius debitum, pro matrimonio Sereniſsimæ Annæ infantis Hiſpaniæ, quando nupſit Regi Francorū, ad exigendum in Regno Valentiæ, cōmiſsio fuit expedita.*

17 *Forus Valentiæ eſt lex pactionata, facta in vim cōtractus initi inter Regnum, & Regem, & ſic obligat Regē ſucceſſorem.*

18 *Civitas Alicantis, Regni Valētiæ, quo modo teneatur ſolvere ius maridagij.*

19 *Actus Curiæ anni 1542. ſuper ſolutione, in quantitate maridagij, fuit ſubreptitius. Et declaratur n. 22. & 23.*

20 *Veritas, & poteſtas in quolibet actu requi-*

requiritur: quorum, ſi aliquid defuerit, nihil eſt. Et ita fuit iudicatum n.21.

1 VAlde controverſa eſt inter DD. illa quæſtio: an de iure communi, Rex poſsit imponere collectam, pro filia ſua in matrimonium collocanda, hoc eſt, vaſſallos compellere ad adiutoriū, ſiue ſubventionem præſtandam pro eius dote, vt conſtat ex his, quæ ſcribit Myſinger ſingul. obſerv. Cent. 5. obſervatio. 21. his verbis: in hac quæſtione: Num Princeps poſsit ſuis ſubditis imponere collectas, pro filia ſua matrimonio collocanda. Variãt
2 DD. Nonnullis exiſtimantibus, id ipſum facere non poſſe. Paul. de Caſtro in l. neminem, num. 3. C. de ſacroſanct. Eccle. idem poſt Ioann. Fab. in l. 3. n. 2. C. de ſtat. & imag. per tex. ibi. Expenſis proprijs, ſtatuam collocari præcipimus. l. cum ſatis, §. caueant Cod. de agric. & cenſi. libr. 11. & plene Boerius deciſione 126 numero 6. vbi pro hac negativa opinione plures auctoritates congeſsit.
3 & Vazquez libro 1. controverſiarū illuſtr. cap. 7. numero 3. Alijs contra cenſentibus: dominum ſcilicet, collocando filiam, poſſe ſuos ſubditos onerare collectis. Accurt. in verbo, Canonicam, in l. placet, vbi etiam Iaſon in repetitione eiuſdem legis, num. 9: Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Spe. titulo de feudis. §. quoniam, numero 67. verſicu. Et nota quod vaſſalli Comitum. Albe. Roſ. in ſuo dictionario, verb. dominus, Alex. conſ. 35. nu. 3. vol. 2. Clavaſ. in ſum. Ang. verb. taliam, verſicul. Sed quando, & in ſum. Roſel. verb. Dominus, verſic. an autem in aliquibus caſibus. Iacobus de San Gregor. de verb. Qui quidem inveſtiti præſtiterint iuramentum, nu. 76. verſi. Circa alium caſum; & noviſsime Zaſius in epit. feud. part. 7. cap. ad quod vaſſal lus, domino, & dominus vaſſallo, te-
4 neatur num. 50. verſic. Tenetur etiam vaſſallus. Et hanc ſententiam communiorem eſſe Lau. Læmi. aſſerit, Cent. 5. commun. opinion. concluſ. 77. quæ etiam in Germania, ex communi vſu Principum, paſsim obtinet: eandemque in praxi obſervari teſtatur Reſta. Caſtald. in tractat. de Impp. quæſt 57. in 12. volum. tract. Kopen, in ſuis deciſionibus quæſtionum illuſtrium, q. 32. diſtinguit tres caſus: aut enim quæritur de Imperatore, Rege, vel alio, ſuperiore, ſuperiorem non recognoſcente, aut de Ducibus, Marchionibus; & alijs Principibus, ſuperiorem recognoſcētibus, aut de Baronibus, vel Nobilibus, qui volūt ſubditos collectare pro dote filiarum; & numero 6. ita ait: In ſpecie autem clari iuris eſt Imperat. pro collocandis filiabus, ſubditis collectam imponere poſſe, glo. in l. placet. verb. Canonicam, & ibi Iaſon, in repet. num. 19. C. de ſacroſanctis Eccleſ. & Alexan. conſ. 35. numer 3.
5 verſ. Vt quando Imperator, libro 2. Spec. in tit. de feu. §. quoniã, n. 67. verſic. Et nota quod vaſ. Comit. Iacob. de Sã. Georg. verb. qui quidē inueſtiti, nnmero. 76. verſic. Circa alium caſum. Zaſ. epit. feud. p. 7. ver. Ad quid vaſſal. n. 3. Et eſt cōmunis ſententia, ac in Germania ex cōmuni vſu

Prin-

Principum approbata: teſtante Minſinger. obſervat. 21. num. 4: centur. 5. licet extra caſum neceſsitatis, etiam hoc caſu contrarium teneant. Faber & Caſtrenſ. in l. 3. de ſtat. & imag. & alij, quos allegat Boer. deciſ. 126. num. 6. Idem, & de Regibus, ſuperiorem non recognoſcentibus, dicitur: licet Boer. d. deciſio. 126. num. 7. dicat; Regem Galliæ pro collocandis filiabus, non ſolere ſubditis collectā imponere.

8 Quidquid tamen ſit de iure, & cōſuetudine, in plutibus partibus, hoc ius introductum eſt: vt teſtatur Tiraquel. de iu. primog. q. 69. num. 1. 2. & 3. his verbis; An dominus poſſit ſuis ſubditis, & vaſſallis collectam imponere, pro illa filia ſua, primogenita nuptui tradenda; vt in multis locis Franciæ, nuncupatim conſuetudine cautum eſt: videlicet apud Pictauienſes, §. totius voluminis conſuetudinum eius gentis 169. Turonenſes tit. de Loyaux aydes. §. 76. Mōſtrolienſes maritimos. §. 57. Attenenſes. §. 26. Suntque aliæ conſuetudines, id ius tribuentes, pro primo matrimonio ſuę filiæ, ſine qualitate, primogenitæ, vt Borbonienſes. §. 344. & Marchienſes. 130. aliæ pro primo matrimonio ſuarum filiarum, vt Avernienſes tit. 25. §. 1. & 2. Aliæ pro matrimonio vnius filiæ tantum: vt Burgundienſes tit. 1. §. 4. Et Britonienſes tit. 2. qui eſt Deſdroicts du Prince, & Autres ſeigneurs. §. 37. Eſtque in eam rem conſtitutio, Siciliæ, quæ incip. quamplurimum: quæ ſimpliciter dicit, pro maritanda filia.

9 Et certe, de eā re nonnulli è noſtris ita loquuntur, vt videri velint, id ius de iure competere, & inter cæteros Rofred. Benevent. in Rubric. de ſacr. a. cuiuslibet vaſſal. verſic. Iſti autem vaſſalli: & poſt eum Io. Blanc. in ſua ſum. tit. quib. cau. amit. §. erūt etiam, quæ dicta ſunt. Spec. tit. de offic. ord. & tit de maior. & obed. §. 1. verſ. Eodem modo: Et iterum, in titu. de feud. §. quoniam, col. pen. verſ. Et nota quod vaſſalli. Hoſti in ſum. tit. de immunit. Eccl. §. a quibus muneribus, col. 1 vbi dicit: Et huius rei eſſe conſuetudinem, prope generaliter m. Alberic. in ſuo Lexico. in verbo: dominus, verſic. 1. Mart. Laud. in c. 1. paulo ante fin. verſic. Et eſt advertendū, tit an apud iud. vel domi Alex. in addit. Bart. in l. placet. C. de excuſat. mune. lib 10. & Iaſ. in l. placet, in prima lect. col. 1. verſic. Et advertet, & in 2. lect. column. 4. verſic. Et iuxta eas. C. de ſacroſanct. Eccle. Et noviſsimè Zaſ. tract. feud. p. 7. cuì titulus eſt ad quid vaſſal. domino teneat. 9. in parvis, verſic. Tenetur etiam vaſſallus.

10 ¶ Secundū hanc ſententiam Caius ille Caligula, Imperator Romanus (ſic enim divis placuit) munera, & collationes in dotem filiæ, à ſubditis recepit, vt tradit Sueto. in vita illius cap. 42. Et id quidē mādaſſe videtur à Romulo vrbis conditore, qui inſtituit Patronos, omnia pro clientibus facere debere quęcumque

11 efficiūt parētes pro liberis. Clientes autē è diverſo Patronis ſuis ad filiæ dotem, pecuniam cōtribuere: vt ſcribit Plutarch. in vita illius: alibi autem

autem, in noſtris commentarijs, cōſuetudinem Pictavicarum oſtendimus, vaſſallos noſtri temporis, proximè accedere ad clientes priſci temporis. Hactenus Tiraquell. dicta q. 69. nu. 1. 2. & 3.

12 In Regno Aragoniæ, extat forus expreſſus, ſiue l. Regni in tit. de dotibus filiarum domini Regis, in noua editione fororum, fol. 124. diſponēs, ſubditos teneri ſubvenire domino Regi, pro dotibus filiarum legitimarum, & naturalium. Cuius fori meminit Molinus in report. fororum Aragoniæ, in verbo, dotes, & Portoles in Scholijs ad dictum Molinū, in verb. Do..., num. 11. idem affirmat, & alios allegat DD. in Cathalonia

13 etiam de conſuetudine, ita obſervatur, vt inquit Calitius in extravagatorio Curiarum. cap. 7. nu. 94. verſ. 162. fol. 10. pag. 2. his verbis: Dominus Rex, de generali obſervātia Cathaloniç habet in hominibus Regijs, & Eccleſiæ de mandas, ratione ſuæ coronationis, & novæ militiæ, & etiā pro filia maritanda. Et ita ſervatum extitit per Sereniſsimum dominū Regem, Petrum Tertiū, & per illuſtres Reges, Ioannem, Martinū, Ferdinandūque, & etiam per ſereniſsimū dominū Regem nunc regnantem. Et talia iura, conſuetudine poſſunt introduci, provt in Cathalonia introducta fuerunt, vt l. 1. C. de auro coron. lib. 10. Et Cancer tom. 2. variar. cap. 2. de iuriſdictione ait. in Cathalonia reperiri expreſſam diſpoſitionem, in tit. de coronatges, & mā-

14 datges. Ex quo titulo manifeſte colligitur, in Cathalonia, dominos inferiores non poſſe collectare vaſſallos pro filia maritanda: nam cum dictus titulus: de domino noſtro Rege loquatur eſt certum, alios excludi.

15 Denique in noſtro Valētiæ Regno, dominus noſter Rex, exigit à vaſſallis hoc adiutorium, quod ei præſtatur propter filiarum nuptias, vt inquit concivis meus, Petrus Belluga in Spec. Princip. rubr. 26. de donativo Curiæ, in § ſunt & alia munera, num. 3, in fine. Quod adiutoriū, vulgo in Regno Valentiæ, Maridatge appellatur: de quo iure loquuntur forus vnius, in ruba. que Puçol, in extravag. foror fol. 47 pag. 2. & forus vnicus in rub Que ſe obſerve lo privilegi, in extrauag. foror fol. 100. pag. 2: & forus 54. in rubr: de leuda, in vol. foror. Valentiæ, fol. 254. forus 164. Curiarum anni 1604. fol. 36. & actus Curiæ, ſive caput, 12 oblatorum per Brachium Eccleſiaſticū in dictis Curijs anni 1604. fol. 54. pagina 2.

16 Hoc ſuppoſito, cū nupſiſſet Sereniſsima Anna, Infans Hiſpaniç, Chriſtianiſsimo Regi Francorum, & ob hanc cauſam, deberetur domino noſtro Regi Hiſpaniarum, ius maridatgij, quod ſolvitur pro dote filiarum Regis, fuit expedita Regia commiſſio Iuliano Egidio Polo, Locumtenenti Magiſtri Rationalis, in Regno Valentiæ, vt tanquam Delegatus Regius taxaret quantitates, in quibus contribuere tenentur Civitates, & oppida Regni Valentiæ, pro dicta dote, & eas exigeret, & ad ſolutiones earum, debitores compelleret, & cū certam quantitatem taxaſſet ſolven

dam

dam à Civitate Alicantis,illius Syndicus prætendit non teneri ſolvere, pro dicto iure maridagij, dictæ Sereniſsimæ Infantis, quantitatem taxatam:ſed dumtaxat centum florenos. Et ad fundandam ſuam intentionem,exhibuit priuilegium Sereniſsimi Regis Martini, datum Barchinonæ die 12.Decembris 1409. in quo legitur non teneri dictam Civitatem ſolvere pro illo maridagio,vl 17
tra centum florenos. Quod privilegium fuit confirmatum per invictiſſimum Imperatorem Carolu Quintum,Regem Hiſpaniæ,in Curijs per eum celebratis in oppido Montiſonis,anno 1542. ibi enim brachia,ſive ſtamenta,Eccleſiaſticum, & Regale Regni Valentiæ, ſuæ Maieſtati expoſuerunt: per Sereniſsimum Regem Aragonum Martinum, fuiſſe privilegium conceſſum dictæ Civitati Alicantis, vt non tenetur ſolvere pro iure maridagij, coronationis, 18
vulgus appellati,coronatge, & novi regiminis,niſi dumtaxat,centū florenos: & quod collectores dictarum impoſitionum,ſive iuriū, intentabāt compellere eandem Civitatem, vt ſolveret maiorem quantitatem. Et ita ſupplicarunt ſuam Maieſtatem, vt dictum privilegium confirmare, & quatenus opus eſſet,de novo cōcedere dignaretur. Et ſua Cæſarea Maieſtas,in decretatione dicti fori, mandavit, vt dictum privilegiū obſervaretur, vt habetur in extrauagāti fororum fol.100.pag.24.in c. vnico,in rubr Que ſe obſerve lo privilegi. Et poſtea in Curijs celebratis Valentiæ,per ſereniſsimum Regē Philippum anno 1604. in foro 164.fol. 36. tria Brachia ſupplicarunt dominum noſtrum Regem,vt mandaret dictum privilegium, Civitati Alicātis conceſſum,& dictum actum Curiæ,anni 1542.inviolabiliter obſervari. Et dominus noſter Rex, in decretatione dicti fori iuſsit, obſervari dictam privilegium, & actum Curiæ omni abuſu ſublato. Et cum dictus forus ſit lex pactionata, facta in vim contractus initi inter Regnum & Regem,obligat Regem ſucceſſorem,vt ſcribit concivis meus Belluga in Spec.Princ.rubr.1. num.12.ibi: *Quia imò poteſt per legem pactionatam, quæ tranſit in naturam contractus, cum Princeps illius ligetur, & eius ſucceſſores iuxta c.1.de probat.notatur per Bal. in l digna vox,C.de le gi.* Vnde non poteſt Regius Commiſſarius compellere dictam Civitatem, ad ſolvendū maiorem quantitatem.

Pro parte autem Procuratōris Regij Fiſci Patrimonij, in cauſa vertenti coram dicto Regio Commiſſario fuit productus quidam proceſſus,in quo reperiuntur diverſæ ſententiæ,latæ contra dictam Civitatē Alicantis,circa eidem dubium: nimirū quædā lata die 24. Novēbris 1550. per Ioannem Hieronymum Romani,olim Scriva,Magiſtrum Rationalem Regni Valentiæ,& per Ludovicum Marrades, Locumtenentē Generalis Theſaurarij ſuæ Maieſtatis, in eodem Regno iudices Commiſſarios, ad exactionem iuris maridagij,Sereniſsimæ infantis domnæ Mariæ,filiæ dicti Imperatori Caroli V. Hiſpaniarum Regis,quando nupſit

Sere-

Sereniſsimo Maximiliano Regi Boemiæ, cum quo fuit declaratum, non ſuffragari dictæ Ciuitati Alicantis dictum priuilegiū, ob cauſam in dicta ſententia expreſſam, in qua etiam dicitur, cum alia ſentētia lata tempore Catholici Regis Ferdinandi, idē
19 fuiſſe declaratum contra prędictam Ciuitatē. Et ita dictus actus Curiæ anni 1542. fuit ſubreptitius, tacita veritate obtentus; & defecit voluntas Regis concedentis. Et (vt inquit Pe
20 trus Antonius de Petra in tracta. de poteſtate Principis, in præfatione n. 1, & 47. in quolibet actu requiritur voluntas, & poteſtas; quorum ſi aliquid abfuerit, nihil eſt. Ita Ariſtotel. quem refert, & ſequitur Bald. in l. cū teſtamentū, C. de iur. & fact. ignor. Et probatur in cap. cum ſuper, de offic. delegati, cum concordantibus, & per Decium in conſ. 231. num. 2. Et per Alexan. conſ. 52. num. 3. volm. 4. Afflict. deciſ. 305. numer. 7. Licet igitur adſit poteſtas Principis, non ta
21 men eius voluntas intervenit in occurrenti caſu propter dictū ſubreptionis vitiū, & dixi latius deciſ. mea Valentina 21. num. 5. cum ſeqq 22. & 261. num. 16. retuli, ita fuiſſe iudicatū in R. Audientia Valentina, declarā do, quendā actū Curiæ nō fuiſſe ob hanc cauſam ſeruandum; quia deficiebat voluntas Regis concedentis,
22 vt defuit in occurrēti caſu; quia Rex non confirmaſſet dictum Regiū priuilegium, ſi ſciviſſet in contraditorio iudicio fuiſſe declaratū pro ſuo Regio Fiſco contra Ciuitatem Alicantis dictum priuilegium non fore ſeruādu, prout declaratū fuit cū dicta ſententia lata per dictos Regios Cōmiſſarios, die 24. Nouembris 1550: quæ fuit in gradu appellationis cōfirmata cum alia lata, in hoc S.S. R. Conſilio die 12. Maij 1550. Pariter, idem fuit declaratum cum alia ſententia promulgata per Ioannem Garcia, Locumtenentem Baiuli Generalis, in Ciuitate, & Regni Valentiæ, vti Iudicem Commiſſarium ad exactionem iuris maridagij Sereniſsimæ infantis, dominæ Catherinæ, Duciſæ Sabaudiæ, die 22. Nouembris 1590 cum qua, pariter fuit condem nata dicta Ciuitas Alicantis ad ſoluendū pro dicto iure maiorem quantitatē
23 dictorum centum florenorum. Quibus omnibus attētis per dictum Iulianum Ægidium Polo, vti Iudicē delegatum, & Regium Commiſſarium, fuit lata ſententia die 8. Aprilis, 1622. in fauorē Procuratoris Fiſci Regij Patrimonij, & contra dictam Ciuitatem, & eam compellendo ad ſoluendum maiorem quantitatem, dictorum centum florenorum, eam videlicet, quæ fuerat taxata per dictum Regium Commiſſarium. Quæ ſentētia in gradu ſupplicationis, fuit confirmata in hoc S.S.R. Con ſilo, cum alia, publicata per Petrum Nauarro, Regij mandati Scribam, die 20. Octobris, 1623.

DECISIO XXI.

SVplicationis cauſa expediri poteſt ante lapſum anni qui conceditur per Regiam pragmaticam ſupplicanti a ſententia Regia ad eam proſequendum.

Non eſt ſpectādus lapſus termi ni

ni præciſi citato ad eum comparandum ſi ipſe antea in iudicio compareat.

1 *CAuſa an poſsit expediri ante lapſum anni, qui cõceditur per Regiam pragmaticam, ſupplicanti a ſententia Regia.*

2 *Appellanti impertitur annus, & ex cauſa biennium ad proſequendum appellationem.*

3 *Iudex non poteſt imminuere tempus proſequendæ appellationis,*

4 *Dilatione pendente iudicis officium conquieſcit.*

5 *Supplicationis cauſa expediri poteſt antequam ſit elapſus annus Regiæ Pragmaticæ.*

6 *Tempore proſequendæ appellationis, & definiendæ, an poſsint arreſtari per iudicem.*

7 *Cauſa dilationis finita, non debet iudicis officium conquieſcere.*

8 *Actus Curiæ Regni Sardiniæ, explicatur.*

9 *Stylus S.S.R. C. deducitur circa conclusionem in cauſa ſupplicationis, & explicatur,*

10 *Stylus Curiarum circa ordinem iudiciorum vim legis habet,*

1 A Sententia lata die 9. Ianuarij 1629. per Proregem Sardiniæ cum votis huius S.S. R,C. inter don Ioannem Baptiſtã de Negro ex vna, & Annam Maſons, & Eliſabeth Maſons eius filiã, parte ex altera: dicta Anna Maſons ſupplicavit, & dictus don Ioannes Baptiſta de Negro ſupplicationis cauſam introduxit in dicto Supremo Conſilio, litteraſque citatorias expediri fecit, cum quibus ad inſtantiam dicti Negro fuit in Civitate Calleris Regni Sardiniæ mandatũ dictæ Maſós vt intra tres mẽſes cõpareret in Civitate Barchinonæ, vbi dictum S.S.R. C. celebrabatur, ad proſequendam dictam litem: in qua cauſa comparuit Procurator dictæ Maſors, contradicendo excarcerationi petitæ per eundem Negro, & antequam eſſent finiti tres menſes computati à die interpoſitæ ſupplicationis, per Procuratorem dicti don Ioannis Baptiſtæ de Negro fuit in cauſa concluſum, ſupplicavitq; declarari diffinitivè in eadem ſupplicationis cauſa; & hæc concluſio fuit notificata Procuratori dictæ Annæ, & pariter eodem citato fuit aſsignatum ad faciendam relationem proceſſus dictæ cauſæ. Et Procurator dictæ Annæ nec contradixit concluſioni cauſæ ad relationem. Dubitatũ fuit, an poſſet cauſa expediri ante lapſum anni, qui conceditur per Regiã Pragmaticam ſupplicanti a ſententia Regia.

2 Et videbatur non poſſe iuxta tex. in Auth. ei qui appellat. C. de temp. & repart. appellat. ibi: *Ei, qui appellat impertitur annus intra quem ſecũdum ſe communiter, item cum adverſario, litem exequatur, aut ſi iuſta cauſa interceſſerit alius annus indulgeatur, quo tranſacto lite non completa rata maneat ſententia. Appellatore ceſſante cum vnus menſis ſuperest, ex biennio licet victori ingredi, vt reus quæratur, qui ſive invento, ſive non, ſuas afferat allegationes: & vel confirmetur, vel reſcindatur ſententia in omni caſu abſente in expenſis condemnando ſecũ*

dum

dum tempora fatalium dierū. Neutro vero occurrente poſt ſecundum fatalem permanetur ſententia lata.

3 Et quod non poſſit iudex minuere tempus proſequendæ appellationis dicit Cyn.in Auth. ei qui appell. nu.5.verſ.Vltimo quæri ſolet, & ibidem Bald.num 8.Scacc.de appellat. quæſt.15.num.215.& nu.240.

4 Maximè,quia non erat elapſa dilatio trium menſium in litteris citatorijs dictæ Annæ conceſſa ad comprendum,vt proſequeretur dictā cauſam ſupplicationis; & dilatione pendente iudicis officium conquieſcit,l. ſive pars,C.de dilat.text glo.& DD, in cap.2.& in cap præterea, extra de dilation.Barthol. Socinus regul.127. habetur in vol.regular.verbo dilatio prima parte,pag.386.

5 Sed contrarium fuit deliberatum, ex quo enim in cauſa ſupplicationis comparuit procurator pro dicta Anna, & eo præſente, fuit præſentatus proceſſus primitiuus,& concluſum in cauſa,& de ea liquet,recte ſuper ea pronunciari poteſt.Ita Bald in d.Authen. ei qui appellat. num. 8. ibi : Quærunt

6 DD.vtrum tempora proſequendæ appellationis,& diffiniendæ poſſint arreſtari per iudicem, dicit Cyn. quod nō, cum ſtatuantur a lege, ſine miniſterio iudicis expreſſo,vel tacito,quod eſt verum, ſi iudex vellit imponere metam inſtantiæ: ſed ſi ei liquet de cauſa partibus præſentibus,poteſt quandocunq; pronunciare,& imponere terminum cauſæ:arg.vt in poſſeſsionem legat,l.ſi is à quo ſatis petitur offerat cognitionem,& dicat, hodie conſtet de fideicom.hodie hagamus: dicendū eſt ceſ-ſare ſatiſdationem.

Et hanc opinionem ſequitur Seacia de appellat.d.quæſt.15.nu.217. Bal. & Franc.relatis.

7 Nec obſtat quod non erat elapſa dilatio triū menſiū, & quod dilatione pendente iudicis officium conquieſcit,quia dictam regulam limitat Soci. regul.127.fallent.17. qnādo finita eſſet cauſa dilationis, vt ſi data eſſet dilatio decem dierum ad producendum inſtrumentum, & prima die eſſet productum, tunc non debet iudicis officiū conquieſcere,& ibi, iuribus adductis, confirmat Gratian.diſcept foren. tomo 2.cap.301.num.24.vbi ponit exemplum in eo qui habuit d.decē dies ad comparēdum, ſi comparet prima die, conſumpta eſt dilatio.Bart.in l 2.n.12. ff.de re iud.l.à filia 62. §.fin.ff ad Trebell.l.3.§.Stychus. ff. de ſtat. liber. Et præter dictas leges, quas ibi allegat Bart.probatur in l. ff.de ferijs,ibi:Ne quis meſium, vindimiarumque tēpore adverſarium, & cogat ad iudicium venire oratione divi Marci exprimitur,quia occupati circa rem ruſticam in forum compellendi non ſunt:ſed ſi Prætor,aut per ignorantiam,vel ſocordiam evocare eos perſeveraverit, hiq; ſponte venerint ſiquidem ſententiam dixerit præſentibus illis, & ſponte litiganti bus ſententia valebit.

8 Præterea in Regno Sardiniæ (vt refert dominus don Fraciſcus Vico Regens Cancellariam in hoc S. S. R.C. pro dicto Regno) eſt quidam actus Curiæ,diſponens licere cuilibet ex partibus collitigantibus proſequi cauſam ſupplicationis cum ſola notificatione facta alteri parti, quod extat paratum

nau-

n̄avigium in portu Sardiniæ ad ve-
niendum ad Regna Coronæ Ara-
gonum, & quod ſi ſex menſes fue-
rint elapſi poſt factam dictam noti
ficationem, poteſt pars cōcludere in
cauſa, & prolationē ſententiæ in cau
ſa ſupplicationis inſtare.

9 Nec obſtat quod non poſsit iu-
dex minuere tempus vnius anni cō-
ceſsi per Regiam pragmaticam ad
proſequendam cauſam ſupplicatio-
nis, quia iuxta ſtylum S.S.R.C. quā
do ſunt lapſi ſex menſes, & pars, quę
obtinuit in ſui favorem ſententiam
à qua fuit ſupplicatum, vult conclu-
dere in cauſa, & inſtat quòd in ea de
claretur, ſolet in cauſa ſupplicationis
declarari, qui ſtylus, vt credo, vel
fuit introductus ex eo quod proxi-
mę dixi eſſe diſpoſitū in Regno Sar
diniæ, vel ille actus Curiæ Parlamen
ti Sardiniæ fuit factus inſequendo
10 ſtylū noſtri Supremi Conſilij, & ſty-
lus Curiarum circa ordinem iudicio
rum, vim legis habet, & eſt ſervādus,
l. prolatam. C. de ſentēt. & interloc
om iud, ibi: prolatam à Præſide ſen-
tentiam contra ſolitum iudiciorum
ordinem auctoritatem rei judicatæ
nō obtinere certum eſt: & latè pro-
bat, multis relatis, Cachera. deciſ. Pe
demon. 22. num. 6. & 7. Afflic. deciſ.
79. num. 4. & deciſ. 185. num. 3. & de
ciſ. 235. num. 4. Guid. Pap. deciſ. 192.
num. 13. Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucēſ.
36. num. 8 & 9. vbi multorum aucto
ritate confirmat Capella Toloſa de
ciſ. 155. Æmil. Veral, deciſ. Rotæ Ro
manæ 331. num. 2. part. 3. Vivi. deciſio
ne 297. num. 1. & 2, Gracian. deciſio
ne Rocamartiæ 236. nu. 18. Maſtrill.
deciſ. 1. num. 20. Cavalcan. deciſio. 61
num. 17, deciſ. 19. nu. 15. punct. 1. Cor
naza. deciſ. Florentina 72. n. 6. Marc.
Ant. Bellon deciſ. Genuen. 206. n. 3.
Franc. Marc. deciſ. 158. num. 3. vol. 1.
Gail. obſervatione 1. nu. 1. lib. 1.

Et ita fuit in dicta cauſa lata ſen
tentia in S.S.R.C. ante quam eſſet
elapſus annus Regię Pragmaticæ,
quæ fuit publicata die 8. Auguſti
1620. per Ioannem Hieronymum
Ricarte Regium mandati Scribam.

DECISIO XXII.

Veniam ætatis an poſsit Rex cō
cedere, vt quis poſsit eſſe Scri
ba Aulę Iuratorum, & Concilij Ci
vitatis Valentiæ, licet non habeat 25.
annos, ad quod exercendum requiri
tur, vt ſit Notarius, & ad Notariatū
exercendum debet habere 25. annos
juxta forum Valentiæ.

1 *Viginti quinque annos cum non haberet completos, Benedictus Ximeno obtinuit a Rege gratiam vt poſſet exercere officiū Scribæ Aulæ Iuratorum Valentiæ.*

2 *Prærogativa Regis eſt concedere veniam ætatis.*

3 *Veniæ ætatis conceſsio facta a Principe, nō prodeſt ei, qui debet habere perfectam ætatem.*

4 *Notarius non poteſt eſſe in Regno Valentiæ qui non habeat 25. annos.*

5 *Rex in principio curiarū, iurat ſervare foros, & privilegia Regni.*

6 *Fori cōditi per Sereniſsimum Iacobū I. videntur leges pactionatæ tanquā*

con-

Digitized by Google

cōditæ in Curijs, ſed contra, ibi nu. 15.

7 *Princeps poteſt concedere veniam ætatis ad exercendum publica officia.*

8 *Notarius non poteſt eſſe qui eſt impubes.*

9 *Diſpenſatum videtur cum ætate, vbi Princeps ex certa ſcientia, & motu proprio, creat Magiſtratum eum, qui non habebat idoneam ætatem.*

11 *Notarius actorum, an debeat habere 25. annos, vel ſufficit quod ſit pubes,*

12 *Notarius in Cathalonia poteſt eſſe qui habet 24. annos completos.*

13 *Lex fin. C. de his qui veniam ætatis impet. declaratur.*

14 *Iuramentū de ſeruandis foris Regni non obligat Regem, quominus poſsit diſpenſare ſupra ius, quando non trāſierunt in contractum.*

15 *Fori 9. & 10. de notarijs non ſunt leges paſsionatæ, ſed tantum factæ in vim legis.*

16 *Scribæ Aulæ Iuratorum Valentiæ, vt poſſet exercere qui non habet 25. annos completos, fuit diſpenſatum per dominum Regem.*

1 IOſephus Eximeno, cui dominus noſter Rex concelſerat, vt cū eſſet perfectæ ætatis, habere, & exercere poſſet officiū Scribæ maioris Aulæ Iuratorum, & Concilij Ciuitatis Valētiæ, quod vacabat per obitum eius patris, & cum eſſet ætatis vigintiquatuor annorum completorum, ſupplicauit ſuam Regiam Maieſtatem, vt ei conceſſeret, ex ſpeciale gratia, dictum officium exercere, quamvis non haberet vigintiquinq; ann. cōpletos; quēadmodū inuictiſsimus Imperator Carolus V. & Sereniſsima Regina D. Ioāna eius mater, Reges Hiſpaniæ, ſimilem gratiā cōceſſerant Iacobo Benedicto Eximeno eius abauo, non habenti tunc vigintiquinque annos, vt poſſet idem officiū exercere, vt conſtabat ex Regio priuilegio: Datt. in oppido Montitioni die 19. Iunij 1533. regiſtrato in diuerſorio Valentiæ fol. 300 quod præſentavit.

Dubitatū fuit, an dñs Rex poſſet dictā veniā ætatis cōcedere. Et certū eſt hāc eſſe Regis prerogatiuā, vt poſſit cōcedere veniā ætatis, l. 2. C. de his qui ven. ætat. Et dicit Calicius in Margarita Fiſci, dub. 8. prerogat. 14. Et eſt de primo gradu mixti imperij, ſecundū Bar. in l. imperiū, n. 14. ff. de iuriſd. om. iud. Maſtril. de magiſtr. lib. 5. c. 6 n. 270. Et dixi late in deciſ. 144. n. 13. & 14. & per rotam, tom. 2.

3 Sed obſtāt ſequētia. Primo, ſi Imperator, vel Princeps, nō recognoſcens ſuperiorē, cōcedat veniā ætatis, non prodeſt ei qui debet habere perfectā ętatē, l. fi. C. de his qui ven ætа. impe. cuius verba ſunt: *Si quis aliquid dari, vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionē, vel ſi abſolute dixerit perfectæ ætis: illā tantūmodo ætatē intellectā eſſe videri volumusque, & 25. annorū curriculis cōpletur, nō quæ ab imperiali beneficio ſuppletur, & præcipue quidē in ſubſtitutionibus, vel reſtitutionibus, hoc intelligi ſancimus: nihilominus tamē, & in alijs niſi ſpecialiter quiſquam addiderit, ex venia ætatis velle aliquid procedere.*

4 Secūdo in Regno Valētiæ minor 25. annorū, non poteſt eſſe notarius, for. 9. tit. de notar. qui fuit cōditus à Iacobo I. Regni expugnatore. & forus 10. eiuſdē tituli, qui eſt eiuſdē Regis videtur declarare debere habere

vigintiquinq; annos cōpletos, inquit enim, quòd vbi aliquis, qui habeat pluſquam vigintiquinque annos voluerit eſſe Scriba publicus, compareat in Curia,& examinetur per peritos. Etia privilegio.29.prope finem, Reg. Alphō.2.in volum. Privilegiorum Regni Valentiæ,fol.34.leguntur hæc verba: *Et nihilominus idem creatus Notarius, priuſquam vtatur officio Notariæ,præſentet,& teneatur præſentare cartam ipſum Iuſtitiæ, vel Ordinario Civitatis,vel loci, in quo ipſius tabellionatus officium debeat exercere, & illis fidem facere,quod ſit in ætate viginti*
5 *quinque annorum, & habeat domicilium propriū in Civitate, vel Regno Valētiæ.* Dominus autem Rex in principio Curiarū, quas celebravit in oppido Montiſioni Regnicolis Regni Valētiæ anno 1626.iuravit ſervare Foros, & privilegia dicti Regni,vt ſolent facere omnes Reges. poſt propoſitionē facta in Curijs, vt ſcribit concivis meus Belluga in Spec.Princip, Rubric.9.in princip.& ibi nu.3.ad medi dicit,ideo,de novo præſtari,per Principē,& requiri per brachia Civitatū, in initio Curiæ, vt Princeps illud habeat in memoria de recenti, quoniā de factis antiquis,homo obliviſcitur, & magis rubor, & verecundia eſſet Principi, ſi periuraret noviter facto iuramēto,quam pro priori antiquo, ergo non poteſt cōcedere,vt non habēs 25.annos cōpletos, dictū officiū Scribæ,& Notarij exerceat. Scriba maioris Aulæ Iuratorū, & Concilij Civitatis Valētiæ exerceat, quod facere nō poteſt,niſi ſit Notarius,ergo nō poteſt cōcedere vt non habēs vigintiquinque annos cōpletos, dictū officiū Scribæ,& Notarij exerceat.

6 Tertio dicti fori Regni Valentiæ 9.& 10.in Rubr.de notar qui fuerūt cōditi per Sereniſſimū Iacobū 1. dicti Regni expugnatorē,ſunt leges pactionatæ,quia fuerunt cōditæ in Curiis, vt legitur in Proœm.foror.fol.1.col. 3.ad fin.vbi dicitur cōditos fuiſſe cū volūtate,& conſilio Prælatorū, Virorū nobiliū,& proborū hominū Civitatū;ſed leges pactionatæ ligant ſucceſſorē in Regno,vt probat Belluga in Spec.Princ.Rubr.2.de invent.Curiæ,nu.2 in fin.vbi bene confirmat,& Rub.3.n.1.ergo dominus noſter Rex nō poteſt contraveniri dictis foris, concedendo veniā ætatis,vt ante vigeſimum annum completum dictū officium Notarij,& Scriba maioris exercere.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deliberatū in S.S.R.Conſilio. Primo,quia de iure Princeps poteſt concedere veniam ætatis ad exercendum publica officia.l. quidā conſulebant,in fin.ff.de re iudic. cuius verba ſunt: Quidam conſulebat an valeret ſentētia à minore viginti, quinque annis iudice data,& æquiſſimū eſt tueri ſententiam ab eo dictā niſi minor decem & octo annis ſit, certe ſi Magiſtratū minor gerit,dicēdū eſt iuriſdictionē eius non improbari,& ſi forte ex conſenſu,iudex minor datus ſit, ſcientibus his, qui in eum cōſentiebāt rectiſſime dicitur valere ſentētiā,proin deſi minor Pretor,vel Cōſul iudex dixerit, ſentētiā ve protulerit valebit, Princeps enim qui ei Magiſtratū dedit, ōnia gerere

decrevit. Et hoc tenēt Bar. in d.l.a.2. Surr. allegat. 12.n. 11. poſt med. licet ibi num. 23. ait: quod impubes non poteſt eligi Notarius. Maſtril. de magiſtrat. lib. 2. cap. 5. numero 58. tom. 1. pag. 165. his verbis: *Secundo intellige, niſi a Rege, vel ab alio poteſtatem habente fuerit maior creatus Magiſtratus, ex certa ſcientia, & motu proprio, quo caſu habetur pro idoneo, etiam ſi non fuiſſet facta expreſsio ætatis*, ad text. in dict. l. quidam conſulebant in fine, vbi etiā DD. ff. de re iud. Curia Piſan. d. cap. 12. num. 4. Suarez in allegatione 12. num. 24. cenſetur enim cum ætate diſpenſatum quamvis de ea nihil fuerit expreſſum, vt dixit Bart. & Alex. num. 6. cum ſequentibus, in d.l. quidam conſulebant, Iaſ. in l. fin. C. de teſtament. milit. & ibidem Alexan. Curia Piſana d. cap. 12. in fine. lib. 2. Craveta conſ. 958. num. 13. vol. 5. vbi plura congerit in materia. Bovadilla d.c. 2. num. 28. Suarez d. allegatione 12. num. 24. Petrus Gregor. Toloſ. d. cap. 9. num. 23. in fine. Cervant. in l. 2. Tauri, ſub num. 42. & ſeqq. Caldas in l. ſi curatorem, ſuper verbo, Hunc contractum, num. 42. C. de in integr. reſt. D. Ioannes Baptiſta Coſta in tract. de fact. ſcient. & ignor. inſpec. 69. num. 16. Niſi tamen eſſet impubes, quo caſu valeret officij collatio; & ſi adminiſtratio, & exercitiū ſuſpendatur, & conferatur in tēpus maioris ætatis, & interim per tutorē ſeu curatorem, vel aliā perſonā à Rege eligendam officium adminiſtretur, ad text. in d.l. fin. C. de teſta. militū, vbi DD. Geminianus, & Franc. in cap. ſi eo tempore. de reſcript. in 6. Cagnol. in l. fœminæ. §. item impubes. ff. de regul. iur. vbi allegat tex. in cap. ex eo, de electio in 6. & ibi Scribentes, & cap. 2. extr. de ætar. & qual. & ibi etiam gloſ. & DD.

Secundo movit etiā S. S. Regiū Conſiliū exemplum ſimilis conceſſionis factæ per invictiſsimum Imperatorem Carolum Quintum, & per Sereniſsimam Reginam Ioannam eius matrem, Iacobo Benedicto Ximeno tunc minori vigintiquinque annorum, ad hoc quidem officium exercendum cum ſuo Regio privilegio de quo ſupra nu. 1.

Tertio conducit etiam, quia licet de iure Cæſareo Notarium debere eſſe ætatis vigintiquinque annorum dicit Franc Marc. deciſ. 629. n. 2. p. 1. his verbis: *Reſpectu vero ætatis, Notariorum actorū, videtur dicendū, quod debeāt eſſe ætatis vigintiquinque annorum; cū ſit officium publicū. l. generali. C. de tabellio. lib. 10. l. ad Rempublicam. ff. de muner. &*
2 *honor. l. non tantum. l. filij. §. minores. ff. de Decurion. niſi ex cauſa propter inopiam, & in defectum aliorum, vbi notat l. ſi pater. C. quando provoc. non eſt neceſ.* Vbi dicit idem Franc. Marc. iſto caſu ſufficit annus inceptus, vigintiquinque annorum. d.l. ad Rempublicam. Cuius doctrina in hoc nō approvo, contrariū enim tenuerunt Bart. & Alber. in l. impuberes. ff. ad legem Cornel. de falſ. & Gregorius Lopez partit. 2. titulo 9. l. 8. [& in verbo, Entendidos, in minorem ſufficere rati ſint puberes, Baldus in tract. de tabellionib. quæſt. 15. nu. 62.

Et in Cathal.iuxta cōſt.2. tit.de Notarijs.pag.300. poteſt eſſe Notarius, qui habet vigintiquatuor annos cōpletos,& ita æquum viſum fuit,hanc gratiam concedere dicto Ioſepho Eximeno, qui habet vigintiquatuor annos completos.

13 Nec obſtant in contrarium adducta. Primo non obſtat l.fin. C.de his,qui veniam ætat.impet. ſupra allegata num. 2. loquitur enim in diſpoſitione hominis, & declarat ibi gloſ.in verb. Mentionem,his verbis: in contractu, vel teſtamento,vt lego tibi centum, cum eris legitimæ ætatis,mens enim teſtatoris,vel contrahentium,quando loquitur de legitima ætate,eſt,intelligere de minori ætate naturaliter,non civiliter, & ibi Bald num. 2. ait: quòd maximè in teſtamentis, verba debent intelligi naturaliter, & propriè,non fictè; tamen idem Bald. ibidem numero 3. verſic.Sed ponemus,ait:quod ſiquis reliquit executorem Priorem alicuius Eccleſiæ,qui pro tempore erit,& vnus ſit creatus Prior ex diſpenſatione Papæ, cum eſſet inhabilis,poterit eſſe executor;quia eſſe Priorem, non procedit naturaliter;& ideo verba non poſſunt niſi civiliter intelligi; cum ergo, inquit Bald. iſte ſit Prior, non curo de modo, vtrum per diſpenſationem,vel aliter,ſed ſolum de effectu beneficij.

Igitur cū in caſu noſtro,nō agamus de diſpenſatione hominis, ſed legis, quæ præfingit certam ætatem,vt poſſit Notarius ſi in ea ſit per Regem diſpenſatum in caſu,in quo,ſua Regia Maieſtas poteſt diſpenſare, poterit eſſe Notarius.

14 Nec obſtat ſecūdum; quoniam iuramentum de ſervandis Foris Regni, non obligat Regem, quominus poſſit diſpenſare ſupra ius, vt non ſerventur in certo caſu fori, quando illi non tranſierunt in contractum, nec ſunt leges pactionatæ, ut latè probaui in deciſione 144. numero 44. & 45. tomo 2. mearum deciſionum.

15 Ad tertium reſpoddetur, quod dicti fori 9. & 30. in Rubrica de Notarijs, non ſunt leges pactionatæ, ſed tantum factæ in vim legis per Regem expugnatorem, vt late probavi in dicta deciſione 144 numero 46. 47. & 48. libro 2, Et Sereniſsimus Rex Iacobus Primus qui dictos Foros condidit, non potuit obligare Regem ſucceſſorem, vt late probavi in eadem deciſione 144.nu.12.

16 Ex quibus ita fuit declaratum, me referente, & iudice Commiſſario huius cauſæ exiſtente, prouiſione Regia facta in Sacro Senatu Regio Conſilio, die vigeſima nona Aprilis 1630. Actuario Ioanne Boer, Regij mandati Scriba, & cum dicto Ioſepho Eximeno fuit diſpenſatum, vt quamvis non haberet 25. annos completos, poſſet exercere officium Scribæ Aulæ Iuratorum Valentiæ.

DECISIO XXII.

SEntentia lata in cauſa ſtatus,& ſic nobilitatis cum legitimo contra-

dictore

dictore, facit ius quo ad omnes, id eſt, prodeſt, & nocet alijs, etiam non vocatis, fallit tamen in caſibus hic relatis.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata in cauſis ſtatus, & ſic nobilitatis cũ legitimo contradictore facit ius quoad omnes, ideſt, prodeſt, & nocet alijs etiã non vocatis.

2 Patris ius reſolutum per ſententiã per quem ad filios derivatur, reſolvitur etiam ius filiorum, & quomodo intelligatur, nu. 29. & 30.

3 Sententia lata in cauſa ſtatus facit ius quo ad omnes, quando eſt formata verbis affirmativis.

4 Sententia operatur diverſimode ſecundum mentem iudicantis,

5 Iudex per verba negativa nõ intendit ius facere.

6 Iudicis intentio eſt ſequi effectum probationum.

7 Sententia negativa non fundatur ex vi probationum, ſed potius quia deficit probatio.

8 Qui non probat, vincitur.

9 Habens iuſtam cauſam in veritate ſuccumbit multoties propter inopiam probationum.

10 Actore non probante iudex abſolvit reum, quomodo intelligatur.

11 Sententia iudicis debet intervenire præcedente cognitione veritatis.

12 Sententia lata ingenuitatis prodeſt cæteris, quando quis eſt declaratus ingenuus; ſecus ſi declaratur eum non eſſe libertum.

13 Sententia abſolutoria ex defectu probationis, actoris non parit exceptionem rei iudicatæ contra dictum actorem.

14 Sententia in cauſa de qua agitur fuit negativa.

15 Sententia de qua in l. 1. §. fi. & l. 2. ff. de lib agnoſ. fuit lata affirmative.

16 Sententia lata in cauſa ſtatus contra patrem non nocet filiis quando ipſi volunt ſe iuuare titulo, & proprietate avi, ſecluſa perſona patris,

17 Filius, licet pater ſit declaratus ignobilis, poteſt prætendere ex perſona avi eſſe nobilem.

18 Sententia lata contra vnum non nocet alijs, ſi cauſa eſt male defenſa: & ita fuit iudicatum in Regia Audientia Valentina, nu. 19.

20 Sententia lata contra aliquem non nocet alijs, quando iſti, qui habebant ius æque principale, non fuerunt citati.

21 Filius æque nobilis cum patre quando moritur pater, non dicitur ſuccedere ipſi in nobilitate, ſicut in feudo.

22 Nobilitas maiorum æque principalis competit omnibus eiuſdem generis.

23 Alteri per alterum non infertur præiudicium in cauſa ſtatus.

24 Sententia lata contra vnum fratrem ſuper nobilitate, non nocet alteri prætendenti habere ius æque principale.

25 Sententia lata ſuper ſtatu perſonæ, quando faciat ius quoad omnes, & quomodo intelligatur.

26 Sententia lata cũ legitimo contradictore, non nocet ei, qui habet ius æque principale, non citato.

27 *Ætas viginti annorum in Civitate, & Regno Valentiæ maior reputatur.*

28 *Minor non habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio.*

IAcobus Ortiz de Lopez, Melchior Ortiz, Iacobus Ortiz de Gregori oppidi de Elig Regni Valẽtiæ, & eorum progenitores per plures annos vſque ad 1583.incluſivè vti milites fuerunt deſcripti inter exemptos a ſolutione iuris morabatini quod non ſolvunt Equites, Generoſi, & Milites in eodẽ Regno; & Prætor, ſiue Baiulus dicti oppidi de Elig cùm mandato per eum facto die 5. Iunij 1584. iuſsit extrahi pignora è domibus eorum pro ſolutione dicti iuris morabatini, prætendendo non eſſe Milites, nec Generoſos. A quo mandato ſupradicti appellarunt, & cauſam appellationis introduxerunt in Regia Audientia Valẽtina, in qua fuit lata ſententia die 20. Decembris 1586. tenoris ſequentis.

Attẽto quod ex deductis, & probatis in proceſſu per dictum Iacobũ Ortiz de Lopez, Melchiorẽ Ortiz, & Iacobũ Ortiz de Gregori eorũ intẽtio nõ remanet ſatis ſufficienter fundata, & probata circa per eos prætenſam militiam, & exẽptionem, ſaltem in petitorio iudicio per eos à principio intentato. Idcircò & aliàs deliberationem, & concluſionem in Regio Conſilio factam inſequendo pronũciamus, & declaramus prædictos Iacobum Ortiz de Lopez, Melchiorẽ Ortiz, & Iacobũ Ortiz de Gregori, non probaſſe ſuam intentionem circa militiam, & exemptionẽ per eos prætenſam, &, per conſequens bene fuiſſe proviſum per Baiulum dicti oppidi de Elig cum mandato per eum facto & proviſo die 2. Iunij anni 1584. extractionis pignorũ è domibus eorundem ratione morabatini per eos debiti: & minus bene fuiſſe per eos appellatum, & de nullitatibus dictum, confirmantes, prout cum præſenti confirmamus, non obſtantibus in contrarium prætenſis & allegatis, & neutram partem in expenſis condemnamus. A qua ſententia cùm ſupplicationem interpoſuiſſent ſupradicti fuit confirmata per Sacrum Senatum Regium Cõſilium, cum alia publicata die 10 Novembris 1594.

Gregorius Ortiz, tam nomine ſuo proprio, quam vti frater & coniũcta perſona Andreæ, Iacobi, & Gaſparis Ortiz eius fratrum, filiorum dicti Iacobi de Ortiz de Gregori cum ſupplicatione oblata in Regia Audientia die 15. Ianuarij 1598. intentavit probare nobilitatem ſanguinis, nimirum à tempore immemoriali, familiam dels Ortizos in dicto oppido de Elig eſſe Equitum, ſive Militum deducendo in articulis Gregorium Ortiz eorum avum, Iacobũ Ortiz proavum, & Iacobum Ortiz ſeniorem abavum fuiſſe ſemper in immemoriali poſſeſsione dictæ militiæ. Vnde cum ipſi non à Iacobo patre, qui fuit victus cum dictis ſententijs, ſed ab avo, proavo, & abavo dictã militiã, ſiue ſanguinis nobilita-

litatẽ habeãt, prętendũt declarãdo eſſe per ſententiam diffinitivam eſſe milites, & generoſos; & ita ſupplicarunt fieri.

Contra hanc petitionem Procurator Fiſci Regij Patrimonij oppoſuit exceptionem rei iudicatæ virtute dictarũ ſententiarũ, quæ fuerũt latæ contra eorũ patrẽ, per cuius mediã perſonã prætendũt deſcendere à ſupradictis avo, proavo, & abavo, ex quorũ perſona allegãt ius militiæ.

Hæc exceptio rei iudicatæ fuit per Regiam Audientiam reſervata ad diffinitiuam ſententiam die 8. Februarij 1513. dicti Ortizos teſtibus, & inſtrumentis antiquiſsimis probarunt dictos eorum avum, proavum, & abavvm fuiſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi immemoriali dictæ militiæ.

Dubitatum fuit, me referente, in S.S.R. Conſilio, vbi cauſa fuit evocata cum litteris cauſæ recognoſcendi, an obſtaret filijs dicti Iacobi Ortiz exceptio rei iudicatæ virtute dictarum ſententiarum contra eorum patrem latarum.

In quo dubio regula eſt generalis, quod ſententia lata in cauſa ſtatus, & ſic nobilitatis cum legitimo contradictore facit ius, quoad omnes; id eſt prodeſt, & nocet alijs etiam non vocatis. Tiraquel. in tracta. de nobilita. cap. 37. num. 2. allegans Ioannem Fabrum in §. præiudiciales, col. vltima verſ. Sed in cauſa nobilitatis, inſti. de actio. Covar. pract. quæſt. cap. 13. nu. 5. Otalora de nobilitat. 2. pat. 3. partis principalis, cap. 8. numero. 1. & 7. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 8. numero 3. in fine. Seſſe deciſ. 2. numero 27. & deciſio. 4. num. 14. in fin. & num. 50. Mieres de maiora. 2. part. quæſtio, 4. illatio 2. num. 33 & 34. tomo 1 fol. 430. in nova impreſſione, & alijs relatis dixi in mea deciſione Valentina 93. num. 4. cum ſequentibus, libro. 1. Pro qua ſententia DD. allegant text. in l. 1. §. fin. cum duabus ll. ſeqq. ff. de liberis agnoſc. ibi: *Plane, ſi denunciante muliere negaverit ex ſe eſſe prægnãtẽ, tametſi cuſtodes non miſerit, non evitabit, quo minus quæratur, an ex eo mulier prægnans ſit, quæ cauſa ſi fuerit acta, apud iudicem, & pronunciaverit, cum de hoc agetur, quod ex eo prægnans fuerit nec ne, in ea cauſa eſſe vt agnoſci debeat, ſive filius non fuit, ſive fuit eſſe ſuum.* Et in l. 2. ibi: *In omnibus cauſis, quare, & fratribus ſuis conſanguineus erit.* Et ita ſententia lata contra patrem nocet filijs; quia fratribus ſuis conſanguineus erit, cum revera non eſſet filius, vt dicit text. in fine l præcedentis, facit etiam, quia cum
2 reſolutum ſit, per ſententiam ius patris, per quem ad filios derivatur, reſolvitur etiã ius filiorũ, & ſunt ſicut fiſtulæ, per quas aqua ducitur, quarum vna præciſa ad alias, aqua nec derivari, nec duci poteſt, & cum patris probatio ſit fundamentum, & radix, hac radice amputata, rami aridi, & abſque fructu remanent, quod in terminis nobilitatis tradit Aymon in conſilio 163. numero 4. & 5.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nam dicta regula quod ſententia lata in cauſa ſtatus, facit ius quoad omnes. Primo decla-

3 ratur per Bald.in l.ingenuum. nu.4.
ff.de ſtat. homin.vt procedat quãdo
eſt formata verbis affirmativis,& ra
tioin,quit,eſt: Nam ſententia opera-
4 tur diverſimodè ſecũdũ mẽtẽ iudicã
tis inf.de arbit.l.qualẽ: ſed per verba
negativa iudex non intẽdit ius face
re,nã intẽtio iudicis eſt ſequi effectũ
5 probationum,ſed negativa ſententia
nõ fundatur exviprobationũ,ſed po
tius,quia defuit probatio. C.de pro-
6 batio.l.actor: nam qui non probat,
vincitur,vt l.fin.inf.ſi ingenũ eſſe di-
cat,& ſi neſcit probare,& nõ probat,
7 non eſt dubium,quod quis etiã iuſ-
tam cauſam habens in veritate ſuc-
cumbit propter inopiam probatio-
8 num,inf.de edendo,l.argentarius,§.
cum autem,& niſi quia dicitur,quod
actore non probãte,reus abſolvitur,
9 iudex non poſſet abſolvere reum, ac
tore non probante:nam iudex prius
debet ſcire,quam iudicare: ſed cõclu
10 ſionem negativam iudex neſcit eſſe
veram, quia ſententia iudicis debet
intervenire præcedente cognitione
11 veritatis, & hoc magis eſt ignorãtia
veritatis. Et hæc Bald.doctrina pro
batur ex l.divi fratres,27.§.1.ff.de li-
berali cauſa,cuius verba ſunt: Si ea
perſona deſit cognitioni, quæ alicui
ſtatus controverſiam faciebat in ea-
dem cauſa eſt,qui de libertate ſua li-
tigat,qua fuit prius quam de liberta
te controverſiã patiebatur. Sane hoc
lucratur,quod is qui eam ſtatus con
troverſiã faciebat, amittit ſuã cauſã.
Nec ea res ingenuũ facit eũ, qui nõ
fuit,nec enim penuria adverſarij in-
genuitatẽ ſolet tribuere. Rectè, atq;
ordine iudices puto facturos,ſi haue

formam fuerint conſequuti, vt vbi
deeſt is,qui in ſervitutem petit elec-
tionem adverſario deferant;vtrũ ma
lit cognitionem circunduci, an audi
ta cauſa ſententiam proferri,& ſi cog
noverint,pronũciare debebũt, ſervũ
illius non videri:& dixi in deciſione
mea Valentina 93.num.5.lib.1 vbi al
legavi Alexandrum ita declarantem
hanc regulam in l.ſæpè,num.76. ver
ſic.Tertium,ff.de re iudic. Et hoc in
effectu eſt quod ſcribit Moheda. de
ciſ.217.aliàs 8.de re iudic in finalibus
verbis, dicens: *Quod ſententia lat a pro-*
12 *deſt cæteris, quando quis.eſt declaratus*
ingenuus,iuxta l.ingenuum ff.de ſtat.ho-
min.ſecus ſi ſit declaratum eum non eſſe
libertum:& ita dicit ibi expreſſe gloſ.
dicendo,tunc ex ea non fieret ius,ne
que alijs præiudicaret, pariter dicit
Cancer var.part.3.cap. 17. de ſenten.
& cor.exequ.num.58. & ſeqq. *Senten*
tiam abſolutoriam, quia actor non proba
13 *vit ſuam intentionem non parere excep-*
tionem rei iudicatæ, quia actor, ſi velit,
poſſet eandem actionem reſuſcitare, &
denuo probare. In caſu autem noſtro
ſententia lata contra IacobumOrtiz
litigantem patrem, non fuit affirma
tiva,declarando eum ignobilem; ſed
potius negativa, vt conſtat ex verbis
ſupra relatis num. 3. ibi: *Declaramus*
præ dictos Iacobũ Ortiz de Lopez,Mel
14 *chiorem Ortiz,& Iacobũ Ortiz deGre-*
gori non probaſſe ſuam intentionem cir-
ca militiam, & exemptionem per eos præ
tenſam.In caſu autem d.l.1. §. fin. &
in l.2.ff.de lib. agnoſc.ſententia fuit
lata affirmativè, declarando eſſe ſuũ
filium:& ita hæc ſententia nocuit a-
lijs filijs fratribus illius,qui fuit decl a
ratus

ratus ſuus, facit quod ſcribit Otalora de nobilitate, 2. part. tertiæ partis principalis, cap. 8. nu. 12. pagin. 215 his verbis: *Poteſt ex eod. Alber. addi quinto, ſcilicet, quod per ſententiam affirmative aliquis declaretur Nobilis, ideſt, Hijo de algo: nam ſi ſolum abſolveretur ab impetitione fiſcalis, & communitatis, vt aliquā do fit, maxime vbi particularis habet rem iudicatam in poſſeſſorio, & in petitorio, non probatur contra eum, neque ipſe probat, iſto caſu talis ſententia non facit ius, niſi inter eas ſolas partes inter quas litigatum eſt, ideo ſemper, & perpetuo remanet ius proprietatis ſolum a otro qualquier Conſejo.* Iſtud probatur ex tex. illo notato in l. diui fratres, & in l. ſi ſeruus qui ff. de liberal. cauſ. ibi dum dicit ſeruum illius non videri. Facit tex. cum ibi notatis in l. ſed ſi poſſeſſori, § itē ſi iurauero ff. de iur. iur.

16 Secūdo Supra dicta regula, quod ſentētia lata in cauſa ſtatus, & nobilitatis nocet filiis, limitatur quādo filius ſecluſa perſona patris, vellet ſe iuuare titulo, & proprietate aui, ita Otalora de nobil. 2. p. 3. par. princip. cap. 8. n. 4. *vbi quod licet pater ſit declaratus ignobilis poteſt prætendere ex*

17 *perſona aui.* Sese deciſ. 3. n. 27. Mier. de maior. 2. p. q. 4. illatio 2. n. 35. Ric. in collec. deciſ. collec. 733. ver. quod ſententiis, 4. part. vbi diuerſas deciſiones allegat, & probatur in l. emancipatum: 7. §. fin. ff. de Senator. ibi: *Si quis & patrem, & avum habuerit Senatorem, & quaſi filius, & quaſi nepos Senatoris intelligitur: ſed ſi pater amiſerit dignitatē anteconceptionē huius, quari poterit, an quāvis quaſi Senatoris filius non intelligatur: quaſi nepos, tamē intelligi debeat, & magis eſt, vt debeat, vt avi potius et dignitas proſit, quam obſit caſus patris,* Et Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 35. num. 4. bene confirmat, quòd ſi filius non accipit nobilitatem à patre, ſed a genere, ſemper eam recipit incolumis, & probatur in l. 3. ff. de interdict. & relegat. cuius verba ſunt: *Eum qui Civitatem amitteret, nihil aliud ius adimere liberis, niſi quod ab ipſo perventurum eſſet ad eos ſi inteſtatus in Civitate moreretur, hoc eſt, hæreditatē eius, & libertos, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt: Quæ verò nō a patre, ſed a genere, a Civitate, a rerum natura tribuerentur ea manere eis incolumia; itaq; & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros, non enim hac patrem, ſed maiores eius, eis dediſſe.* In quo caſu verſamur; nam litigātes non prætendunt nobilitatem includendo perſonam patris, ſed allegando avū, proavum, & abavum nobiles fuiſſe, & ab his per lineam legitimam, & naturalem deſcendere; & ita ſententia contra patrem lata, eis non nocet.

18 Tertio limitatur dicta regula, quādo cauſa fuit malè defenſa, tūc enim ſententia non nocet alijs: Seſ. deciſione 10. num. 17. pag. 102. & ita fuit declaratum in Regia ſententia Valentina in favorem Doctoris Michaelis Hieronymi Sās V. I. D. nam cū lata fuiſſet ſententia in cauſa vertēti inter Arnaldum Sans de Geta, vti patrē, & legitimum adminiſtratorem dicti Doctoris Sans, in cauſa militiæ publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regij mandati Scribam die 26. Septembris 1608. cum qua fuit pronun-

eodem tempore omnibus competit de eodē genere. Idē ſcribit Vincent. de Frāch. deciſ. 522. nu. 16. cum ſeqq. his verbis: *Imo etiam in cauſa ſtatus hæc eſt concluſio, quod licet alias faciat ius quoad omnes, non intelligitur quoad eos, qui æque principaliter ius habent, quia natura patrius eſt, quod alteri per alterum, non inferatur incommodum, vt dicit Iaſ. qui alios refert in d. l. ſæpe. num. 94. vbi etiā dicit in eadem l. ſæpius, dixiſſe, & repetere ſententiam etiam in cauſa ſtatus latā æque principalia iura habentibus in vniuerſum non nocere.* Et idem dicit num. 60. & num. 69. & in alijs locis, hoc idem tenet Melchior Pelaez in trac. maiorat in 2. part. in 4 q. illatio. 2. num. 9. & 10 vbi refert, quod ex prædictis fundatur practica, quod quando duo fratres litigant ſuper nobilitate, & vnus pronunciatur plebeius, ſententia alteri fratri nonpræiudicat, cum prætendat ius æquè principale, neque è converſo, & allegat pro hac opinione text. in l. ad probationem, la 2. C. de probatio. Et hanc Pelaez doctrinam refert & ſequitur Fabius de Anna. conſ. 80. n. 4. & Didac. Covar. vbi plenè in tract. pract. quæſt. c. 13. num. 15. idem Rota Roma. vt teſtatur Ludoviſ. ſive Gregor. 15. deciſ. 486. num. 10. & 11. Qui ita ait: *Nec refert quod obijcitur de præiudicio perpetuo reſultanti ex dicta ſententia, vti lata ſuper ſtatu perſonæ, quæ facit ius quoad omnes, iuxta l. ingenuū, ff. de ſtatu hom. quia ultra quod poteſt a Rota revocari cū ſit lata a Rangonibus legitimis defenſoribus non comparentibus, non facit ius reſpectu tertij. Bart. in d. l. ingenuum, in fin. Bald. num. 6. Angel. circa finem, verſicul. Quædam in proceſſu. Alexand. in l. ſæpe, poſt num. 76. & 78. ff. de re iudic. Mohedan.* deciſ. 217. alias 8. de ſent. & re iud. his verbis; *Fuit tentum per omnes quod ſententia lata contra alium non præiudicat Cardinali Pariſio, nec facit ius quo ad eū, cuius principalis ratio fuit, quia ad hoc vt ſentētia ſuper ſtatu faciat ius quoad alios, requiritur quod fuerit citatus is, cuius principaliter intereſt, vt tradunt DD. in l. ingenuum. ff. de ſtatu homin. & cum principale intereſſe in huiuſmodi cauſa conſervat Epiſcopum ad quē expectat ius conferendi liberè beneficia; ſententia ſuper ſervitute beneficij, ipſo non citato, non facit ius quoad omnes; & hoc facit tantum in caſu quo Epiſcopus non habuiſſet ſcientiam litis inter alios, ſi enim habuiſſet aliud forſan eſſet dicēdū.* Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. c. 456. num. 92. & 93. Et hanc ſententiam quod ſententia lata cum legitimo cōtradictore nō noceat ei, qui habet ius æquè principale, non citato, probat text in l. cum duobus. 13. C. de inoffi cioſ. teſta. l. fin. C. de liber. cauſa, ibi; *Ante vero litem nati ſuo nomine omnes in quæſtionem vocentur, quoniā hos ſolos qui in lite nati erunt omnē fortunam matriū complecti oportet.* l. ſi quis cum totum, 7. §. ſi ancillam. ff. de except. rei iud. docet Covarr. in epito. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 3. num. 3. dicens, iudicium adverſus matrem latum liberis natis poſt litem conteſtatam nocere, non tamen antea natis. In caſu autem noſtro hęc limitatio locum habet; nā mandatum extractionis pignorum proviſum per Procuratorem Generalem Ducis Maquedæ, Prætorem, ſiue Baiulū Marchionatus de Elig, a qua

quo pater litigātium appellavit, fuit proviſum die 1. Iunij 1584. (vt legitur in ſententia lata die 20. Decēbris 1586.) vt videre eſt ſupra num. 3. & eo tunc iam erat natus Gregorius Ortiz filius dicti Iacobi, qui ſuccubuit, quod ex eo patet, nam iſte obtulit libellum in præſenti cauſa die 15. Ianuarij 1589. & tunc erat maior viginti annorum, qua ætate in Civitate & Regno Valentiæ maiores re
27 putantur, iuxta forum ſecundum de de reſt.minor. & antea nō potuiſſet admitti in iudicio, quia minor nō habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, l.1.& a.C.qui legit. perſ. ſtā. in iud.hab vel non. Cancer variar.to
28 mo 2. cap.1.de minor.num.303. vbi bene confirmat: ab anno autē 1584. vſq; ad annū 1589. tantū erant elapſi 24. anni, & ipſe Gregorius vltimus huius nominis habebat in cauſa nobilitatis æquale intereſſe, ac Iacobus eius pater, & non fuit citatus in illa cauſa, in qua Iacobus pater ſuccubuit: ergo ſententia contra patrem lata ei non nocuit, nec eius fratribus, qui erant nati.

Nec obſtant in cōtrarium adducta, licet enim regula ſit, quòd ſentētia lata contra patrem in cauſa ſtatus nobilitatis noceat filijs, limitatur tamen modis ſupra relatis.

29 Nec obſtant vlterius, quòd vna fiſtula præciſa ad alias aqua derivari nec duci poteſt, hoc enim nō eſt applicabile caſui noſtro, filius enim eius qui ſuccubuit in cauſa, non habuit nobilitatem à patre, ſed à genere, & ſanguine prędeceſſorum, pater enim nō fuit auctor iuris nobilitatis, & videmus, quòd vbi vltima fiſtula eſt præciſa, & aqua ducitur à parte ſuperiori per aliam partem, ſeu locum ducitur ad fundum inferiorem. Nec verum eſt quod ſeribit Craveta cōſ. 163.incip. Videndum eſt, p.1.num.4. dicēdo Ioannē de Villario (de quo ibi loquitur) nō poſſe iuvari nobilitate avi, & aliorū maiorū, quia inſpici debet perſona patris, tanquam cauſa proxima, & immediata; vnde cum perſona Ludovici eius patris imme diatè eſſet inhabilis, ex quo exercuerat tabernam miniſtrando cibum, & potum tranſmiſsio fieri non potuit; hæc, in quam, doctrina, vltra quod non loquitur de ſententia lata cōtra patrem, dicendo, quòd noceat filijs, falſa eſt, & merito ex multis contrarium ſcripſit Garcia de nobilita.glo. 1.§.1.num.58.verſ. Et licet, & contra opinionem Cravetæ facit declaratū
30 in Senatu Sabaudiæ, vt teſtatur Fab. in ſuo C.lib.9.tit.29. de dignitat. & nobil.def.1.& 14.his verbis: ¶ Qui avum habuit nobilem licet ex eo genitus, qui generis nobilitatē iam tum ſordidis artibus, aut qua alia ratione obſcurauerat, nihilominus auitæ nobilitatis dignitatem, & privilegia retinet, dummodo nihil ipſe fecerit, quod nobilitati derogaſſe videatur, Nec contrarium eſt, quod divi Marci reſcripto conſtitutum fuit, vt emi nentiſsimorum, & in dignitate poſitorū nepotes, & pronepotes ita demum habeant privilegium, ne plebeiorum pœnis, & quæſtionibus ſubijciātur, ſi proprioris gradus perſonas nulla violati pudoris macula aſperſerit, l. divo Marco.11. C. de quæſtion.

id enim ſpecialem habet rationem cũ propter expreſſa verba divi Marci, qui privilegio ſe iudicato, quã voluit legem dare, potuit; tum, quoniã minore privilegio digna eſt nobilitas, cum de crimine tractatur, quandoquidem reatus ipſe ſolus omnem honorẽ excludit, & ſane fatẽdum eſt fauorabiliores eſſe illos, qui ex parentibus nullos, niſi nobiles, quã qui alios nobiles, alios ignobiles, & infames habuerunt: ſed non debet ius aliquod ſingulare, quod pro arbitrio Imperatoris privilegium concedentis inductum eſt trahi ad conſequentias, vt idcirco faciat, ne avi nobilitas, per mediũ filij, etiam inviti, & ignobilis perſonam in nepotem tranſmittatur. Ex quibus, me referente, in Sacro Senatu Regio Conſilio, vbi cauſa tractabatur virtute litterarum, cauſa recognoſcendi, fuit deliberatũ non obſtare exceptionem rei iudicatæ; & ita fuit pronunciatum ſentẽtia lata in Regia Audientia Valentina, cum votis dicti Supremi Conſilij, publicata per Franciſcum Paulum Alreus die 20. decembris 1629.

DECISIO XXIV.

NObilitas probatur per verba plurium inſtrumentorum antiquorum excedentium centũ annos; immemorialis probatur per inſtrumenta antiquiſsima; & quomodo cũ eis nobilitas probetur. Et teſtes cum inſtrumentis convincuntur ad probandum immemorialem.

1 *NObilitas a ſolo Rege, vel ab eo poteſtatem habente, & nõ ab alio concedi poteſt.*

2 *Rex, aut fiſcus habet intentionem fundatã, quod nemo præſumitur nobilis.*

3 *Teſtes deponentes de immemoriali, debent deponere de viſu per tẽpus 40. ann. & eſſe ætatis 54. an.*

4 *Teſtes qui deponunt de nobilitate, non ſufficit quod dicant talem reputari pro nobili.*

5 *Teſtes deponentes de nobilitate debent reddere rationem, alias non probãt.*

6 *Teſtes quilibet debent deponere de omnibus requiſitis.*

7 *Præſcriptio, cuius memoria non extat, non poteſt probari inſtrumentis, & numero 10.*

8 *Præſcriptio quæcunque ſit ſine poſſeſſione, vel quaſi non proceditur.*

9 *Poſſeſſio regulariter per ſcripturam non probatur.*

11 *Verba enũciativa inter alias perſonas & propter aliud probata, non probãt, quando diſputatur ſuper eo quod enunciatur.*

12 *Nobilitatem nemo conſequitur a ſe ipſo.*

13 *Nobilitas licet fuerit probata per centenariã præſcriptionẽ, nõ ſufficit, niſi probata ſit per immemorialẽ, quæ neceſſaria eſt vbi deficit titulus.*

14 *Immemorialis præſcriptio procedit, & obtinet abſq; titulo, imo eam vim tituli habet ita, vt allegatio tituli non ſit neceſſaria.*

15 *Præſcriptio centenaria titulum requirit vbi præſcriptio eſt contra præſcribentem.*

16 *Scriptura privata non probat.*

17 *Identitas perſonarum non præſumitur,*

tur, ſed eſt probanda ab eo qui ſe fundat in ea, vti fundamentum ſuæ intentionis.

18 *Idemtitas perſonarũ vt probetur, debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus.*

19 *Nobilitate probata per præſcriptionem, ſi ea non perfecta probetur actus nobilitati contrarius eſſet interrupta & num. 54.*

20 *Teſtes licet deponant de tempore immemoriali, tamen ſi de contrario conſtet, excluditur talis probatio immemorialis.*

21 *Iuriſdictionem nemo habet ſuper militibus niſi dominus Rex.*

22 *Nobilitas probatur per verba enunciativa contenta in inſtrumentis antiquis.*

23 *Teſtes in antiquo facto coniunguntur cum inſtrumentis ad probandam immemorialem.*

24 *Inſcriptiones antiquiſſimæ vltra centum annos probant.*

25 *Verba enunciativa plurium inſtrumẽtorum vltra centum annos habent vim famæ.*

26 *Inſtrumẽtis antiquis magis creditur quam teſtibus, & num. 30.*

27 *Enũciativa verba de antiquo, vt probent contra tertium requiritur quod ſint plurium inſtrumentorũ, quæ non habeant originem ab eiſdem perſonis, & num. 29.*

28 *Verba enunciativa prolata a diverſis in pluribus inſtrumentis æquiparãtur publicæ voci, & famæ, quæ probãt in antiquis.*

31 *Immemorialis probatur per inſtrumẽta antiquiſſima, & num. 52.*

32 *Antiquiſſima inſtrumenta dicuntur, quando atteſtantur de his, quæ excedunt hominum memoriam viventium*

33 *Actus, qui vulgo reputantur actus nobiliũ, & non plebeiorũ, faciunt nobilẽ*

34 *Actus diſtinctivi nobilium a plebeis, probant nobilitatem.*

35 *Actus alicuius de familia nobili originaria, iuvat intentionem actorum illorum, qui ſunt de eadem familia.*

36 *Præſcriptione centenaria probata ex inſtrumentis remanet probata nobilitas ſanguinis in proprietate.*

37 *Præſcriptio centenaria habet vim immemorialis.*

38 *Cẽtenaria habet vim Regij aſſenſus.*

30 *Centenaria habet vim privilegij.*

41 *Teſtis deponens de nobilitate, licet nõ reddat rationẽ ſui dicti, ſi tamẽ eius depoſitio eſt adminiculata, probat.*

42 *Probationes plures ſingula ſi nõ probãt, ſaltẽ ſimul iũctæ plenè probabãt.*

43 *Nobilitas probatur per ſentẽtiã tranſactam in rem iudicatã in favorẽ progenitoris, qui fuit declaratus nobilis.*

44 *Nobilitas probatur ſi oſtẽdatur deſcẽdere a domo ſolari caſli ſive familia nobili.*

45 *Teſtes non eſt neceſſe quod habeant quatuordecim annos tempore quo deponunt, ſed ſufficit quod recordẽtur de actibus, de quibus deponunt.*

46 *Immemorialis ſatis probatur ſi nõnulli teſtes deponunt de aliquibus qualitatibus, alij vero de alijs.*

47 *Conſuetudo decennalis remanet probata, ſi duo teſtes deponunt de vno quinquennio, & alij duo teſtes de alio.*

48 *Singula, quæ non proſunt multa collecta iuvant.*

49 *In immemoriali conſuetudine non eſt neceſſe actus probari.*

50 Fcuſ,

50 *Fruſtra quæritur, quod inveniri natura prohibetur.*

51 *Immemorialem ad probandum ſufficie dare nullum extare centum viſuſque viderit, vel audierit videntem, vel audientem contrarium obſeruari; & quod eſt communis omnium opinio, & præſertim eorum qui circa talia arbitrantur.*

53 *Negativa non poſſunt probari per inſtrumenta, quia non eſt res de quâ inſtrumentum rogari, vel confici poteſt.*

55 *Vita, aut memoria hominum ſolū pet centum annos durare præſumitur.*

56 *Immemorialis excluditur, ſi probetur a centum annis contra contrarium actum fuiſſe, ſecùs autē ſi probatur ultra centum annos ita actum fuiſſe.*

57 *Verba enunciativa propter alium prolata, ſi ſunt geminata, & reiterata, probantur.*

58 *Probatio in antiquis eſt plena, quæ eſſet ſemiplena, ſi factum non eſſet antiquum.*

59 *Verba enunciativa iuncta cum alijs coniecturis. & adminiculis probantur.*

60 *Titulus eſt neceſſarius præſcriptioni centenariæ ubi præſumptio iuris communis reſiſtit vehementer.*

61 *Titulus non eſt neceſſarius in præſcribendis ſervitutibus.*

62 *Scriptura privata ſi non eſt impugnata, probatur.*

63 *Non contradicere, & approbare paria ſunt.*

64 *Copia inſtrumenti minus ſolemniter ſumpta, fidem facit, parte non opponente.*

65 *Scripturæ privatæ poteſt opponi expreſſe, vel privatè.*

66 *Exceptio contra privata ſcriptura debet eſſe certa, & clara, & non generalis.*

67 *Scriptura privata valde antiqua, ſaltem ſemiplene probatur.*

68 *Identitas perſonæ probatur cum nomine, & cognomine, & alia demonſtratione.*

69 *Identitas perſonæ probatur cum nomine, & cognomine.*

70 *Pluralitas non præſumitur.*

71 *Teſtes inimicus non probatur.*

72 *Immemoriali poſſeſſione probata, & ſic proprietate in prædeceſſoribus & legitima deſcendentia, debent nobiles declarari quamvis probentur contributiones litigantis patris & avi, & plures actus.*

73 *Nobilitas derivata ex claris, & antiquis parentibus, non perditur per actus contrarios.*

74 *Filius ſicut conſequitur per ſucceſſionem patris hæreditatem, & bona, ita conſequitur ex eo nobilitatem, & ſanguinis ſucceſſionem.*

75 *Hidalgus, ex Hiſpania de ſolar conocido, etiam ſine ulla poſſeſſione, habet eſſentialem nobilitatem in proprietate.*

76 *Domus verbum eſt analogum.*

77 *Domus verbum, quandoque ſumitur pro genere illius, de quo agitur.*

38 *Nobilitas eſt generis, vel alterius rei excelentia.*

79 *Interruptio præſumptionis non prodeſt alijs quam litiganti in eius cauſa.*

IN eadem cauſa; de qua ſupra in proxima deciſione, contra dictos Gregorium Ortiz, Andræam Ortiz, Iacobum Ortiz, & Gaſparem Ortiz fratres, filios Iacobi, prætēdebat Fiſci Regij Patrimonij Procurator, nō poſſe obtinere, in cauſa prætenſæ militiæ, ſive nobilitatis ſanguinis, ex ſequentibus.

1 Primò, quia nobilitas à ſolo Rege, vel ab eo poteſtatem habente, & non ab alio concedi poteſt, vt late probavi ſupra in deciſ. 6. num. 1. cū ſeq. vbi allegavi Bellug. Oalic. Gutier. Tiraquel. Otalo. & alios, necnō Regiā ſententiā cum qua fuit hæc opinio canonizata: namque Rex, ſive

2 Fiſcus habet ſuam intentionem fundatam, quòd nemo præſumitur nobilis, & ita qui talem eſſe prætendit debet oſtendere titulum, vel immemoriabilem, quæ habet vim tituli, vt late in dicta deciſione probavi, dicti autem Gregorius Ortiz & eius fratres litigantes, nec oſtenderunt privilegium militiæ eis, vel alicui ex eorū progenitoribus à Rege conceſſum, nec cum teſtibus pro eorum parte, productis, fuit probata immemorialis poſſeſsio cum omnibus qualitatibus à iure requiſitis: dicti enim litigantes, ex quo Iacobus Ortiz eorū pater, ſuccubuit in cauſa proprietatis dictæ aſſertæ nobilitatis, vt dixi in proxima antecedenti deciſio. ad probandum immemorialem poſſeſsionem in articulis per eos præſentatis, non deduxerunt, vt communiter fieri ſolet, ipſos, & eorum patrem, & alios deſcendentes, eſſe, & fuiſſe ſemper in quieta, & pacifica poſſeſsione, ſeu quaſi dictæ militiæ, ſeu nobilitatis à tempore immemoriali; ſed tantum deduxerunt Gregorium Ortiz eorum avum, & eius progenitores à tempore immemoriali fuiſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi, & ſic cęperunt cō

3 putare tempus à Gregorio, qui anno 1581, iam erat mortuus: teſtes autem qui deponūt de immemoriali debent deponere de viſu per tempus quadraginta annorum, & eſſe ætatis quinquaginta quatuor annorum: ita Emilius Veral. Caputaq. deciſ. 290. ſeu 27. part. 3. his verbis: Teſtes, vt probent immemorialem de viſu per 40. annis, iuxta doctrinā Pariſij conſ. 504. nu. 121. lib. 1. per gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6. debeat habere ad minus annos 54. Rebuf. in tract. de decimis, q. 13. nu. 99. ita fuit tentum in vna Toletana. &c. Rota Roma. in recent. recolect. per Farin. 2. part. deciſ. 248. nu. 3. & 4. pag. 240: vbi inquit, teſtes debere deponere de viſu per 40. annos ante litem motam, & habeant ætatem congruam, qualis eſt 54. & ibi multos DD. allegat, & in egreſſu idem ſcripſit Covarr. in cap. poſſeſſoriin 2. parte. §. 3. num. 7. ibi: ex quibus apparet immemorialem præſcriptionem, aſſerētes ſe vidiſſe ſemper ita fieri; & inferius ibi: Teſtes vero qui hac de re teſtificaturi ſunt eius ætatis eſſe debent vt poſsint memores eſſe, & exponere, quid actum fuit 40. annis, & ibi bene confirmat Molin. de Hiſpa. primog. lib. 2. cap. 6. num. 31. Rota Roma. in recent. recol. per Farin. deciſ. 76. prima parte, vbi oſtendit ad probandā immemorialem requiri, vt teſtes ſint eta-

ætatis 54. annorum ante litem motã, vt poſsint habere memoriam eorum quæ geſta fuerunt 40. annis retro, & apertius dixit deciſ. 254. num 1. in eadem par. ibi: Nam ex quatuor teſtibus ſecundus annorum ſeptuagīta, quinq; fallet ſe diverſis vicibus fuiſſe abſentē à civitate Signina per ſpatium viginatiquinq; annorũ circiter; ideo nõ poteſt deponere de viſu per quadraginta annos cõtinuos ſed em ptis vigintiquinque annis remanet tãtum quinquaginta ad probandum verum immemorialem requirttur ætas annorũ quinquaginta quatuor, videlicet anni quadraginta de viſu, & quatuordecim pubertatis. Idẽ Farinat. deciſ. 248. n. 3. vbi ait, teſtes debere deponere de viſu per quadraginta annos, & eſſe ætatis quinquaginta quatuor annorum: & num. 4. ſubiungit, quod debent deponere de viſu per 40. annos ante litem motam; in caſu autem noſtro cũ agatur de probãdo tẽpore in quo vixit Gregorius avus litigantium, ferè nullus teſtis inveniri poteſt eius ætatis, quod deductis triginta tribus annis, qui elapſi fuerũt ab anno 1580. in quo obijt Gregorius Ortiz avus, vſq; ad annũ 1613. in quo fuerunt receptæ teſtiũ depoſitiones in hac cauſa; & deductis quatuordecim annis pubertatis, poſsit teſtificari de viſu, & certa ſcientia de tempore quadraginta annnorum, & ita remaret probata immemorialis.

Secundo, quia teſtes, qui depo-
4 nunt de nobilitate non ſuficit quod dicant talem reputari pro nobili; ita Bartolus l. 1. de dignitat. lib. 12. C. numero 99. & ſequentibus, his verbis: *Sed ſi quis faceret articulum, ſimpliciter; quod talis fuit, & eſt reputatus nobilis, non ſufficeret: quia verbum Nobilis, eſt æquivocum, vt ſupra in 2. quæſtione: & ſic dictus teſtis qui deponeret ſuper articulo non concluderet de neceſsitate, vt ex. de probation. cap. in præſencia, oportet ergo, quod concludat, quod ſit nobilis ea nobilitate quæ fuit, quæ differre a plebeio, ſeu populari.* Et ſic teſtes deponentes de nobilitate debent reddere rationem, alias non probant, vt inquiunt Anton. Gomez tomo 3. variarum, c. 12. numero 10. verſic. Et idem eſt, & Farinat. alijs relatis de oppoſit. contradicta teſt quæſtio. 70. numero 45 qui dicunt communem, & Garcia de nobilitate, gloſſ. 2. §. 1. numero. 59. Et quilibet teſtis debet deponere de omnibus requiſitis, vt ait Mantica deciſio. 289. numero 4. & Bellarminius in annotatio. ad deciſio. Ludouiſij 252. in littera E. dicit ita tenere Rota nimirum id eſſe neceſſarium; nec fieri comminationem ſi vnus teſtis deponat de vno requiſito, & alter de alio; ibi allegat varias Rotæ deciſiones Mareſcot. variarum reſolutio. lib. 2. c. 100. numero 10. verſic. Et quilibet, qui numero 11. ſubiungit debere à teſtibus requiſita ad probandum immemorialem expreſſe recenſere, aliàs ſi dicant articulum verum, non probant, niſi reddant rationem dicti ſui. Ita dicit Æmilius Veralus, Caputaquenſis deciſione 291. parte tertia, deciſum fuiſſe, & in caſu noſtro, ex teſtibus, qui habent ætatem ſufficientem, vt poſsint habere memoriam, & teſtari de viſu per tempus quadraginta annorum,

vno dumtaxat excepto, nimirũ 48.
teſte pro litigantes producto) non
reddunt concludentem rationem di
cti fui; quia non allegant vidiſſe face-
re actos diſtinctivos nobilium a ple
beis; ergo nõ probant immemorialẽ.

Tertio, quia licet actores ad fun-
7 dandam ſuam intentionem plura inſ
trumenta antiqua exhibuerint; tamẽ
præſcriptio cuius initij memoria nõ
extat, non poteſt probari inſtrumen-
tis. Ita Ioann. Baptiſt. Coſta conſ. 63.
ante num. 1. & ſeqq. his verbis: *Reſpõ
deo regulariter non poſſe, ſed ſolum per
teſtes deponentes, modis a gloſſa relatis
in cap. 1 in verbo, Memoria, & ibidem pa
riter a Ioan. Andr. de præſcrip. in 6. Cur.
iun. conſ 61. num. 11. & ſeq. volum. 1. Re-
buf. de decimis, quæſt. 13. num. 94. cum ſe-
quent. Pariſ. conſ. 104. num. 121. & ſeqq.
volu. 1. Minſing. obſerv 30. cent. 1. Oſaſc-
deciſ. 116. in fin, Vincent. de Franch. deciſ.
56. par. 1. Gabr. commun. tit. de præſcript.
concluſ. 1. num 74. præclare Molin. de Hiſ
pan. primog lib. 2. cap. 6. num. 31. cum mul
tis ſeqq. cum allatis a Ceuall. commu con-
com quæſt. 46. num. 2. Fab. Anna conſ.
59. numero. 19. Ratio eſt, quia præſcriptio
quæcunque ſit, ſine poſſeſsione, aut quaſi
non precedit l. ſine poſſeſsione, ff. de vſu-
capion. etiam Millenaria, Honded. conſi-
lio 29. numero 25. & 83. numero 4 in
princip. Atqui poſſeſsio regulariter per
ſcripturam non probatur, l. prædia, & ibi
notata per Doctores, ff. de acquiren. poſſ.
latiſsime Maſcard.* Hactenus Coſta,
qui voluit allegare dictum Maſcard.
8 conſ. 1185. numero 11, qui hoc probat:
argumento text. in cap inter dilectos
prope finem, de fide inſtrum. & ad
id allegat Riminaldum Seniorem
conſ. 219. numero 37. volum. 2. & Pa
riſ. conſ. 145. numero 8 & 9. volu. 4.
4. & quòd immemorialis non po-
teſt probari per inſtrumenta, ſcribit
9 Seraphin. deciſ. 616. nu. 11. vbi inquit,
quod ita tenet Rota, Farinat. in recẽ-
tior. 2. parte, deciſ. 58. num. 4. pagina
49. idem tenet additio ad gloſ. in ver
bo Memoria, in cap. 1. de præſcript.
in 6. cuius verba ſunt: *Pondera ver-
bum, Teſtes, ſæpe in hac gloſſa repetitũ,
nam per inſtrumenta non videtur poſſe
probari hæc communis opinio, vel negati-
va, cum non ſit res, de qua inſtrumentum
rogari, vel conſici poſsit (licet ſecus ſit in
negativa determinata, vt dixi ſupra de ea
lectione bene. primo) Sed ipſius contrariũ
cum ſit actus affirmativus, bene recipit
probationem per inſtrumentum. per quod
poterit memoria contraria actus probari.*
Et ita tenet Marcſcot. variarum reſo
ſolutio lib. 2. cap. 100; numero 15. ver
ſicul Dubium autem. pag. 210. his ver
10 bis: Dubium autem eſt, an conſuetu
do immemoriabilis per inſtrumen-
ta, & ſcripturas probari poſſet? & nõ
poſſe, tenet gloſ. in d. cap. 1. vbi Ioan.
Andræ. in fin. Franc. numero. 5. Ge-
min. num. 16. de præſcript. in 6. Alex.
conſil. 16 numero 17. verſicul. Confir
mo hoc, lib 5. Nata conſil. 636. nume
ro 14. lib. 3. Aymon de antiquit. tẽp.
par. 4. verſ. Materia iſta, cauſ. 39. & a-
liis, qui fuerunt allegati in vna Aqui-
nantem lat. cti Eleuterij 29. Aprilis
1602. coràm Ludoviſio.

11 Quarto, quia inſtrumenta ab au-
ctoribus producta, etiam quod ſint
antiqua non probant, quia verba
enunciativa, inter alias perſonas,
& propter aliud prolata, non fa-
ciunt

ciuat probationem, quando diſputatur ſuper eo, quod enunciatur, l. ex his. 7. C. de teſtamen. in diuinis, verba ſunt, ex his verbis: Fortunato liberto meo do, lego, vindicare tibi libertatē non potes, ſi Pagani teſtamētum proponatur; & hanc regulam Menoch. conſilio 81. numero 23 lib. 1. his verbis; Secundo non probant hæc verba enunciatiua hoc in caſu, in quo principa-

12 liter diſputari contingit de actibus ſubſtantia. Hoc eſt, an hæc dos conſtituta fuerit, vel non, ita declarat Alex. conſ. 136. colum penult. lib. 1. & conſil. 202. lib. 2. & Dec. in l. 2. col. vlt. in Authent. ſi quis in aliquo, col. penultima, C. de edendo, & alibi ſæpe, & hos ſecutus eſt Craveta loco iam relato, pag. 19. numer. 54. qui alios plures recenſet Surdus conſilio 5. libro 1. numero 16. ità ait: Verba enunciatiua non probāt, quando ſuper illis contingit principaliter diſputari, l. ex his, C. de teſtament. milit. cap. ſi Papa, de privil. in 6. Deci. conſ. 213. num. 9. vbi allegat Bart. Bal.

13 Abb. Aretin. Roman. Socin. & alios Menoch. qui alios refert in conſil. 81. numero 23. Cephal. in conſ. 317. numro 62. & conſil. 369. num. 190. Deciſ. Pedemont. 76. num. 12. Franciſc. de Clapeis in centur. cauſ. fiſca. cauſa 28. quæſtio. 1. per text. in l. Epiſtola 52. in princi. ff. de pactis. ibi *Epiſtola qua, quis cohæredem ſibi aliquē eſſe cavit petitionem nullam adverſus poſſeſſores rerum hæreditarum dabit.* Et Claperius ſubiungit verba ſequētia: per quem textum notat ibi Barto. Baldus, Angel. Paul. Iaſon, & Scribētes in communiter, verba enunciatiua, quando proferuntur ſuper eo, ſuper quo partes non potuerint diſponere non inducere probationem, & ita intelligunt text. Ioannes de Imola. in l. ex hac ſcriptura, columna fin. in fine, ff. de dona. Cin. Bal. in l. non Epiſtolis, & id. l. non nudis, C. de probatio. & ibi Caſtrenſ. & in l. ex his, C. de teſtament. milit. Bartolus, & Imola in dict. l. ex hac ſcriptura, & per Scribentes in l. optimam. C. de contra. & commun. ſtipu. quod declarat Bart. in l. gerit. ff. de acquiren. l. hæred. columna 2.

14 numero 15. vbi licit, quod in l. Epiſtola, & in dicta l. ex his, verba erant enunciatiua facies alicui, quod poterat aliter eſſe in ductum, quam fuerat enunciatum, & iſtud fuit ex mente gloſſæ in dict. l. Epiſtola, gloſſa 1. & in dicta l. non epiſtolis, merito non probant in caſu noſtro nobilitatem, cum fuit enunciatiua facti, quod non pendet à voluntate partium, quoniam nobilitatem, nemo conſequitur a ſe ipſo; vt tradunt Bartolus, Ioannes de Platea, in l. 1. C. de dignitatibus, libro 12. & copioſè per Bonum de Cortili in tractatu de nobilitate, in tertia parte, Rota Romana in recentior. recoll. per Farinatium deciſio. 405. nu. 5. p. 1. pag. 465. reſpondet Farinatius ibidem dicto numero Neque obſtat quod enunciatiuæ non probant quando principaliter quæritur ſuper ipſo enunciato. Puteus deciſione 38.. numero 3. libro 1. Alexander conſilio 130. numero 11. libro 1. Decius conſilio 348. in fine, Nicolaus Genna de verborum enunciation. libro 1. quæſtione 4. numero 3. & ſequentib. vbi dicit veriſsimam, &

15 communem, Cancer tom. 3. cap. 3. nu.

6.eum ſequentibus; prō qua ſententia allegat textum in cap.ſi Papa,de pri. in 6.vbi ſi Papa enūciati ne propter aliud, dicat,aliquam Eccleſiam eſſe exceptā, non per hoc inducatur exemptio, nec probetur exempta: ſecus ſi principaliter,& propter ſe, & ibi id notat Cano, & Bart.conſ.90.dilecto nobilo,numero 8 lib 1.

13 Quinto.quia licet actores cum inſtrumētis per eos exhibitis probaverint centenariam præſcriptionem, non tamen immemorialem,quę neceſſaria eſt vbi deficit titulus,Couarr. in regul.poſſeſſor.2.pars §.3.num. 7. poſt med. his Vnde mi fallor,cētenaria quaſi poſſeſſio ſufficiens noverit ad probationem huius præſcriptionis, quam immemorialem appellamus. Alioqui neceſſario

14 dicendum eſſet parem fore centenariā præſcriptionē huic immemoriali:quod falſum eſt, & conſtat ex his quæ prænotavimus:præſertim ex cap.1.de præſcript. procedere, & obtinere abſque titulo:imo eam tituli vim habere, itaqui dem, vt nec allegatio tituli ſit neceſſaria,ſecundum communem in dicto c. 1.gloſſa,& Doctores in verbo, Non extat in cap.ſuper quibuſdam,de verb. ſignificatione. Federicus conſil.237.Iaſ. in l.ſi certis annis,columna vltima. C. de pactis, quarum opinio communis eſt, & vera,quoties præſcriptionis iure temporis hoc in iudicium deducitur,quemadmodum explicat,poſt alios

15 Aymon in 3.part.de antiqui temp.cap. abſolutiſsimum 49.idemque ipſe nota vi lib.1.variar.reſolu.cap.17. num.5. At præſcriptio centenaria titulum requirit ybi præſcriptio iuris communis eſt contra præſcribentem;in qua quidem ſpecie immemorialis præſcriptio ſola abſque tituli allegatione ſufficiēs eſt: ſicut in d.cap.1.probantur.

16 Sexto; ſcripturæ privatæ ab actoribus productæ,in quibus legitur Iacobum Ortiz ſoluiſſe collecta, vulgo dictam,Tacha real, impoſitam perſonis Brachij Militaris perſolvendo donativo Curiæ,non probant, l. inſtrumenta 5.C.de probationib.cuius verba ſūt: Inſtrumenta domeſtica, ſeu privata teſtatio,ſeu annotatio, ſi alijs quoque adminiculis adiuventur ad probationem, ſola non ſufficiunt, & ibi gloſſa declarat ibi: Inſtrumēta domeſtica, id eſt,privata, nō à tabellione facta. Auth. ſi quis vult,in fin.C.qui potior.in pign. ibi: Si tamen quiſquam, aut deponē, aut mutuans, aut aliàs contrahens cō tentus ſit ſola ſcriptura eius, cum quo contrahit: ſciat ſcripturam non ſufficere ad probationem. Latè Nicol. Genua de ſcriptura privata, lib. 1.quæſtio. 4.ad. num. 1.vbi quamplurimos Doctores refert.

Septimo, quia licet teſtes,& inſtrumenta producta de Iacobo Ortiz, & actores probaverint,eorum proavum, abavum, & abtabavum,hoc nomine, & cognomine appellari, non tamen ex hoc conſtat de identitate perſonarum, hoc eſt, memoratos eſſe eoſdem, à quibus ipſi deſcendunt, idētitas enim perſonarum non præſumitur, ſed eſt probanda ea, qui ſe fundat in ea; vti fundamentum ſuæ intentionis, Cornæus conſilio 144.poſt numerum 11: libro 4. Craveta conſilio

198: numero 4 Ludovicus Dœci. 195. numero 5. & ad illam probandam, debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus. Bartolus in l. de-
17 monſtratio. numero 14. ff de condiction. & demonſtrationib. ibi: Ad demonſtrandam perſonam perfecte, debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs, vt Petrus Martini de Peruſio. Pro qua ſententia allegat textum in l. conſultiſsima. C. qui teſtamentum facere poſſ. ibi: Exprimant nomina ſpecialia hæredum, & dignitates ſingulorum, & indicia, inde non ſufficit nomen Iacobi, & cognomen Ortiz, ſed debebat addi alia demonſtratio, quando agitur; principaliter de
18 probanda edemtitate, ita Codex Faber lib. 4. titulo 14. de probationibus, def. 25, his verbis: Ex idemtitate nominis, & cognominis, probatur idemtitas perſonarum, ſi non in contrarium probetur diverſitas, præſertim, ſi quæ alia iudicia, concurrant; ſed hoc ita, ſi quæſtio illa ſit incidens, non principalis: namque intentionem ſuam fundat in idemtitate exactis, & exactioribus probationibus probare debet.

19 Octavo, ſi, & vbi dicti actores probaſſent neceſſariã ad præſcriptionem nobilitatis, cum probetur actus eidem contrarius, contra eos factus, adhuc præſcriptione non perfecta, eſſet interrupta; ita docet Portoles in ſchol. ad Molin. in verbo, Infantio, numero. 85 pag. 59. ſubdens verba ſequentia: Quare, ſi antequam avus, pater, & exponens perfecte libertatem, & nobilitatem, præſcripſerint aliquẽ actum contrarium libertati, & nobilitati fecerint, quia tunc exemptionẽ, & libertatem præſcribere non potuerunt, cum per actum contrarium ipſa præſcriptio interrupta fuerit, ſine agens in proceſſu nobilitatis, ex poſſeſsione, & præſcriptione prætenſa, intentato ſuccumbere debet, vt hac ratione motus, ita in terminis decidit Otalora in tractatu de nobilitate, in 1. parte tertiæ partis principalis, cap. 6. numero 8. & 10. fol 97. & in 2. parte eiuſdem tertiæ partis, cap. 4. numero 5 in fine, fol. 162. & 163. & iterum cap. 9. numero 9. & 10 eiuſd ẽ 2: partis princip. fol. 209. & numr. 15. fol. 211. & Calan. conſ. 64. num. 26. & 27. Aymon conſ. 163. num 4. Avend. in dictio. in verbo Cauallero, fol. 177, & Tiraquellus in tractatu de nobilitate. cap. 35. numero 4. & Sylva cõſ. 59. numero 14. & conſilio 66. numero 27. & conſilio 82. numero 12. & Didacus Parez in l. 1. gloſſa prima, in fine, verſiculo Secunda concluſio, libro 4. ordinamenti, columnæ 890. & Guido deciſio. 387. Hactenus Portoles, & idem ſcribit infra numero 144. pagina 104. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Regia Audientia, & in Curia Iuſtitiæ Aragonum.

20 Præterea, licet teſtes deponant de tempore immemoriali; tamen iam de contrario conſtet, excluditur talis probatio immemorialis; ita Farinat. deciſione 254. numero 3. in recentioribus, tomo primo, pagina 290. Immemorialis enim excluditur

per actus contrarios, ita Rota Romana in recoilectis per Farinatium, deciſione 324. numero 13. tomo.1. pag.329. & deciſio.58. numero 2. & 4. parte ſecūda. In noſtro autem caſu conſtat aliquos ex antecesſoribus litigantium fuiſſe detractos in carceribus per Prętorem dicti Marchionatus de Elig, & de eorum cauſis criminalibus, cognoviſſe, ſententias proferendo in dictis cauſis, qui ſunt actus contrarii prætenſæ nobilitatis. Nam ſuper militibus nullam habet iuriſdictionem, niſi tantum dominus Rex, iuxta forum 80. de iuriſdictio. Calitius in prerogat. milit. numero 29. & 30. Cancer libro ſecundo variarum, cap. ſecundo de iuriſdictione, numero 127. Mieres in prima parte, columna ſecunda, cap. 25. de privileg. fori, & milit. per totum fol. 24. & cap 56. eiuſdem tituli, Fontanella de pactis nuptialibus, clauſula 3. gloſſa 3. numero 28. pag. 24. Molin. in repertor. fororum Aragon. verſiculo, Milites, fol. 225. columna 3. & ibi Portoles, idem Molin. in verſiculo, Nobilis, & ibi Portoles numero 9. Seſſe deciſ. 8. num. 16.

22 Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, quia per verba enunciativa contenta in inſtrumentis antiquis nobilitatem probari deciſum fuiſſe in Senatu Sabaudiæ, dicit Antonius Faber in ſuo Codice, lib. 4. tit 14. de prob. def. 27. pag. 309. his verbis: Probari nobilitas generis ſolet ex antiquis familiæ inſtrumentis, quibus dictos appareat nobiles, avos, & proavos illius de cuius nobilitate controvertitur. Verba enim illa enunciativa, licet inter alias partes, & ad aliud prolata probant propter antiquitatem. Maximè verò, ſi aut coram Principe, aut apud rationales Principis inſtrumenta illa antiqua proponantur, neque enim facile credendum eſt, Principem, aut rationales permiſſuros, nobilem ſe dicere, qui nobilis non eſſet, cùm non ſolum publicè interſit, ſed etiam Principis, vt nobilis, ab innobilibus diſtinguantur. Ita Senatus, &c. Et cùm ſimus in facto antiquiſſimo coniunguntur teſtes cum inſtrumentis ad probandam immemorialem, vt dicit Vincentius de Franchis deciſione 56. numero 19. & 20. his verbis: Et noviſſimè ad id, quod dicebatur, quod immemorialis non erat probata, reſpondebatur, quod, in hoc caſu non erat neceſſarium ex prædictis. Item fuit dictum, quod dici poterat Florianum non, dicere id, ad quod allegabatur, ſcilicet eoſdem teſtes deponere debere omnia requiſita ad probandam poſſeſſionem prædictam; quia dicit hæc verba, vel quod ſaltem poſſeſſionem quadraginta annorum, deponant de viſu, & poſtea deponant de auditu; ſed quid ſi ſunt teſtes deponentes de viſu de annis quadraginta, & alij de auditu, fama publica, & alijs requiſitis, quod iſti teſtes non coniungantur ad faciendum probationem, hoc non dicit Florianus, & ſi diceret de eius opi-

opinione dubitari poſſet, quia in materia probationum dicebatur, verum eſſe regula, quod plura tendunt ad perficiendam vnum, totum tuncque non proſunt, ſingula multa iuvant. Bartotolus in l. prima §. idem Cornelio. verſiculo, Sed contra prædicta, ff. de quæſtion. maximè in factis antiquis, in quibus cõiunguntur diverſæ ſpecies probationis ad faciendum plenam probationem, ſecundum Franciſcum de Aretin. conſil. 42. reſolutio. col. 2. in alijs optimè dictis per Goſredum conſil. 8. magnificens, col 3. num. 10. verſic, Et improbatio. Hactenus Vincẽtius de
23 Franc. qui in eadem deciſio. num. 5. verſ. Quibus, dicit ita fuiſſe deciſum in S.C. in occurrenti autem caſu, concurrunt omnia requiſita, de quibus in proxima diffinitione Fabri 22. tit. 14. lib 4. In primis enim fuerut producta tria inſtrumenta recepta per Ioannem Morera Notarium, firmatum per Iacobum Seſplaxes, & eius vxorem, in favorem Iacobi Ortiz, die 8. Aprilis 1419. Alterum venditionis cuiuſdam horti die 31. Auguſti 1460. Alterum vero venditionis cuiuſdam fili aquæ, receptum die 21. Martij 1465. in quibus inſcribit Iacobus Ortiz domicellus, & tria inſtrumenta recepta per eundem notarium annis 1471. 1485. & 1486. in quibus omnibus inſcribitur domicellus. Item aliud inſtrumentum receptum per eundem Notarium die 19. Martij 1478. quod dicitur fuiſſe celebratum coram Iacobo Ortiz domicello Locumtenẽti Procuratoris Generalis in oppido de Elig, & in pluribus alijs inſtrumẽtis receptis per eundẽ Notariũ in annis 1478. & 1487. reperitſem per inſcriptus Iacobus Ortiz domicellus; fuit etiam productum in proceſſu, aliud inſtrumentum receptũ per Petrum Alphonſum Notarium 5. Martij eiuſdem anni 1468. cum quo Paulus Roſell Regius Conſiliarius Procurator, & Baiulus Generalis oppidi de Elig, eundem Iacobum Ortiz domicellum, Procuratorem ſuum inſtituit vt eo nomine facere præſentare, & notificare Iuſtitijs, & Iuratis, & alijs Officialibus dicti oppidi, quandam Regiam epiſtolam, ſive proviſionẽ, Sereniſſimi Regis Ioãnis hæredis Reginæ dominæ Ioannæ eius conſortis, dominæ prædicti oppidi, cumque dictus Roſell elegit Procuratorem Generalem, & Baiolum ſæpe dicti oppidi, fuerant etiam in proceſſu producta plura inſtrumenta confecta inter diverſas perſonas, & recepta per diverſos Notarios, ab anno 1503, vſque ad annum 1538. in quibus ſemper ſuper dicti Ortizos milites fuerunt appellati, & inter alia extat ſententia lata 19. Decembris 1506. in qua Iacobus Ortiz inſcribitur miles, & ita reperiuntur inſtrumenta recepta penes diverſos Notarios ante centum annos, in quibus dictus Iacobus Ortiz inſcribebatur miles, ſive domicellus, hoc eſt nobilis nobilitate ſanguinis, & hæc inſcriptiones antiquiſsimæ vltra centũ ãnnos probãt Rot: Rom. in recẽt

24 recolleƈt.per Farin.deciſ.482. nū. 4. patt.1. his verbis: Secundo probatur hæc qualitas gentilitia ex inſcriptione antiquiſsima poſita in Eccleſia, de qua agitur, & extraƈta ſuper centum annos, inſtante Bernardo de Cellanova pro defenſione iuris patronatus, in qua illi de Corteſella enunciantur agnati Benedicti D.Roz zij,& deſcendentes,ac patroni, Advocati eiuſdem Eccleſiæ. cui inſcriptioni nullum eſſe deferendum voluerunt gloſ.in cap.cum cauſam, de probatio.cap.ad audientiam lo ſegō, de præſcriptio.cap.cum olim, de cen ſib.cap.ſane 24.quæſt.2, Bald.conſil. 310. An patronatus, libro.5.& ſæpius fuit firmatum in Rota, vt in Hiſpalen.iur.patro. de las Cuevas 26.Maij 1590 coram bon.mem. in commen. habitus 9.Iunij 1610.bene verum eſt quod illę inſcriptiones non erant privatæ quales reperiuntur in iſtrumentis de quibus agitur;& ita illæ magis probant quam iſtæ. Negari tamē nō poteſt, quod cùm ſint verba enunciativa plurium inſtrumentorum vltra centum annos habent vim famæ; vt legitur in proxima deciſione 482. n. 3.vbi alios allegat,& dicā ſupra n.

Et ſi dicatur illa verba enunciativa, quibus inſcribuntur milites fuiſſe appoſita à notarijs ex aſſertione eorum, qui dicta inſtrumēta firmabāt: quia pręſumūtur partes dixiſſe quod ſcripſit Notarius, & propterea non creditur, vt inquit Gofred.cōl.444. vt refert Achil, de Graſ.deciſ.7.nu.5. & 6.de iure patronat.quia idē Achil. de Graſ.inquit dictam doctrinā veram eſſe, quando apparet verba eſſe partium, vel veriſimiliter notarius nō poſſet, vidiſſe, quod aſſerit, & in caſu noſtro potuerunt notarij, qui dictos Ortizos milites inſcripſerunt videre pro talibus ab omnibus reputari, & facere actus diſtinctivos à plebeis: Ioannes Baptiſta Coſta cōſ.68. poſt quam propoſuit regulam, quod immemorialis non probatur per inſtrumenta num. 4. ſubiungit hæc verba: Fallit autem hæc regula non admittendę probationis pręſcriptionis per ſcripturam, in antiquis, in quibus hic abſque dubio verſamur, cū Civitas Bovian.ſit in quaſi poſſeſſione exigēdi vectigalis ad præſens controverſi, ſupra ducentum annos, in eis namq; admittitur probatio poſſeſsionis per ſcripturam, etiam directo, & in præiudicium tertij.Maſcard. dict. concl. 1185num.30.& 31.Igitur etiā præſcriptionis,& in ſpecie, quod pręſcriptio probari poteſt inſtrumētis per actos poſſeſſorios in ipſis inſtrumentis expreſsos, non obſcure ſentit Maſcard.

26 ead.concluſ.num.27.Et idem Coſta in eod.conſ.68.num.3.inquit, inſtrumentis antiquis magis credi, quā teſtibus. nimirum, quia illis lux veritatis aſsiſtit, in iſtis verò iuſtè timeri poteſt ſubornatio ad probandū falſum teſtimonium in re antiqua. Craveta conſil.54. num.15. Amplius antiqua inſtrumēta plus fidei merentur, quā teſtes, etiam quod vltra decennium non eſſent confecta, propter oblivionem, quæ ex lapſu decem annorum, in ipſis teſtibus præſumitur. Cravet. proximè allegatus, & rurſus, quod inſtrumentis antiquis plus fidei adhibeatur, quam teſtibus, probat Fab.

Anna

Ann.d.conſ.59.num.48. Et pro hac
ſententia facit l.2.C.de teſtib. quæ ita
ait: Si tibi controverſia ingenuitatis
fiat,defende cauſam tuam inſtrumē-
tis,& argumentis quibus potes; ſoli
etenim ad ingenuitatis probationem
non ſufficiunt,& ibi gloſ. declarat ſo
li,id eſt,ſolum modo,teſtibus, & a-
lijs probationibus probatur,de ſtatu,
vt hic,vel ſoli,cū non reddunt ratio-
tionem ſui dicti,debent facere mani-
feſtam;eandem ſententiam tenet Ca
putaq,deciſ.347.num. 2. cum ſeqq.3.
part fol.94. his verbis:Quæ preſcrip
tio temporis immemorialis poteſt
probari per inſtrumenta antiqua,quę
confecta erant ab anno 1375.citra, in
quibus dicitur Eccleſias prædictas,
vnitas,vel per verba demonſtrativa,
vnionem, & in antiquis fama etiam
quod agatur de gravi prejudicio,pro
bat Innocent.in cap.veniens,de verb.
ſignific.Alex conſ.4.col.5.verſic. Po
teſt alius modus,lib.2. Decius in cap.
cum cauſam, de probation. notat &
Iaſ.in conſ.128. col.2.libro.1. & dicit
hanc communem Decius in c.1. col.
4.de appellat.verba autem, plurium
inſtrumentorum antiquorum habēt
vim famæ.Bald.nu.4.Salicet.&Paul.
de Caſtr.in l. cum aliquis. C. de iur.
deliber. Aret.conſ,42.col.1. Socinus
conſ.46.col.1. Aymon in tractat. de
antiquit.temp.par.4.num.184. Et ita
fuit tentum die 13. Novembris 1551.
Hoc tamen intelligēdum eſt vt ipſe
Æmilius Veral,declarat deciſio. 337.
27 incipienti;Verbis enunciativis. nu.5.
in fine,& num.6.par.3.ibi:Et ad hoc,
vt narrata de antiquo probent cōtra
tertium requiritur quod ſint pluriū
inſtrumentorum, quæ non habeant
originem ab eiſdem perſonis. Socin.
conſ.194.nu.9.lib.2. Aymon in trac.
de antiquit.temp.in 1.part.§. amplia-
tur nunc.num.14.vbi ita inquit: Secū
do limitatur prædicta concluſio, vt
non procedat in verbis enunciativis;
plurium inſtrumētorum de antiquo
nā illa plenè probāt etiā in præiudi-
ciū tertij, illa plura inſtrumēta de an
tiquo,habeat vim probationis famæ.
Bald.Sali.& Paul.Caſtr in l. cum ali
quis C.de iur.deliber. & ibidē Cra-
vet.in confirmatione eiuſdem ſenten
tiæ,allegat Aretin Socin. Curt. Iun.
Decium, Alexand. & Iaſon. in locis
28 per eum relatis, & rationem reddit
idem Veral.Caputaq.deciſ.337.nu.7.
& 8.quare verba enunciativa pluriū
inſtrumentorum, quæ nō habeat ori
ginem ab eiſdem perſonis probant:
quia tunc, inquit, æquiparantur publi
cæ voci,& famæ,quæ probant in an-
tiquis,Decius in cap. cum cauſa, nu.
3.de probatio.& ita ait,fuiſſe tentum
die 14. Martij 1552. coram domino
Reomano in vna Lugdonenſi Prio-
ratus;quæ deciſio fuit confirmrta die
13.Maij dicti anni, & Mantica de ta-
cit.& ambig.convent.lib.tit. 6.nu.21.
pag.78.ita ait: Sed eſt advertendum
quod licet enunciativæ in aliquibus
caſibus faciāt fidem,etiam contra ter
tium,veluti in factis antiquis: hoc ta-
men eſt intelligendum,quando ſunt
ſaltem duæ diverſorum inſtrumen-
torum, & diverſarum perſonarum
vt ſentit Bald.in l.cum aliquis, nu.4.
& apertius Salicet.num.3.verſ.Si ta-
men plura.& Paul.Caſtrenſ.num.6.
C.de iur.delib.& Cravet. de antiq

temp:part.1.ſub verſicul. Ampliatur
nunc.num.14. & Rota apud fœlicis
recordationis Clem. VIII.tunc tem
poris ſacri Palatij Apoſtolici Audi-
torem in Marc. beneſ. die 10. Iunij
18 1577.& Caputaq.q. deciſ.344.n.2.
& deciſ.547. num.4.in fin lib.5.idem
tenet Rota Romana.teſte Achil.de
Graſ.deciſ.7.de iur.patro. his verbis:
Ius patronatus ex fundatione,& do
tatione ſufficienter probatum, volue
runt domini in vna Favea. Parochia
lis coram me de anno 1589 ex tribus
inſtrumentis antiquiſsimis,in quibus
enunciabatur expectare eius patro-
natus de iure,vel de cōſuetudine, ſed
illud verbum,de iure, magis volue-
runt domini in ſe obligare ex funda
tione,vel dotatione:argumento na-
tationum per Calador. deciſ:7. hoc
tit. quá ex privilegio, vel ex alia cau-
ſa.Item quæ in probatione ius patro-
natus, & dominium æquiparantur;
maximè,quia illa inſtrumenta quodā
modo probant famam, quæ ſufficit
in probando dominio,& iure patro-
natus in antiquis,in recent. recollect.
per Farin.deciſ.541.par.1.pag. 91.nu.
3.ad med. his uerbis: Cuius optionis
effectuatio probatur ex pluribus inſ-
trumentis antiquiſsimis locationum
& quietantiorum, in quibus enunciá
tur etiam locus Colonii eſſe dictæ
plebis ſancti Iuliani,quæ enunciative
cum ſint plures,& emanaverint à di-
verſis Notarijs,habent vim famæ, &
probant in antiquis Abb.conſ.59.n.
3.verſ.Tertio probatur.lib 1.Pute.de
ciſ.209 lib.2. Et fuit dictum in cauſa
89 Novarien.dezimeru,16.Ian.1604.co
ram Illuſtriſsimo Lanceloto,& alijs

ſæpiſsimè ead.Rota Roma.deciſ.371
n.9.in recent. recollect. per Farinac.
tom.1.pag.38.his verbis: Certú enim
eſt,quòd immemorialis,altero iſtorū
modorum probatur, vel mediante
præſcriptione,vel curſu temporis, vel
per enunciativas antiquas ad Puteū;
deciſ,209. nu.2.& 3.lib.2. facit quod
ſcribit Bald. in cap.cum cauſam.nu.
3.ext.de probation.vbi ita ait:nam in
factis antiquis nulla eſt melior pro-
batio quam inſtrumentorum. l.cen-
ſus,ff.de probat. & eadem verba re-
petit Felin.in eod. cap. Rota Roma.
in recent.recollec.per Farin. parte.2.
deciſ.266.num.7.pag.258. his verbis:
Quod cum Marchio habeat tot ſcri-
10 pturas,& tanti temporis, in re anti-
qua,plus alijs exhibuendum eſt, quā
teſtibus.gloſ.in cap.3. loco.de teſtie
bus.Socin.conſ.185.num.8.lib.2. Fe-
lin.in cap.cum cauſam, poſt num.5.
de probat.Pariſ.conſ. 104. num. 46.
lib.3.Aymon conſ.54.nu.15. & Ro
ta Roma.deciſ.130.in 2.part diverſo
rum fol.85.pag.2.ita ait: Quoad pri-
mā partem dubij an conſtet de pro-
batione loci de quo agitur facta Ca-
rolo de Roiardi domini,dixerunt de
ea conſtare ex verbis enunciativis,
Bullarum Caliſti,& Pij Sēcundi ex-
cedentium metam centum annorū:
quæ verba enunciativa, cum ſint di-
verſis ſcripturis, & diverſarum perſo
narum,habent vim duorum teſtium
probantiumque in antiquis, probat
Aymon de antiq temp.par.1. in prin
cip.num.8.verſ.Quod procedit.Nō
obſtat quòd ſint verba enunciativa
emiſſa ad aſſertionem ipſius Caroli
habentis intereſſe,& quod propterea

non

non probant Achil. deciſ. 6. de iure
patronat. quia reſpondetur, quòd li-
cet nō probent per ſe ſola, tamē mul
tis adminiculis probant, vt per eundē
Achil. d. deciſ. 6. ad fin.

Facit etiam quod ſcribit Gracian
diſcept foren. to.n. 3 cap. 554. nu. 49.
verſ. Quibus, & num. 50. & ſeqq. pag.
450. his verbis. *Quibus conferunt dua*
inſtrumenta antiqua, vltra centum annos,
in quibus enunciātur filij D. Bartholomei,
& nobilis, ac honeſtæ Iacobelæ vxoris e-
iuſdem Bartholomæi, quæ enūciativa plu
rium inſtrumentatorum in antiquis, habent
vim famæ vxoratus, & plenè probant e-
tiam in præiudicium tertij. Rota d. verſ.
deciſ. 684. num. 1. part. 1. & deciſ. 462. n.
32 *3. poſt gloſſam in cap. cum olim, de cenſ.*
Selva conſ. 51. num. 7. Et immemorialis
probatur per inſtrumenta antiquiſsi
ma, ita Felinus in cap. cum cauſam, n.
4 ex. de prob. ibi: *Tamē inſtrumēta an*
tiquiſsima confecta per tertios, in quibus
enunciatur aliquem locum eſſe de iuriſdi
ctione, diœceſi, vel diſtrictu alicuius, vel do
minium particulare aliquarum rerum, ple
ne probantur, & dicuntur antiquiſsima,
ſecundum omnes, quando atteſtantur de
his, quæ excedunt hominū memoriam iu-
33 *venum, & viventium.* Mieres de maio-
ratu. 4. part. quæſt. 20. num. 279. tom.
2. fol. 230. vbi citat Valdes in additio.
ad Suar. allegat 6. pag. 80. plures refe
rētē, & plures alios allegat ipſe Pelaez
vbi ſupra inſtru. ergo, &c. Proditum
eſt inſtrumentis antiquis magis cre-
ditur quam teſtibus; nimirum, quia
illis lux veritatis aſsiſtit: in iſtis vero
iuſte timeri poteſt ſubornatio ad per
hibendum falſum teſtimonium in re
antiqua, Cravet. conſ. 54. num. 15. am-
plius antiqua inſtrumenta plus fidei
merentur, quam teſtes, etiam quòd
vltra decennium non eſſent confec-
ta, propter oblivionem, quæ ex lapſu
decem annorum in iſtis teſtibus præ
ſumitur, Craveta proximè allegatus,
& rurſus quod inſtrumentis antiquis
plus fidei adhibeatur, quam teſtibus,
probat Faber Anna conſ. 59. nume-
ro 48.

Et actus ſupradicti inſcriptionis do
micelli, ſive militis exemptionis à ſo
lutione iuris morabatini, ſolutionis
collectæ impoſitæ perſonis Brachij
militaris, & inſacculationis ad officia
Deputationis pro Brachio militari,
ſunt diſtinctivi, qui faciunt diſtinguere
re nobiles a plebeij, quod requiritur,
vt inquit Bart. in l. 1. C. de dign. libro
12. num. 97. & 100. Garcia de nobil.
glo. 7. num. 21. & 22. fol. 19, vbi ait
ipſum intelligere, quod dicebat Bal.
in l. providendum. C. de poſtulā. no
bilitatem probari fama, exiſtimatio-
ne, & reputatione, non quod ſola fa
ma, exiſtimatio, & reputatio faciant
per ſe aliquem nobilem, ſed quod a-
ctus, qui vulgo reputantur actus nobi
lium, & no plebeiorum faciant no-
bilem. Idem Garcia glo. 12. num. 15.
fol. 259. Gutier. pract. qq. lib. 3. q 14.
num. 14. & 15. Ser. deci. 2. nu. 17. lib. 1.
Rota Romā deciſ. 494. num. 7. in re-
collec. per Farin. 1. parte, tomo 2. pag.
35. his verbis: *Itē ex eo quod dictus Paul.*
fuit admiſſus in confratrem Beatæ Ma
riæ de Candelera, in qua non niſi hidalguis
recipiuntur.
34 Et actus diſtinctivi nobiliū à ple-
beis, probant nobilitatem, vt dicit Se
raphin. deciſio. 207. num. 3. parte 1. his
verbis

verbis: *Quo ſtante quoad ſecundã dubij partem dixerunt Ioannem ſufficiẽter probaſſe ſuam militarem nobilitatem, quia ex litteris Epiſcopi, & Capituli, per quos vocantur maiores ſui ad comicia, & militia vti nobiles militares: & per quas litteras diſtribuuntur ipſis impoſitiones, quæ ſolis nobilibus militaribus, tunc imponebãtur, probatur tractatus iſtorum, vti nobilium militarium.*

Nec obſtat ſextum, licet enim regula ſit quod privata ſcriptura non probat, l. inſtrumenta. C. de probati. Auth. ſiquis vult, in fin. C. qui potior
62 in pign. habeant. Limitatur tamen hæc regula; quando talis ſcriptura privata, non fuit impugnata; tunc plenè probat Salicetus in l. fin. numero 1. C. de fide inſtrumentorum; Rota Genuæ deciſione 21. numer. 3. & deciſione 72. numero 1. Surdus deciſione 199 numero 8. Maſcardus de probationibus, concluſione 121. numero 10. Craveta de antiquitate tempor. parte 1. ſectione quæritur, numero 23 & 24. Guido Papa deciſione 404. Menoch poſt multos, quos congerit de præſcriptio. lib. 2. præſcriptio. 46. numero 1. Cancer libr. 1. variarum, cap. 19. numero 14. & noviſsimè Nicola. Genua de ſcript. privat. libro 1. quæſtione 3. num. 210. pagina 20. vbi allegat Marc. Anton.
63 Maceratenſ. lib. 1. variarum reſolut. cap. 58. cap. 7. multos referentem, & alios plures addens: nam non contra dicere, & approbare paria ſunt, Bart. in l. ne in arbitris, in verſiculo, Venio ad finalem verſiculum, C. de ar-
64 bitris, idem Genua vbi ſupra. numero 211. addit ſic, In ſimili videmus quod copia inſtrumētis ipſa non opponente, ſic præciſè poſt alios addentes ad Afflictum deciſione 48. numero 2. & licet idem Genua numero 218. allegat Cravetæ dictum exiòma ita procedere intelligentem
65 quando quis non opponeret expreſſè, nec tacitè ipſo facto privatæ ſcripturæ; ſecus autem eſſet ſi facto opponeret puta petendo ſe abſolvi à petitis partis, vel quod concluſa per partem fieri non debent, & ſimilia; ſatis enim videtur eo caſu opponere contra producta per partem: ſi enim, inquit, approbare vellet non poſſet, ita petere; quia ſtante veritate ſcripturæ productæ, deberet condemnari, non autem abſolvi. Non enim vera eſt dicta opinio Cravetæ, & Genuæ, & ita meritò eum impugnat Menoch. de præſumptio. lib. 2. præſumptio. 46 num. 29, fol. 73. his verbis: Extenditur nunc primò propoſita hæc præſumptio, vt procedat etiam ſi opponeretur; ſed generaliter non adhuc iſte quem inſtrumentum propoſita fuerant fateri eā præſumuntur; ex quo generalis iſta oppoſitio non ſufficit. Ita reſpondit Collegium Bononienſe inter conſilia Curtij ſenioris, in conſil. 51. in nomine ſanctæ, columna 13. verſ. Quarto quia pro parte, ex ſenteatia Bartoli, in l. 1. num. 7. ff. de except. cum dixit exceptionem
66 certam & claram eſſe oportere, & nō ſufficere generalem, & apertius idem cenſuerunt Socinus ſenior in conſil. 103. numero 5. lib. 3. & Felin. in cap. Paſtoralis. numero 13. de exception. Dubitat tamen Craveta in dicto tractat. de antiquitate temporis, in 5. particula primæ partis in principio, nu. 30. & ibidem numero 32. ſubiungit, quod ſufficit opponere ipſo facto, nempe petendo ſe abſolvi à petitis adverſarij, vel quod concluſa per
67 adverſarium ſuum fieri non debent; ſed non eſt a traditione Bartoli, & ſequatium recedendum. Hactenus Menochius; quem ſequitur Cancer tomo primo variarum, capite

19. numero. 14. vbi lata dicta opinione Cravetæ, eam reprobat. In caſu autem noſtro Fiſci Regij patrimonij Procuratoris Syndicus Brachij militaris, nec Procurator Marchionis de Elig, qui partem faciunt in hac cauſa, non impugnarunt dictas ſcripturas privatas; immò eis fuit à Iudice mandatum, vt ſi quas impugnationes haberent, intra triginta dies deducerent; concedendo dilatationem triginta dierum in materia impugnativa, quæ fuit elapſa, & nihil fuit dictum in impugnatione.

67 Præterea dictæ ſcripturæ privatæ ſunt valdè antiquæ, & ſic ſaltem ſemiplenè probant, & hæc eſt vigeſima ſexta limitatio, quam addictam regulam, quod ſcriptura privata non probat, affert Genua de ſcripturis privatis, lib. 1. quæſtione 4. numero 232. & refert ſic præciſè tenentes inter alios Iaſon in repetio. legis admonendi, numero 90. & in lectura numero 77 in fine, ff. de iure iurando, Felinus in cap. 2. numero 10 de fide inſtrumentorum, Marſil. ſingul. 436. & 505. Hippolytus Riminald. conſilio 355. numero 3. volumine 4. Paulus de Montepico conſil. 97. numero 87. libro 1. Borrellus conſilio 4. numero 36. Craveta conſilio 274. numero 5. & de antiqui. parte 1. verſicul. Viſo, de verbis enunciativis, numero 1. Cephalus conſilii 108. numero 54. Caballa milleloq. 658. in fine, Menochius 462. numero 47. & Pedroch conſilio 32. numero 126 poſt alios Maſcardus conſil. 111. numero 8. & 1300. num. 1. Minſingerius obſervationum, centuria 5. obſervatione 79. Vnde quamvis eſſent impugnatæ dictæ Scripturæ privatæ facerent ſemiplenam probationem, & iuncta hac probatione cum alia reſultante ex verbis enunciativis inſtrumentorum antiquiſsimorũ, remaneret plenè probata nobilitas.

Nec obſtat ſeptimum, quia in caſu noſtro Iacobus Ortiz litigantium proavus, & alius Iacobus Ortiz eorum abavus, & Iacobus Ortiz Seniorem eorum attauus non ſolũ deſignantur cum dicto nomine Iacobi, & cognomine de Ortiz: ſed etiam cum alia demonſtratione, nimirum

68 de Elig & ſic ſumus in doctrina Bartoli in l. demonſtratio. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, vbi ponit exemplum de idemtitate perſonæ, dicendo Petrus Martini de Peruſio, nec pro parte Fiſci Regij patrimonij Procuratoris, vel Marchionis de Elig, fuit probatum alium extitiſſe in dicto oppido de Elig eiuſdem nominis, & cognominis eo tẽpore, & ſic remanet probata idemtitas; præterea Gratia. diſcept. for. tom. 3. cap. 554. num. 54. & ita ait: ſolũ dicebatur non probari, quod Bartolomeus à quo deſcendunt iſti domini de Sãctacruce, ſic ille Bartolomeus de quo loquitur, teſtamentum Georgij in quo tamen dicendum eſt, quod ſatis conſtat de idemtitate, quia teſtamentum Georgij vocat deſcenden-

69 tes Bartolomæi de Sãctacruce, vnde cũ cõcurrunt duæ demõſtrationes, videlicet nomẽ, & cognomẽ, quæ ſufficiũt ad probandam idemtitatem perſonæ. l. demonſtratio falſa, & ibi Bar. quæſt 7. num. 14. ff. de condiction. & demonſt.

demonſtratio. Aymon conſilio. 169. numero 4. Decius conſ. 13. pro tenui facultate, num. 9. Baldus in l. hac conſultiſsima, 1. verſ. Quæro quod ſi nomen. C. qui teſtamen. facere poſſunt, Maſcardus concluſ. 503. numero. 5. & concluſ. 875. numero 1. & eſt tex. in l. forma, & ibi gloſ. in verſic. Vicinos, ff. de cenſibus, Alexand. conſil. 35. numero 2 libro 5. & conſ. 151. numero 3. Rota coram Reverendo Patre domino Rubeo Bononien. Fidei Commiſ. 15. Decembris 1596. cum
70 etiam pluralitas non præſumatur, ita vt qui dicit extitiſſe alium eiuſdē nominis, & cognominis, debeat hoc probare. Bart. in l. ſi in rem. ff. de rei vendicat. & in l. ſi quis ſervum, §. ſi inter duos, de legat. 2. Iaſon conſ. 114. num. 6. lib. 1. Nata conſ. 97. numero 15. & conſil 235. numero 4. Riminald. Iunior conſilio 363. numer. 58. vſque ad 52. lib. 4. & ita loquuntur omnes qui contrariam tenent.

Nec obſtat octavum & vltimum quod fuit probatus actus contrarius nobilitati, nimirum, quòd Marchio de Elig iuriſdictionem criminalem exercuit in perſonis dictorum litigantium, & Iacobi Ortiz eorum patris, & Gregorij eorundem avi, reſpectu enim litigantium, & patris eorum, nulla poteſt haberi conſideratio horum actuum, cū enim per dictas ſentencias contra patrem latas in Regia Audiencia Valentina, & in Regio Conſilio Supremo fuiſſet declaratum Iacobum patrem no probaſſe ſuam nobilitatem, & contra eos erat præſumendum, interim Marchio de Elig, potuit iuriſdictionem criminalem exercere in eorum perſonis, donec plenè probaretur im proprietate nobilitas ſanguinis: reſpectu vero Gregorij litigantium tantum fuit probatum per vnicum teſtem, Marchionem de eius perſona in cauſa criminali exerciſſe, &
71 teſtis vnicus non probat, cap. licet vniverſis, cap. veniens, cap. iureiurando, & cap in omni negotio. extra de teſt. l. iuris iurandi, C. eodem, & latiſsimè Farinatius de oppoſitio. contra partes, quæſtio. 63. num. 1.

72 Secundo reſpondeo, quòd probata im memoriali poſſeſsione proprietatis in prædeceſſoribus, & legitima deſcendentia, debent nobiles declarari; quamvis probentur contributiones litigantis patris, & avi, & plures actus: vt inquit Seſſe deciſione ſexta, numero 21. & 22. & 23. cuius verba ſunt: Alius eſt modus probandi improprietate infançonia, & nobilitatem veluti per caſale, ſive ſolare, articulando in eo immemorialem poſſeſsionem nobilitatis eorum, qui in eo nati ſunt, & ſeu ab eodem deſcendant; nam hoc edicto, & probata deſcendentia litigantis ex eodem caſali, iudicabitur infantio, & nobilis in proprietate, prout in Regno Caſtellæ ita fieri referunt Doctores Caſtellani, maxime Garcia gloſſa duodecima per totam, Otalora de nobilitate, tertia parte, cap. ſeptimo, Bardaxi vbi ſupra, cuius ratio eſt, quia immemorialis illo titulo, caſalis, tali quali coadiuvata, vim tituli, & privilegij

Digitized by Google

habet. cap. ſuper quibus. §. præterea,
de verborbor.ſignif.l.ob iura.§ ductus aquæ,de aqua quotid. & æſtiv. &
ita multoties fuit in Regno iudicatũ,
etiam ſi prohibentur contributiones
ligantis patris,& avi,per plures actus
& annos,prout fuit iudicatu, &c. &
ibi refert diverſas deciſiones Regiæ
Audientiæ Aragoniæ; in caſu autem noſtro nobilitas, ſive militia di
ctorum litigantium non eſt in poſſeſ
ſorio,ſed in proprietate derivata, &
claris,& antiquis parentibus contrarios,ita Otalor.de nobilitate,3.parte,
73 cap.6.nu.7.verſ.Et ſi quæratur pag.
111.his verbis: Dico, quòd nobilitas
derivata ex claris, & antiquis parenti
bus per lineam rectã virilem, poteſt
conſiderari de per ſe in proprietate,
& ſcientia ſine aliqua poſſeſsione, vt
eſt illa de qua loquitur d.l 3.tit.21. p.
2.cuius verba iterum refero, que dizen: Hidalgui es nobleza que viene à
los hõbres por linage &c. Et ita fuit
opinio dar tis poetæ, quam diſputat
Bart in d.l.1.& pro ea facit text.in il
la l.1.C.de dignitat & l. Senator, &
l. Senatoris filium.ff.de Senato.&ha
betur Regum 18. ibi: Gloria filiorũ
47 parentes eorum. ſicut enim filius có
ſequitur per ſucceſsionem patris bona,& hæreditatem, ita conceditur ex
eo nobilitatem, & ſanguinis ſucceſ-
ſionem, quæ in terminis opes optima eſt ſucceſsio,quæ à parentibus derivatur, &c. Y que eſta nobleza, e
hidalguia derivada de los mayores,
ſe pueda conſiderar de por ſi ſola ſin
78 poſſeſsion, pruevaſe ex eo, quod in
Hiſpania,el hijo de algo de ſolar conocido, etiam ſine vlla poſſeſsione

habet exemptialem nobilitatẽ in proprietate, vt eſt videre(en los que viven en Vizcaya, y Guipuzcua,y tier
ras libres,y los quales,aunque alli no
aya actos de poſſeſsion,ſon hidalgos
notorios, porque ſi fueſſe notorio
no ſe pudieſſe averiguar que mi abuelo,o biſabuelo fue notorio hijodalgo, y mayorazgo, y ſeñor de vna
caſa antigua, y de las principales de
montañeſas,o ſeñor de titulo) etiam
ſi pater meus deſcendens legitimus,
qui eſt ex eo propter negligentiam,
vel alium cauſam non eſſe vius nobi
litate ſua derivata à patre, nec fuiſſe
in quaſi poſſeſsione nobilitatis, non
dubitarem,quin probata deſcendentia,& ſtirpe avi,vel proavi,ſine aliqua
poſſeſsione patris obtinerem in proprietate,vt infra latius dicã:quia quẽadmodum nõ prodeſſet mihi in proprietate, quaſi poſſeſsio nobilitatis,
mea,& patris, & avi, ſi conſtaret de
proavo,vel alijs aſcẽdentibus plebeis,
& innobilibus,ita per contrarium nõ
debet mihi nocere defectus poſſeſsio
nis eorum, quando poſſum docere
de ſtirpe nobilitatis.In caſu autẽ noſ-
tro licet non ſit probata domus materialis,ſive ſolare: eſt tamen probatũ
76 domũ, ſive familiã dels Ortizos eſſe
nobilem,&,vt inquit Gutierr. pract.
quæſtio.libro 3.deciſ.16.num.30. hoc
77 verbum Domus eſt analogum, &
quandoque ſumitur pro genere illius
de quo agitur exemplum in Eccleſ.
Vir multum iurans replebitur iniqui
tate, & à domo eius non recedat pla
ga,& in eodem ſenſu accipitur, Pſal.
mo 113.In Egypto Iſrael de Egyto,
domus Iacob de populo barbaro.Et
ut me-

num. 33. dicit: nobiles claros vocari, & nobilium clarum generis, claris ſanguinis, clara propago, clara progenies appellatur. Et numero 34. ſubdit, quod nobilitas eſt generis, vel alterius rei excellentia, & dignitas. Et numero 30. allegat legem Caſtellæ, nimiru l. 3. tit. 21. part. 2. quæ ſic ait: Fidalguia, ſegun diximos en las leyes antes deſta, es nobleza que viene a los hōbres por linage: e porende deven mucho guardar los que han derecho en ella, que no la adamien, ni la menguen, ca pues el linage faze que la ayan los hōbres: aſsi como por herencia, no deve querer el fidalgo que el aya de ſer de tan mala vētura que lo que en los otros ſe començò, y heredaron, mengue, y ſe acabe en el: y eſto es, quando el menguaſe en lo que los otros acrecentaron, caſando con el villano: pero la mejor parte dela fidalguia ganā los hombres por honra de los padres, &c.

Facit etiam prætenſum pro parte actorū, quòd licet Marchio de Elig, non poſsit cognoſcere de cauſis criminalibus militum, iuxta for. 80. de iudic. tamen eo tūc erat in poſſeſsione de cauſis criminalibus militum, & Regio Conſilio extra proceſſum hoc conſtitit cum ſententia lata in Regia Audiētia Criminali Valētiæ Cōſilio, referente Magnifico Vincent. Vidal, in fa vorem dicti Marchionis de Elig, & contra Petrum Soler militem eiuſdem oppidi, publicata per Caſparē Meliá die 4. Iulij 1577. cum qua fuit declaratum dictū Marchionem à multis annis citra fuiſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi cognoſcendi de militibus domiciliatis, & delinquētibus in dicto Marchionatu, licet poſtea dicta ſententia fuit reuocata cum alia lata in S. S. R. C. publicata per Ioannem Soler Notarium die 7. Decembris 1577. Et ſic cum Marchio licet de facto eſſet in dicta poſſeſsione, ſeu quaſi, vbi dictus actus eſſet probatus non eſſe contrarius nobilitati, ex quo de militibus etiam Marchio eo nūc cognoſcebat.

Præterea vbi eſſet probatū Marchionem iuriſdictionem criminalē exercuiſſe in perſona Gregorij Ortiz avi litigantium anno 1579. qui eſt actus contrarius nobilitati, & pariter alius ſimilis actus, nimirum mandatū factum per Gubernatorem, & Baiulum oppidi de Elig, litigantiū patri, anno 1584. vt ſolverit ius morabatini, & quod ab eius domo extraherētur pignora ob ſolutionem dicti iuris, quod mandatum fuit confirmatū tum duabus Regijs ſententijs in præſenti deciſione memoratis; adhuc nō obſtant hi duo actus Gregorio Ortiz, & eius fratribus in hac cauſa litigantibus, quia vt conſtitit præſcriptio centenaria, & immemorialis erat cōpleta tempore quo dicti duo actus nobilitati contrarij facti fuerunt; & cum ius plenè fuiſſet quæſitum, non perditur per actum nobilitatis contrarium, nec interruptio præſcriptionis prodeſt aliis, quam litiganti in eius cauſa, l. intra decēnio, ff. de diverſor. temp. præſcript. ibi: intra quatuor 79 annos vacantium bonorū delatorū; facta denunciatione deſtitit, poſt quatuor annos ſecundo delatori venienti, prior nūciatio, quominus præſcriptione

tione temporis ſubmoueatur nõ prõderit, Barc in l. 2. C. de fruc. & lit. exp. num. 4. fol. 77. quem refert & ſequitur additionator ad Anton. Gomez in l. 65. Tauri num. 3. gloſſ. in verbo: Innovata, in l cum notiſsimi. §. ſed & ſi quis, G de præſcript. 30. vel 40. annorũ, & hæc civilis prodeſt tantum interrumpenti nõ alij, l. 2. §. fin. ff. de ſtatu defuncto.

In hac cauſa in S. S. R. Conſilio nemine diſcrepante; fuit deliberatum dictos Gregorium Ortiz, Andræam Ortiz, & Iacobum Ortiz, fratres concludenter probaſſe eſſe milites & generoſos, & ſic ſuam ſanguinis nobilitatem: & in eorum favorem fuit lata ſententia in Regia Audientia Valentiæ, cum votis dicti S. S. R. Conſilij, publicata per Francicum Paulũ Alreus Regij maliti Scribã die 20. Decemb. 1629. A qua ſententia Fiſci Regij Patrimonij Procurator, ſupplicationem interpoſuit ad ſuam Maieſtatem, & ad eius Sacrum Supremum Regium Conſilium Aragonum. Et dicta cauſa pendente, ſua Regia Maieſtas dictis Gregorio Ortiz, Andreæ Ortiz, & Iacobo Ortiz privilegio nobilitatis conceſsit, vt poſſent appellari Don, iuxta conſuetudinẽ Regnorũ Coronæ Arag. in quibus quãvis habeat aliquis ſanguinis nobilitatẽ no poteſt appellari Dou, niſi obtineat privilegiũ quod dicitur nobilitatis, & iſtud fuit expeditum dicto Iacobo Ortiz, die 23. Septembris 1630. quod eſt regiſtratum in libro diverſorum Valẽtiæ 12. fol CCXI. & ſub eadem data fuerũt expedita alia duo priuilegia ſimilia in fauorem dictorum Andreæ, & Gregori Ortiz fratrum dicti Iacobi & in quolibet eorũ reperitur clauſula tenoris ſequentis: Tenore igitur præſentis de noſtra certa ſcientia, Regiaque auctoritate deliberaret conſulto caſſantes primitus, & annullãtes ſupplicationem à ſententia per dictũ noſtrum Fiſcum interpoſitam, eidemq; ſilentium ſempiternum ſuper præten ſis per illum imponentes, & imponi mandantes. Et ita tranſivit in rem iudicatam dicta ſententia lata die 20. Decembris 1629.

DECISIO XXV.

Error an, & quando tollat conſenſum, maximè in contractibus.

1 *Error eſt valde contrarius conſenſui.*

2 *Actus non debet operari vltra agentis intentionem.*

3 *Indebitum per errorem ſolutum, vaut ipſum, aut tantũdem reperitur.*

4 *Condictio indebiti competit adverſus eam perſonam quæ te delegavit.*

5 *Pactum adiectum in inſtrumento locationis videtur pars pretij ſi talis fuerit contentio contrahentium, & nu. 6.*

7 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

8 *Relationis natura ſicut nitum demonſtrationis eſt natura veritatis ex coniunctione ſcriptruarum patentis.*

9 *Venditur res minori pretio ratione oneris inuncti.*

10 *Contrahentes cenſentur contrahere iuxta conſuetudinem loci.*

11 *Error non tollit conſenſum qui pro ſubſtantia emptionis, & venditionis requiritur.*

12 *Error*

12 *Error in materia, vel qualitate ſubſtā tiali, non vitiat ſtipulationem propter conſenſum in corpore.*

13 *Error in materia ſolum in maiori parte non vitiatur contractum bonæ fidei.*

14 *Error in qualitate in matrimonio nō vitiat matrimonium.*

15 *Errare licet quis videatur cum cauſa cum tamen animus donandi habuerit non competit condictio indebiti.*

16 *Condictio indebiti non competit ſi non liquet indebitum ſolutum fuiſſe.*

CIvitas Valentiæ locavit vectigalia, ſive gabellas, vulgo appellatas les ſiſes, Michaeli Ioāni Periz, & ſocijs pretiū octuaginta trium mille librarum monete Valentiæ quolibet anno per trienniū, quod incepit à die prima Iunij 1623. vſque ad vltimum diem Maij 1625. cum capitulis veteribus, & novis, hoc eſt, cū pactis apponi ſolitis in locationibus factis tam tēpore antiquo, quam de recenti: in inſtrumento autem locationis dictorum vectigaliū anni 1541 ſecundum capitulum continet in pactum fuiſſe deductum, quod conductores tenerentur reſtituere perſonis Eccleſiaſticis quantitates ſolutas ratione dicti vectigalis, ſicut hactenus fuerat obſervatum, nimirum ex viginti partibus tres, & quod propter hoc nullum cauſaretur præiudicium Civitati circa prætenſionem quam habebat contra dictas Eccleſiaſticas perſonas circa reſtitutionē quantitatuū ratione vectigalis, imo iura eidem Civitati ſalva remanerent, & quod ſi durante tempore dictæ conductionis fuiſſet declaratum in fauorem dictæ Civitatis, omne lucrum, quod ex dicta declaratione reſultaret cederet in beneficium dictæ Civitatis, & nō cō ductorum: poſtea anno 1614. fuit actum dictum ius vectigalis impoſitū ſuper vino, vulgo appellati, la ſiſa del vi, vt ſicut antea ſolvebantur tres ſolidi pro libra (quæ eſt viginti ſolidorū) de cætero ſolverētur 4. ſolidi pro lib. vnde tēpore quo fuit facta locatio vectigalis dictis Michaeli Ioāni Peris, & litis conſortibus iam ſolvebantur quatuor ſolidi pro libra valoris vini, & reſtitutio Eccleſiaſticis fieri ſolebat hoc modo, quod ex valore vini per eos empti reſtituebātur quatuor ſolidi pro libra; ita enim intelligebāt tam officiales Civitatis, quam dicti Peris, & litis conſortes faciendā eſſe reſtitutionem Eccleſiaſticis, in quo dicitur errorem interveniſſe, tantum enim dictis Eccleſiaſticis perſonis reſtitui debebant ex viginti quatuor ſolidis quatuor. Nam ex quo ſunt exemptæ à vectigalibus reſtituitur id, quod ipſæ ſolverunt, & ad facilio rem vectigalis exactionem, illud in pretio vini imponitur hoc modo; Quod ſi amphora vini venditur pretio quinque ſolidorum, quæ eſt quarta pars libræ, imponitur pro vectigali ſiue ſiſa amplius vnus ſolidus, & vinū dictæ amphorę diſtribuitur in ſeptuaginta duas menſuras parvulas, quarū vnaquæque venditur vno nummo,
79 & ſic ex vino vnius amphorę exiguntur ſeptuaginta duo nummi, quorū ſexaginta, qui efficiunt quinq; ſolidos ſunt pretium vini reliqui verò duodecim, qui efficiunt vnum ſolidum ſunt

pro

pro dicto vectigali, ſive ſiſa, & ita pecunia quæ exigitur pro dicto vectigali eſt incorporata in mẽſura, & caupones emunt vinum ad menſurã cũ amphora maiori (quæ vulgo, canter gros, ſive cavaller appellatur) quod ſi emitur pretio quinque ſolidorũ tantum continet ſexaginta mẽſuras parvulas, quę ſingulę venduntur vno nũmo, ipſi vero cauponæ vendunt vinum eiuſdem amphoræ in ſeptuaginta duas partes diſtributum, quæ vulgo canter ſiſat appellatur, & ita cauponæ exigunt ab emptoribus ſex ſolidos pro amphora, & ex viginti quatuor ſol. dic, qui ſunt pretium quatuor amphorarum per ipſos minuatim venditarum tantũ exigunt quatuor ſolidos ad recuperandum dictum vectigal, & ſic emptores, ſive ſæculares, ſive Eccleſiaſticæ perſonæ dũtaxat ſolvunt in pretio vini ex viginti quatuor ſolidis ſextam partem pro vectigali, ex quo tamen vectigal eſt quatuor ſolidorum pro libra, omnes errarunt exiſtimantes pro qualibet libra reſtituendos eſſe, prout reſtituti fuerunt quatuor ſolidi dictis perſonis exemptis, hoc errore comperto anno 1624 Civitas Valentiæ tantum reſtituere decrevit, & cũ effectu reſ. reſtituit dictis perſonis exemptis ſextam partem, nimirũ quatuor ſolidos pro viginti quatuor, & pretij in Regia Audientia perſonas Eccleſiaſticas, quibus facta erat per errorẽ reſtitutio in maiori quantitate cõdemnari ad ſolvẽdum eidem civitati exceſſum, circa quod pendet adhuc lis indeciſa, quia dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ prætẽdunt ei. reſtitutas fuiſſe quãtitates debitas, & non plus, & tunc conductores dictorum vectigalium petierunt eandem Civitatem condẽnari ad eis ſolvendũ quãtitates quas indebitę reſtituerant dictis perſonis Eccleſiaſticis ratione dicti vectigalis; hoc eãm fecerunt de mandato iudicis deputati per eandem Civitatem, (qui Racional appellatur) qui eis pręciperat, vt reſtituerent quatuor ſolidos pro libra, in hac lite vertẽte inter conductores vectigalium ex vna, & Syndicum Civitatis parte ex altera, per Doctorem Regiæ Audiẽtiæ Io. Hieronymum Blaſco vti iudicẽ Syndicatus, ſive Viſitatorem officialium, & reddituum Vrbis, fuit dictus Syndicus ab impetitis abſolutus, ſententia publicata per Sebaſtianẽ Mey, in locum Franciſci Lopez de Perera Notarij Scribæ cauſarum dictæ Viſitationis, die 10. Ianuarij 1628. Cauſa devoluta per appellationem ad S. S. R. C. in eo pro parte conductorum, ſive arrendatorium dictorum vectigalium allegabatur.

Primo, ſuppoſito errore, quem vtraque pars habuit exiſtimando quintam partem eſſe reſtituendam, & ſic quatuor ſolidos pro libra, certum eſt

1 in dictis conductoribus deficere cõſenſum, nihil enim tam contrarium conſenſui, quam error, l. nihil 116. §. non videtur. ff. de reg. iur. ibi: Nõ videntur qui errãt conſentire. l. ſi per errorem. 15. ff. de iur. omn. iud. & ita cũ non conſenſerint in reſtitutione faciẽda amplioris quãtitatis, quam re vera erat reſtituenda, nullatenus cõ

2 pelli potuerunt ad ſolvendum indebitum, actus enim non debet operari

ri vltra agentis intẽtionem,l,nõ omnis,19.ff.ſi cert.petat.ibi: Non omnis numeratio eum, qui accipit obligat, ſed quoties id ipſum agitur, vt confeſtim obligaretur. Vnde dicti conductores poſſunt recuperare à Civitate quantitates.de illius mandato inde
3 bite ſolutas,l.1.ff.de condict. indebi. l.quod indebitũ 7.ff.eod.ibi : Quod indebitum per errorem ſolvitur, aut ipſum,aut tantundem repetitur. Et cum Civitas mandaverit conductoribus,vt pecuniam indebitam perſonis Eccleſiaſticis ſolverent, contra eã dem Civitatem condictio indebiti
4 competit,l.2.de condictio.indeb ibi: Adverſus eam,quę te delegavit,condictionem habere potes:vbi glo.fin. ait:nihil referre:an accipiat per ſe, vel per alium.

5 Secundo:Nam licet pactum adiectum in inſtrumento locationis, ſeu arrendamenti vectigalis,vulgo dicti, de les ſiſſes,dicẽdo:fieri iuxta capitula vetera, & noua,& iuxta cõſuetudinẽ obſervatã videatur pars pretij,iuxta l.fundi partem 79.ff. de contrahẽ. empt.ibi:Fundi partem,ea lege vendidiſti,vt emptor alteram partẽ, quã retinebas,annis decem certa pecunia in annos ſingulos conductã habeat, Lãbeo,& Trebatius negãt poſſe ex vendito agi, vt id,quod convenerit fiat.ego contra puto, ſi modo ideo viliùs fundum vendidiſti,vt hæc tibi condictio præſtaretur: nã hoc ipſum pretium fundi videtur,quod eo pacto venditus fuerat,eoq; iure vtimur. Revera tamẽ non fuit in occurrenti caſu pars pretij,cum officiales Civitatis non habuerint intentionem: ideo locare vectigalia pretio octuaginta trium mille librarum, vt lucri facerẽt quantitates,quas indebitè conductores ſolvebant dictis perſonis Eccleſiaſticis,ratione vectigalis:& hæc intentio erat neceſſaria, vt pars pretij dici poſset:quod probatur in d l fundi partem, ibi: Si modo ideo viliùs fundum vendidiſti, vt hæc tibi cõductio præſtaretur,l.hæredit item 24 ff. de hæred.vend ibi:Quia ideo minus hæreditas venierit,vt hic legatũ præſtaret emptor.l. ſi venditor 6 in fine, ff.de ſervis export.ibi:Sed in contrarium me vocat Sabini ſententia, qui vtiliter,ideo agi arbitratus eſt,quoniã hoc minoris homo veniſſe videatur. Negari autem non poteſt officiales Civitatis,qui nomine illius dictã locationem faciebant, hanc intentionẽ non habuiſſe:cum ignorarent reſtituendam eſſe dumtaxat ſextam partem perſonis Eccleſiaſticis:imo errabant,credendo:eis reſtituendam eſſe quintam partem, & ſic quatuor ſolidos pro libra valoris vini,per eos minutatim empti.

Sed his non obſtantibus, contrarium viſum fuit S.S.R,C.

Primo, quia negari non poteſt, quòd ſi Civitas Valentiæ ſciviſſet,tãtum eſſe reſtituendam ſextam partẽ quantitatis ſolutæ per Eccleſiaſticos, ratione vectigalis vini, & non quintam partem , prout reſtitui ſolebat, non locaſſet pretio dumtaxat octuaginta trium mille librarum monetæ Valentiæ,iura vectigalium, ſed maiori quãtitate,ſeu pretio, Et pariter cõductores, ſuppoſito quòd debeat reſtituere quintam partem minus pretium

tium obtulerunt quam obtuliſſent ſi
cogitarent ſextam dumtaxat partem
eos reſtituros fore. Vnde hoc pactū
eſt pars pretij venditionis vectigalis,
d.l. fundi partem. 79. ff. de contrahē.
empt. & dicti conductores, ſive arrē
datores probe ſcribant dictam cōſue
tudinem reſtituendi perſonis Eccle-
ſiaſticis quintam partem: & cum fac-
cta fuerit locatio dicti vectigalis iux-
ta capitula vetera, & nova, & iuxta
conſuetudinem ad dicta omnia ſe re
ferendo; proinde eſt, ac ſi conducto-
7 res ſe obligaſſent reſtituere quod ſo-
litum erat, nam relatum eſt in referē
te, cum omnibus ſuis qualitatibus, l.
aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. & alijs re
latis, Ludovii. deciſ. Rotæ Romanæ
522. num. 9. & 10. & vt inquit Baldus
conſ. 212. num. 1. volum. 1. natura rela
8 tionis, ſicut natura demonſtrationis,
eſt natura veritatis ex coniunctione
ſcripturarum patentis: & ita non poſ-
ſunt dicere indebitam ab eis eſſe quā
titatem ſolutam, licet vniverſitas Ci
vitatis nō deberet tantum reſtituere
Eccleſiaſticis, quo enim ad cōducto-
res erat debita, cum virtute pacti ap-
poſiti in dicto inſtrumento locatio-
nis eam ſolvere devicti eſſent.

Secundo facit, quod ſcribit Can-
cer lib. 3. vari. tit. 1. de actio. n. 29. & 34.
vbi ait: Quod ſi Petrus vēdidit domū
Ioanni pretio mille librarum ea lege,
vt de dicto pretio ſolveret Franciſco
creditori ſuo, quingenta; ſi, revera nō
debentur illa quingenta, emptor non
tenetur illa ſolvere Franciſco; ſed Pe
tro venditori. Etenim cū illud onus
ſit ei iniunctum, ſi non venerit ſolvē
dum, id lucro venditoris cedere de-
9 beret. Cum ſit certum ratione dicti
oneris iniuncti, minoris rem vendi-
tum fuiſſe, l. fundi partem ff. de cont.
empt. Et licet de hoc dubitare videa
tur Bald. d. conſ. 315. num. 2. Tamen
vera mihi videtur hæc limitatio, pro
qua videatur Matthæus Gribald. in
ſuis communibus opinionib. verbo,
Venditio.

Tertio: quamvis dictum pactum
non eſſet adiectum in contractu lo-
cationis, adhuc videtur ipſos agere
non poſſe; quia plenè probatum eſt
in proceſſu: conſuetudinem eſſe reſti
tuere perſonis Eccleſiaſticis, ratione
dicti vectigalis exacti ex viginti ſoli
dis, tres ante annum 1614. in quo fuit
auctū ius dicti vectigalis, & poſt di-
ctum annum quatuor ſolidos pro li-
bra, & ſic quintam partem; iuxta quā
10 conſuetudinem cenſentur contraxiſ-
ſe, l. quod ſi nolit 31. §. aſſidua. ff. de
ædil. edict. ibi: Quia aſſidua eſt du-
plę ſtipulatio, placuit exēpto agi poſ-
ſe, ſi duplam venditor mancipij non
caveat, Surd. deciſ. 223. num. 11. deciſ.
Genuæ 10. num. 34. qui alios allegant:
cum igitur conductores dicti vecti-
galis probe ſcirent reſtitutionem fie-
ri Eccleſiaſticis modo prædicto, oblī
gati remanēt reſtituere quintā partē,
licet revera non deberent reſtituere
Eccleſiaſticis niſi ſextam.

Nec obſtat, quod dicitur defeciſſe
conſenſum, ex quo errarunt exiſtimā
do dictam quintam partem, & non
ſextam eſſe reſtituendā; dictus enim
error non tollit conſenſum, quod be
11 ne declarat Mantica in tract. de tacit.
& ambig. convent. lib. 3. tit. 4. de con
ſenſu, qui pro ſubſtantia emptio. &
vendi,

vendito,requiritur num.6. ad med.
his verbis: Sed ſi aurum venditum
fuerit deterius; quam emptor exiſti
maret,tunc emptio valet,l. aliter.10.
ff.de contrahen.emptio.& ſimiliter,
ſi quis emerit agrum,vel vineā, quā
credebat eſſe vberrimam,emptio va
let,licet in rei qualitate erraverit,cap.
1.in fine,.29.quæſtion. 1.Præterea,ſi
ego me virginem emere putabam,
cum eſſet iam mulier, emptio vale-
bit, & prætet iura allegata à Manti-
ca,facit l.1.§.fin.ff.de pignor.action.
ibi: Si quis tamen cum æs pignori da
ret affirmavit hoc aurum eſſe, & ita
pignori dedit. videndum erit an æs
pignori obligaverit,& nunquid quia
in corpus conſenſum eſt,pignori eſ-
ſe videatur, quod magis eſt, l.ſi id,
quod aurum.22.ff.de verbor. oblig.
ibi: Si id quod aurum putabā,cū æs
eſſet,ſtipulatus de te fuero,teneberis
mihi huius æris nomine:quia in cor-
pore conſenſerimus,& ibi Iaſo.nu.1.
notat,quòd error in materia,vel quā
12 litate ſubſtantiali,non vitiat ſtipula-
tionem propter conſenſum in cor-
pore,& ſic conſenſus in ſuperficie fa
cit actum valere, licet ſit erratum in
13 qualitate inviſibili: & idem num. 6.
ſubiungit:quòd quando erraretur in
materia,ſolum in maiori parte,tunc
valet contractus bonæ fidei.l quid ta
men 14.ff. de contrahen.empt: cuius
verba ſunt: Quid tamen dicemus, ſi
in materia,&qualitate ambo errarēt?
vt puta ſi & ego me vendere aurum
putarem, & tu emere, cum æs eſ-
ſet, vt puta, ſi cohæredes virio-
lam, quæ aurea dicebatur,pretio ex-
quiſito vni hæredi vendidiſſent,eaq;

inventa eſſet magna ex parte ænea?
venditionem eſſe conſtat.ideo,quia
auri aliquid habuit:nam ſi inauratum
aliquid ſit,licet ego aureum putē,va-
let venditio:imò quod fortius eſt in
matrimonio, in quolibet debet eſſe
cōſenſus,error in qualitate nō vitiat
14 matrimonium,vt dicit ad literā tex.
in can 1. in fi.29.quæſt. 1. his verbis:
Similiter qui ducit in vxorem mere-
tricem,vel corruptam, quā putabat
eſſe caſtam,vel virginem,non poteſt
eam dimittere,& aliam ducere.Vn-
de licet in caſu noſtro ambæ partes
erraverint:exiſtimando quintam par
tem eſſe reſtituendam perſonis Ec-
cleſiaſticis,cum revera ſexta tantum
reſtitui debuerit; cum tamen in cor
pore conſenſerint, nimirum, quod
fieret reſtitutio eius partis,quæ reſti-
tui ſolebat, & eo modo, quo fiebat
reſtitutio per alios conductores vec
tigalium Civitatis;negari non poteſt
valere locationem,& ſufficere cōſen
ſum præſtitum circa reſtitutionem
faciendam,modo ſolito:& quamvis
ipſi erraverint; in cauſa tamen, cum
animus donandi ſextam partem in-
tervenerit,non competit condictio
indebiti,l.in ſumma,65. §. id quoq;,
ff.de condictio.indeb. Cuius verba
ſunt: Id quoque, quod ob cauſam
datur,puta,quòd negotia mea adie-
cta ab eo putavi, licet non ſit factū;
quia donare voluit.quāvis falſo mi-
hi perſuaſerim, repeti non poſſe.

Vltimo: indubitatum eſt dictis
conductoribus condictionem inde-
biti non competere contra dictam
Civitatem:quia non liquet indebitū
fuiſſe ſolutum:quia adhuc pēdet lis
in

In Regia Audientia inter dictam Civitatem ex vna, & Syndicum Capituli Eccleſiæ Metropolytanæ Valentiæ & Brachij Eccleſiaſtici ex alia. Super hoc: an fieri debeat reſtitutio quintæ, vel ſextæ partis: prætendunt enim Eccleſiaſticæ perſonæ, & exemptæ à ſolutione vectigalium, reſtitutionem eis fieri ſextæ partis: ne dum ex eo, quod ſolverint dictam quantitatem incorporatam in pretio vini per eos minutatim empti: ſed etiam quia ex alia cauſa eis debebat fieri reſtitutio, & donec declaratum fuerit, non eſt liquidum id, quod eſt fundamentum intentionis dictorum conductorum prætendentium ſcluiſſe quantitates indebitas, & ita Vniverſitas Civitatis Valentiæ, modo venit ad ſolvendi, reſervato iure, ſi quod competit conductoribus vectigaliũ, caſu quo Civitas obtineat contra dictas perſonas Eccleſiaſticas, & exemptas, in dicta lite. & ita non eſt neceſſe modo examinare merita originalis iuſtitiæ.

Ex quibus deliberatum fuit in dicto S.S.R. Conſilio, vt ſententia lata per Doctorem Hieronymu Blaſco, Regium Viſitatorem Civitatis Valentiæ, die 10. Ianuarij 1628. in favorẽ dictæ Civitatis contra dictos conductores confirmaretur, reſervato iure, ſi quod eis competebat contra dictã Civitatem, ſeu cõtra dictas perſonas exemptas; & ita fuit pronunciatũ ſententia publicata per Hieronymũ Ricarte, Regium Scribam mandati, in locum Ioannis Hieronymi Serra dictæ cauſæ Scribæ, die 7. Aprilis 1629. A qua ſententia licet pars dictorum cõnductorum ſupplicavit; poſtea tamen dictæ ſupplicationi renunciavit: & ita dicta ſententia tranſivit in rem judicatam.

DECISIO XXVI.

Sententia, licet tranſierit in rem iudicatam: ſi tamen, qui eam obtinuit, paſſus ſit de meritis cauſæ cognoſci, poteſt iudex ſuper eis pronunciare. Subſtitutio fideicommiſſaria, pluribus facta: an reſolvatur in ſingularitates: an vero verificari debeat in perſonis omnium.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio, ſi fuit in parte tantum interpoſita, adverſarius ea ſe iuvare non poterit.*

2 *Iudex appellationis, ſive ſupplicationis, tantum, poteſt cognoſcere de Capitulo, quod ad eum fuit devolutum.*

3 *Appellatione, vbi eſt interpoſita, ab ea parte, quæ facit contra appellantem, in reliquis tranſit in rem iudicatam.*

4 *Appellationis iudex habet iuriſdictionem per devolutionẽ circa ea, quæ vertuntur in prima inſtantia, & non ſuper alijs.*

5 *Appellatione, licet interpoſita a certo capite: ſi tamen pars appellans paſſa eſt de meritis totius cauſæ tractari, poterit iudex de meritis totius cauſæ cognoſcere.*

6 *Iudex, ex quo cognovit, de cauſa pronũciare debet.*

7 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, niſi opponatur: etiam ſi ſint tres ſententiæ conformes.*

8 Sen-

8 *Sententia, licet tranſierit in rem iudicatam, ſi ex eius tenore deprehenditur iniquitas, poterit de ipſa cognoſci.*

9 *Pluralitas contenta in fideicommiſſo; an debeat intelligi copulatiue: an vero reſolvatur in ſuas ſingularitates.*

10 *Pluralitas contenta in fideicommiſſo videtur intelligenda copulatiue, & ſic vtriuſque mortem expectandam, vt locus ſit ſubſtituto, & nu. 11. 12. 13. 14. 15. & 18.*

15 *Pluralitas minus reſolvitur in ſingularitates, quando ſumus in altero ex vocatis ſuperſtite, qui ex præſumpta mente teſtatoris cenſetur magis dilectus quam ſubſtitutus, tanquam proximior, & num. 25.*

17 *Conditio ad plures relata, requirit cõcurſum omnium.*

18 *Pluralitas in fideicõmiſſo, reſolvitur in ſuas ſingularitates, & num. 19. 20. 21. 22. & 27.*

24 *Teſtator magis præſumitur diligere ſuos deſcendentes, quam extraneum.*

25 *Aſcendentes præſumuntur perſonæ Magis dilectæ.*

26 *Tranſverſales; & quovis modo ſanguine coniuncti, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt cohæredi, dicuntur perſonæ magis dilectæ, ad excluſionem ſubſtituti.*

28 *Ius accreſcendi, etiam poſt emolumentum quæſitum, habet locum in vſufructu, & habitatione.*

29 *Ius accreſcendi potius poteſt eſſe inter duos vſufructuarios, quam inter hæredem proprietarium, & vſufructuarium.*

30 *Pupillari in ſubſtitutione requiritur: quod ambo impuberes inſtituti decedant, vt locus ſit ſubſtituto.*

31 *Subſtitutio pupillaris cenſetur teſtamentum patris, & filij.*

32 *Subſtitutio pupillaris eſt conditionalis inſtitutio.*

33 *In ſubſtitutione vulgari non admittitur ſubſtitutus, niſi decedat coniunctus, cui hæreditas cohæredis non adeuntis delata fuerat.*

34 *Subſtitutio vulgaris locum habet ante aditam hæreditatem. Et ſic eo tempore, quo eſt locus iuri accreſcendi inter hæredes.*

35 *Plures ſimul coniuncti videtur vnum corpus.*

36 *Subſtitutio compendioſa facta cenſetur, quando teſtator dixit poſt mortẽ ſubſtituo Caium.*

37 *Subſtitutio compendioſa, comprehendit vulgarem, & fideicommiſſariam.*

38 *Subſtitutione in compendioſa, ſi evenerit caſus vulgaris, oportet, quod nullus inſtitutus adierit hæreditatem. Et ſic, quod verificetur in perſona vtriuſque: ſi vero evenerit caſus fideicommiſſariæ: tunc pluralitas reſolvitur in ſingularitates.*

39 *Stephani Gratian. doctrina ſupra relata nu. 15. impugnatur.*

40 *Filiorum appellatione non comprehẽduntur nepotes.*

41 *Inſtitutio facta de filio non porrigitur ad nepotem.*

42 *Filiæ appellatione neptis comprehenditur: Et 44.*

43 *Inſtitutio ſimpliciter facta de filio, extenditur ad nepotes.*

45 *Tutela ex parte filiorum videtur favorabilis.*

46 *Tutor datus a patre, non præſtat fi-deiuſſores: ſecus ſi a iudice.*

47 *Copulatiua ſæpe reſolvitur in diſiun-ctam, & nu. 50.*

48 *Adoptio de iure Regni Valentiæ & de iure communi debet fieri coram iu-dice, vel in actis Curiæ.*

49 *Conditiones plures, ſi coniunctim da-tæ ſint hæredi, omnibus parendum eſt.*

PEtrus Verdu Calligarius, in ſuo vltimo, & valido teſtamento, recepto per Ioannem Gaçull quondā Notarium die 16. Novēbris 1574. & publicato 9. Aprilis 1577. hæredes ſimul inſtituit Chriſtophorū Verger, eius nepotem, ſiue nebot, & Ioannā Sancho eius vxorem. Diſponendo: ꝙ ſi illi decederēt abſq; liberis legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & procreatis, hæreditas eius perveniret ad filios Iacobi S. pert, d. teſtatoris nepotis, ſiue nebot, ad faciendū de bonis eiuſdē ad liberas voluntates. Et ſi dictus Chriſtophorus Verger, & Ioanna Sancho decederent cū filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, bona dicti teſtatoris pervenirent ad filios dictorū Chriſtophori Verger, & Ioānæ Sancho, æquis partibus, vita eorū dūtaxat durante: & poſt illorū obitum, ad eorūdem filios, videlicet, nepotes dictorū Chriſtophori Verger, & Ioānæ Sancho cōiugū, ad faciendū de dictis bonis ad ſuas liberas volūtates. Et evenit caſus, quod moriente dicto Chriſtophoro Verger, primo hærede, eiſſu peryixerūt tres filij dictorū cōiugū; nimirū Petrus Verger, Chriſtophorus Verger iunior, & Angela Verger & de Alçate. Et poſtea d. Ioāna Sancho vidua nupſit Vincētio de Aierdi: in ſecundis nuptijs, ex quo matrimonio ſuſcepit d. dōnam Vincētiā de Aierdi & de Cēreltas, & dictus Petrus Verger abſq; liberis deceſsit, ei ſuperviuentibus, d. Ioanna Sancho, eius matre, Chriſtophoro Verger, eius fratre, vtrinq; cōiuncto, Angela de Alçate, filia dictæ Angelæ Verger, eius ſororis, vtrinq; coniunctæ, & dicta dōna Vincentia ſoror vterina.

In Regia Audientia Valent. fuit prætenſū per d. D. Vincentiam Aierdi & de Centelles, ipſam ſucceſsiſſe in ſemiſſe bonorum dicti teſtatoris, tanquam filiam vnicam, & hæredē dictæ Ioānæ Sancho, & declarari, poſt mortē Chriſtophori Verger iunioris, caſu quo ſine liberis decederet, omnia bona, in dicta hæreditate recadentia, ad ipſam pertinere. Et in hac cauſa, fuit lata ſententia in eadem R. A. publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regij mandati Scribā die 9. Auguſti 1625. cum qua fuit declaratum: in ſemiſſe, ſeu dimidia parte bonorum, & hæreditatis Petri Verdu, teſtatoris quæ pertinuerūt Chriſtophoro Verger, ſucceſſiſſe filios ſuperviuētes, Petrū, Chriſtophorū, & Angelā Verger durante vita illorū tantū, vti iuſsit teſtator; & poſt mortē Angelæ, tertiam partem dictæ ſemiſsis pertinuiſſe Angelæ Dalçate, actrici: deinde verò poſt mortem Petri, tertiam partem dicti ſemiſsis, quā habuit liberā, quia obijt abſq; filijs, pertinuiſſe ab inteſtato Ioānę Sācho eius matri, Chriſtopho

ro Verger, eius fratri, & Angelæ Dalçate, dicti Petri nepti, ex Angela Verger, eius ſorore, vtrinq; coniuncta; exclusa in hoc Vincẽtia, quia ex alio patre procreata, iuxta diſpoſitionẽ fori 1. de inteſt. & pariter dictã Angelam Dalçate, & Vincentiã, & Chriſtophorũ ſuccedere in tertia parte; 3. partis; in qua, per mortẽ Petri ab inteſtato; ſucceſſit Ioãna Sãcho, avia, & mater illarũ reſpective. Rurſus per mortẽ dictæ Ioãnæ Sãcho, in alia ſemiſſe dictæ hæreditatis Petri Verdu, ſuccedere dictã nũc domnã Annã Vincentiã Aierdi & Cẽtelles, eius filiã ex ſecũdo matrimonio, & dictũ Chriſtophorũ Verger, durãte eorũ vita, vt teſtator diſpoſuit, & Angelã Dalçate actricẽ, intrãdo locũ ſuæ matris, Angelæ Verger, ſeu illã repræſentando, æquis portionibus, & partibus, vnà cum fructibus perceptis, & percipiẽdis à die litis mótæ.

A qua ſentẽtia, tantũ ſupplicavit d. dõna Vincẽtia, in capite, ſeu capitibus ſibi præiudicialibus tãtũ, & cauſã ſupplicationis introduxit in hoc S.S.R.C. vbi de meritis originalis iuſtitiæ totius cauſæ actũ fuit, abſq, vlla, proteſtatione dictę dõnæ Vincẽtię ſupplicantis.

In hac cauſa primo fuit dubitatũ in Cõſilio: an tantũ poſſet cognoſci de capite, à quo ſupplicavit d. dãna Vincẽtia, an verò de meritis totius cauſæ: Et videbatur primo nõ poſſe hoc S. S.R.C. declarare, niſi in capite, à quo fuit ſupplicatũ: cũ enim tantũ ſuppli-
1 caverit in parte, ſupplicatio fuit limitata; & ſic adverſarius ea ſe iuvare nõ poteſt, vt poſt Imol. in c. cũ Ioãnes, n. 16. de fid. inſtr. probat Surd. deciſ. 143. n. 4. in fi. & n. 5. & iudex appella-
2 tionis, ſive ſupplicationis tãtũ poteſt cognoſcere de capitulo, quod ad eũ fuit devolutũ per ſupplicationẽ, ſeu appellationẽ, l. per hanc: C. de appel. ibi: Per hãc divinã ſanctionẽ decernimus, vt licẽtia quidẽ pateat in exercẽdis cõſultationibus, tã appellatori, quã adverſæ parti: nobis etiã adſertionibus vtẽdi, vel exceptionibus, quę nõ ad novũ capitulũ pertinẽt, & vbi appellatio eſt limitata, hoc eſt, quando vna pars appellat à capite, ſeu capitibus ſibi præiudicialibus tantũ, illa appellatio tantũ valet in illa parte, & in reliquis ſentẽtia tranſit in rẽ iudicatã
3 Frãc. in c. 7. ſi duobus. n. 8. verſ. Quæritur, de appel. Et idẽ eſt ſi appellatũ ſit nõ expreſſo, & limitatè, ab aliquo certo capitulo: ſed cũ clauſula ab ea parte, quæ facit cõtra appellantẽ. ſcribit ibidẽ n. 9. verſ. tertio quæritur, & n. 10. refert & ſequitur Scacc. de appel. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 21. nu. 19. pag. 691. idem limita. 47. memb. 2. nu. 23. pag 770. idem Scacc. c. 2 q. 11. art. 3. n.
4 17. inquit: quod iudex appellationis habet iuriſdictionẽ per devolutionẽ, circa ea, quæ vertuntur in prima inſtãtia, & nõ ſuper aliis, Affl. deciſ. 155. num. 2. Pute. deciſ. 184. num. 4. & 5. lib. 2.

Sed contrarium fuit reſolutũ, ex quo pars dictæ dõnæ Vincẽtiæ ſup-
5 plicãtis, paſſa fuit de meritis totius cauſæ tractari, tũc enim licet ſentẽtia trãſierit in rẽ iudicatã, poteſt iudex de meritis cauſæ cognoſcere, & ſuper eis declarare. Ita Felin. in c. inter monaſteriũ, n. 23. ex. de ſentẽt. & rẽ iud. vbi

inquit:quod ſi de viribus primæ ſententiæ fuerit cognitū, parte non opponéte exceptionē rei iudicatæ, valet revocatio illius, Cęſar Barz.deciſ.Bon. 154.n.9.& alijs relatis probat Cácer lib.3.var.c.17.de ſentēt.n.9. huius rei rationē reddit Innoc.in c.cū dilecta, n.3.prop.fi.& in c.cū Bertoldus,n.4.
6 de ſent.& re iud.dicēs:quòd ex quo cognovit iudex, pronūciare debet,li de qua re.ff de iudic.Surd.conſ.160. n.50.verſ. Reſpōdeo,& n 51.lib.2.vbi inquit:quòd nō obſtāte ſententia, quæ tranſivit in rē iudicatā,quādo ille, qui eā reportavit paſſus eſt de illius viribus, & iuſtitia tractari, & cognoſci, neq;oppoſuit de re iudicata,valet ſententia cōtra eā lata,& omnia acta,quæ illā proceſſerūt, vt voluit Innoc. in c. dilecta.de reſcrip.probat Bal.in l.poſt ſententiā,n.2.C de ſent. quia exceptio
7 rei iudicatæ non obſtat, niſi opponatur,alios citādo,Feli. in d.c.inter monaſteriū,col.7.verſ. Limita primo, & col.11.verſ.Limita octavo. Et procedit etiā;ſi tres ſint ſententię cōformes, vt voluit Barbat.in clem.1. de re iud. Hactenus Surd. Et cū ſententia lata in Reg. Aud. Valent. in c.de quo infra, ex eius tenore, notoriè iniqua viderētur,potuit Supr. Conſiliū de ea cognoſcere,& ſuper ea declarare: quā vis
8 eſſet in rē iudicatā trāſacta, cau Bertoldus,ex.de ſent. & re iudic vbi hoc notat Felin.n.4.ibi: Vel hic hoc verū eſſe cum in tenore ſententiæ eius,deprehendirur iniquitas,Rebuf.1.tom. ad conſtitut.Regias,tit. de ſententiar tic.3.gloſ.vnic.n.22.& de hoc cognoviſſet Supremum Conſilium, viſum fuit per eo pronunciare, provt pronunciavit.

Deveniēdo igitur ad merita originalis iuſtitiæ, dubitatū fuit: an illa
9 pluralitas cōtēta in dicto fideicō miſſo,ſi Chriſtophorus Verger, & Ioanna Sancho,primo loco hæredes inſtituti,decederent cū filijs legitimis, & naturalibus, bona dicti teſtatoris pervenirēt ad filios dictorū Chriſtophori Verger, & Ioānæ Sācho æquis partibus,debeat intelligi copulative,hoc eſt,vt ambo decedāt, antequā ſit locus ſubſtituto: an vero reſolvatur in ſuas ſingularitates; ita, vt moriente vno,ex dictis duobus hæredibus inſtitutis,in portione illius ſuccedāt ſubſtituti. Et videbatur vtriuſq; mortem eſſe expectandam vt locus ſit ſubſtituto.

10 Primo per tex.in l.codicillis, 34.ff. de vſu & vſufruct.ibi: Pactiæ,& Trophimæ dioetas omnes,quibus vti cōſuevit,habitet,quā domū poſt mortē eorū,ad Rēpublicam pervenire volo;iuncto verſ.ſi reſpōdit: quo ad aliquis eorum viuat, fideicommiſſum Reipublicæ non deberi.

Secūdo per tex.in l.1.§.fin ff.de v
11 ſufruc.accreſcen.cuius verba ſunt: Si duobus hæredibus inſtitutis, deducto vſufructu, proprietas legetur, ius accreſcēdi hæredes nō habere:nā videri vſumfructū conſtitutū, non per concurſum diuiſum, vbi glo. in verbo,cōcluſum,declarat ſcilicet,vtriuſque inſolidum.

12 Tertio per tex in l.penul. C.de im pub.& alij. ſubſtitu. ibi: Cum quidam duobus impuberibus filijs ſuis hæredibus inſtitutis adiecit;ſi vterque impubes deceſſerit,illum ſibi hæredē eſſe,'dubitabatur apud antiquos legū

auto-

autores: verũ ne tu ſic voluerit ſubſti-
tutũ admitti, cum vterq; filius eius in
prima ætate deceſſerit: an alterutro
decedente, illico ſubſtitutũ in eius par
tē ſuccedere. Et placuit Sabino, ſubſti
tutionē tunc locũ habere, cu vterque
deceſſerit: cogitaſſe enim patrē, primo
filio decedēte, fratrē ſuũ in eius por-
tionem ſuccedere. Nos eiuſdem Sa-
bini veriorē ſententiā exiſtimātes, nõ
aliter ſubſtitutionem admittendam
eſſe cenſemus, niſi vterq; eorum in
prima ætate deceſſerit.

Quarto facit tex. in l. qui duos 42.
13 ff. de vulg & pupi. ſubſt. ibi. Qui duos
impuberes filios hæredes relinquerat,
ita ſubſtituit: ſi ambo mortui eſſent,
deinde pueri poſt mortē patris ſimul
perierũt, duæ hæreditates ſubſtituto
deferũtur; ſed ſi diverſis tēporibus vi
ta decedant in hæreditate nouiſsimi
pueri, eius fratris, qui ante mortuus
eſt, hæreditatē ſubſtitutus inveniet.

Quinto facit tex. in l. quāvis, verſ.
14 cũ tamē. C. de imp. ibi: Cũ tamē pro
ponat, ita ſubſtitutionem factā eſſe; ſi
mihi Firmianus filius, & Ælia vxor
mea (quod abominor) hæredes non
erũt, in locũ eorũ Publicus Firmianus
hæres eſto. Manifeſtũ eſt in eũ caſum
factam inſtitutionem, quo vtrique hę
redum ſubſtitui potuit.

15 Sexto facit, quod ſcribit Gratian.
diſcept. for. to. 2. diſcep. 299. vbi teſta-
tor vocavit filios dd. Marcij, & Pōpei
fratrũ, & poſt mortē eorũ copulative
coniunctorũ. Et inquit Gratia. requi-
ri; quod prius ambo fratres ſint vita
functi, antequam filij ſubſtituti ſucce
dāt: & inter alia pōderat n. 5. & 6. quod
ſubſtitutio ibi nõ erat facta filijs, ſed

extraneis nepotibus ex fratre, coniun
ctim vocatis: quo caſu requiritur,
quod vterq; deceſſerit, vt admittatur
ſubſtitutus, quaſi tuc magis attēdatur
proprietas ſermonis, quā alia cõiectu
ra, vt in ſpecie caſus noſtri de nepoti-
bus, cõcludit Beroi conſ. 69. in princ.
16 lib. 2. Menoc. cõſ. 797. n. 22. & 23. lib. 8.
Et ſubiũgit Gratia. hæc verba: Minus
autē dicta pluralitas in caſu; de quo
agimus, debet reſolvi in ſingularitatē
cũ ſimus in altero ex vocatis ſuperſti
te, qui ex præſumpta mēte teſtatoris,
cēſetur magis dilectus, quā ſubſtitu-
tus, tāquā proximior, ita vt iſta maior
cõiunctio operetur, vt nõ ſit admittē
dus ſubſtitutus ad portionē præmor
tui. Corn. cõl. 93. n. 9. ad med. verſ. Et
pro cõcordia. lib. 3. & cõſ 298. n. 6. vſ-
que ad 9. lib. 4. Deci. in l. cũ quidā, col.
pen. in prin. verſ. Et iſta cõcluſio, n. 6.
C. de impub. & alijs ſubſti. Caſan. cõ
ſil. 14. n. 13. & c. Et ide Gratia. n. 18. pō
derat ibi fuiſſe ſubſtitutos filis poſt
mortē Marcij, & Pōpei; quæ verba
ſunt cõditionalia, hoc eſt, ſi deceſſe-
17 rint; & dicta cõditio, tanquā ad plu-
res relata, requirit cõcurſum omniũ. l.
ſi hæredi plures, ff. de cõdit. inſtitu.
18 Et hāc opinionē, vt requiratur mors
vtriuſq; inſtituti, vt ſubſtituti admit-
tantur, tenuerũt DD. in d l. penult. C.
de impub. nimirum Cin. Bart. Bald.
Angel. Alber. Salice. Alex. Iaſ. Corn.
Curt. iun. & alij cõmuniter Bal. in l.
poteſt, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. glo. in
l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & ibi
Bar. Caſt. & Alexd. Caſt. in l. pater ſi
ham. §. fin. ff. ad l. Falcid. & ibi Alex.
Caſt. in l. ſi his qui ducenta. §. item ſi
pater. ff. ad l. Falcid. & ibi Socin. ſen.

Alexand.in l.cum qui.ff. ad Trebell. & ibi alij DD.Socin.ſen. in l.1. quæſ. 2 quæſtionis 5. principalis,ff.de vulg. Vigl.in §.vel ſingulis,inſtitut.de pupill. Ripa in l.hæredes mei,§.cum ita num 118. ff.ad Trebellian.& ibi Socin.iun. num 80. Torn.num. 116.& Zanch. numero. 915.cum multis ſequentibus.Alexand.conſ.91. num.2. & 8. lib.1.Gabr.de ſubſtitio.concl.3. Mantica de coniect. vltimar.volunt. lib.11.tit.5. num.10.vbi teſtatur de cõmuni opinione Alexan. Trentacinq. de ſubſtitutio.part.2.cap.6.num.5. & ſeqq.vbi dicit eſſe communẽ opinionẽ Intring.q.48.nu.27.& ſeqq. tenet hanc opinionem: quando ſubſtitutio eſt facta cũ adiectione nominis collectivi.Peregr.art.13.nu.22.& nu.56. & art.12.nu.61 Hiero. Ceuall.Specu. commun conten. com q 615. vbi teſtatur de communi opinione.

Sed his non obſtatibus,contrariũ fuit deliberatum, nimirũ, pluralitatem reſolvi in ſuas ſingularitates.

19 Primo per text.in l.Lucius 78.in § Gaio.ff. ad Trebell.cuius verba ſunt Gaio Seio ex ſemiſſe,Titia,ex quadrãte,& alijs ex reliquis portionibus,hæredibus inſtitutis,ita cauit:Fidei autẽ veſtræ mando Cai Sei, & Lucia Titia,vti poſt obitũ veſtrũ reddatis, reſtituatis Titio, & Sẽpronio ſemiſſem patrimonij,& portionis eius,quã vobis dedi.Quæſitũ eſt, cũ vterq; adierint hæreditatem,& poſtea Gaius Seius defunctus ſit,Lucia Titia hærede inſtituta: An hæc Lucia Titia partẽ dimidiam ſemiſsis, quã rogatus erat Gaius Seius reſtituere protinus debeat? An vero poſt ſuam demu mortem vniverſum fideicommiſſum, tã ex ſua perſona,quam ex Cai Sei datũ reſtituere debeat? Reſpondit Luciam Titiam,ſtatim teneri,vt partem dimidiã ſemiſsis ex perſona Sei reſtituat.

20 Secundo per tex. in l.falſa 33.§ fi. ff.de conditio.& demonſtr.ibi: quid ergo,ſi quis ita ſcripſerit: Stychum,& Pamphilum Titio do, lego,ſi mei erunt,cum moriar,& vnũ ex his alienauerit:an vel alter poſsit à legatario vendicari,placet vẽdicari:nã hunc ſermonem,licet pluralis ſit,pro eo oportet accipi,atque ſi ſeparatim dixiſſet; Stychum cum meus erit, cum moriar, Pamphilum, ſi meus erit cum moriar.

21 Tertio,pro hac ſententia facit tex. in l.hæredes mei 57.§.cũ ita.ff.ad Trebel.ibi:Cũ ita fuerit ſcriptum: fidei filiorum meorum committo,vt ſiquis eorum ſine liberis prior diem ſuum obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat;quod ſi vterq; ſine liberis diẽ ſuũ obierit;omnẽ hæreditatẽ ad neptem meam Claudiã pervenire volo: defuncto altero,ſuperſtite filio: nouiſſimo autem ſine liberis, neptis prima quidẽ facie,propter cõditionis verba no admitti videbatur;ſed cũ in fideicomiſsis,volũtatẽ ſpectari cõveniat,abſurdũ eſſe reſpõdi;ceſſante prima ſubſtitutione, partis nepti petitionẽ denegari,quã totũ habere voluit avus,ſi novißimus fratris quoq; portionem ſuſcepiſſet.

22 Quarto probatur in l,fi.§.filiũ,& filia,ff de leg.2.cuius verba ſunt: Filiũ, & filiam hæredes inſtituit, & libertis legata dedit, eorumq; fideicõmiſſit in hæc verba: A vobis peto,vt quid

quid

quid vobis legavi, contenti ſitis vivẽtes, vt poſt vos, filijs meis reſtituatis. Defunctæ teſtatricis filia Mævia, libertus deceſsit, hærede inſtituto patronę filio ex parte debita, ex altera extraneo. Quæſitum eſt: an adita hæreditate, patronæ filius à cohærede ſuo partẽ eorũ, quę ex teſtamento matris ad Mæviũ libertũ pervenerãt, petere poteſt, reſpondi, eius, quod ei deberetur, ſi hæreditatem non adiſſet: partẽ à cohærede petere poſſe.

Quinto, & vltimo: licet verum ſit
23 quod pluralitas, in ſubſtitutione fideicõmiſſaria, nõ reſolvitur in ſuas ſingularitates, vbi ſupereſt perſona, quæ ex veroſimili mente teſtatoris ſubſtitutum excludat: ſed copulative requiratur, vt ambo ſine liberis deceſſerint, ita Bar. in d. l. hęredes mei. §. cũ ita, nu. 5. verſ. Itẽ fallit, ff. ad Trebel. l. is qui, §. item ſi pater, ff de reb. dub. l. cũ acutiſsimi. C. de fideic. l. generaliter, C. de inſt. & ſubſti. & tenent plures DD. relati per Fuſar. in tract. de ſubſti. q. 473. n. 30. qui n. 33. inquit: perſona magis dilecta dicitur illa, quæ eſt de liberis teſtatoris. Bar. in d. l. hęredes mei, §. cũ ita, n. 5. & ib Alex. Socin. ſen. n. 26. Ripa n. 132. vbi teſtatur de communi opinione Socin. iun. n. 88. & Zanch. p. 8. nu. 230. Bar. in l. pen. C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibi Bald. Salicet. Alexan. & Corneus, Paul. de Caſt. in l. ſi pater, ff. vulgar. & pupil. ſubſt. Emman. Coſt. in cap. ſi pater, in verbo, Si vtrumq; num. 4. de teſtament. in 6. Alexand. conſ. 38. colum. 1. lib. 1. & conſ. 11. lib. 3. Socin. ſenio conſ. 94. numer. 11. lib. 4. Bertrand. conſ. 6. lib. 2. in noviſsimis, vbi teſtatur de communi opinione, & conſ. 283. lib. 1. Guid. Pap. conſilio 216. & conſ. 218. Ruin. conſilio. 125. numero 6 lib. 3. Pariſ. conſil. 42. numero 28. & conſil. 44. columna penultima in fin. lib. 2. & conſ. 39. lib. 3. Alciatus conſil. 487. numero 15. verſiculo, Et cogitatus, ſecundum antiquam impreſsionem. Beroi. conſilio 129. numero 61. lib. 2. Modern. Pariſ. in additio. ad Alexand. conſilio 175. lib. 2. Craveta conſ. 109. numer. 3. Alba conſil. 86. numero 7. Marzar. conſil. 14. num. 7. Cephalus conſilio 132. num. 6. vbi aſſerit eſſe communẽ opinionem, Surd. conſiliõ 568. in fine lib. 4. Menochius de præſumption. præſumptio. 186. num. 19. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, Anto. Gabr. de ſubſtitutio. concluſ. 3. num. 9. Mantic de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit 5. num. 19. qui dicit hanc eſſe communem ſententiã, Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p. c. 26. n. 17. & ſeqq. vbi teſtatur de communi opinione. Præt. de interpret vltim. volunt. fol. 317. num. 18. Peregr. de fideicom. art. 13, num. 46. Intreng. de ſubſtitu. cent. 3. quæſt. 47. n. 19. verſ. Præterea, qui ferè omnes volũt, ſolũ deſcẽdẽtes præſumi perſonas magis dilectas, nõ alios. Seraphi. deciſ. Roma. 1190. n. 4. verſ. Neq; frater. Ratio huius declarationis eſt: quia teſtator magis præ- 24
ſumitur diligere ſuos deſcendentes, quam extraneum: & conſequenter voluiſſe eos præferre: argumento legis cum acutiſsimi, C. de fideicommiſsis., cum concordantibus. Quæ præſumptio non habet locum in extraneis, ſicuti etiã in trãſverſali-

bus,nõ habet locum diſpoſitio d. l.
l cum acutiſsimi,vt ibi poſt alios,di-
xit Padil.num.26.Tiraquel in l.ſi vn
quam,in verbo ſuſceperit liberos, n.
265. C.de revocand.donatio.& ple-
nius dixi ſupra quæſt. 397. an condi-
25 ctio, ſi ſine liberis, ſubintelligatur fra
tre gravato,ſed quod aſcẽdentes præ
ſumantur perſonæ magis dilectæ, vo
lunt Beroi.conſ 119.nu.16.lib.2. Me-
noch lib.4.de præſumpt. præſumpt.
186. ante nu.20 Intrig. d.q 48. n.19.
in fin.idẽ de tranſverſalibus, & quo-
vis modo,ſanguine coniũctis,qui ab
26 inteſtato ſucceſſuri erant cohæredi,
vt dicãtur perſonæ magis dilectæ ad
ſubſtituti excluſionem,ſcribũt Imol.
in d.l.hæredes mei.§. cum ita & ibi
Tornacel.nu.142.ff ad Trebell.Corn.
in l penult.colum.6.& ibi Deci.nu.9.
Curt.iun.num.11 & Iacob. col.3. C.
de impube. & alijs ſubſtitutio.idem
Corn.conſ.31 conſ.97.conſ. 330. col.
1.conſ.283. num.3.lib.1.conſ.22.conſ.
138.lib.2.conſ.93. num.0.lib 3 conſil.
159. colum penult.& conſ.298.lib.4.
Barbat.conſ.55 lib.2.Socin.ſen. conſ.
86.col.penult.lib.3.Gozadi. conſ.64.
verſ.Quinto adduco.Ruin.conſil.87.
col.penult.&ſequent.lib.3.Odd.cõſ.
9.num.17. & bene ponderat Dec. in
d.l.penul. C.de impub.& alijs ſubſti
tutio.num 6.ad med. quod,licet Bar.
ponat exemplum in liberis, nõ tamẽ
præciſè videtur alios excludere. Vtcũ
que tamen ſit,in caſu noſtro dubita-
ri non poteſt,dictam Ioannam San-
cho ex veroſimili mẽte teſtatoris, nõ
excludere ſubſtitutos; quia dicta Ioã
na Sancho erat extranea, & ſubſtitu-
ti,cõſanguinei teſtatoris,& ita ſumus
in caſu regulæ: quod in fideicõmmiſ
ſaria ſubſtitutione pluralitas reſolvi-
tur in ſuas ſingularitates.

27 Et hanc ſententiam: quod in fidei
commiſſaria ſubſtitutione,pluralitas
reſoluatur in ſuas ſingularitates,& in
cuiuſcumque perſona extiterit condi
tio, locus ſit ſubſtitutioni tenuerunt
Bart.in d.l.hæredes mei.§.cum ita,ff.
ad Trebell num 5.verſ.Si vero loqui
mur in fideicommiſſaria,& ibi Paul.
de Caſtr.num.4. Alexand. num. 15.
Socin.ſen.num.26. Ripa nu. 129. vbi
ait, quod Bar. ſequuntur omnes alij
indifferenter,Socin.iun.num 83. qui
pariter de communi teſtatur, & alij
communiter,Corraſ.in l penul.num.
18. C de impub. & alijs ſubſtitutio.
& conſulendo Ancharran. conſ. 31.
& conſ.300. Alexand.conſ.58. lib. 1.
Soci.ſen.conſ.94 lib.4.Ripa de ſub-
ſtitutio reſp.2.& reſponſ. 15. nu. 22.
Alciat. conſ.487. num. 4.14.& 19 Be
roi.conſ 119.nu 14. lib. 2. vbi dicit ita
omnes tenere Marz: r.conſ.14.num:
6.& 8.Cephal.conſ. 629. num. 13. cũ
ſeqq.& conſ.711. num.1. Pereg.conſ.
50.num.16.& conſ. 132.num.2. lib.5.
Menoc.conſ. 128.n.28.& in tractati-
bus, Anto.Gabr.de ſubſtitu.concluſ.
3.n.9.Mantic.de coniectur. vltimar.
volun.lib.5.nu.17.vbi aſſerit: eſſe com
munem opinionem Alexand.Tren-
tacinq.de ſubſtitutio.part:2.cap.6.nu
mero 27. cum ſeqq.vbi teſtatur de cõ
muni opinione Præt. de interpretat.
vltim.volunt.fol.310. num.7.& ſeqq.
Menoch.lib.4.præſumpt.186. nu.12.
Peregr.de fideicommiſ.art. 13.nu. 33.
& num.36, & artic.12.nu. 67, Intrig.
de ſubſtitutio.cent.3.queſt.48 nu.14.
Gallus

Digitized by Google

Gallus de extemio ſucceſ. tit. 4. exceptio. 25. num. 38. part. 2. Ruſtic. in l. cú auus, lib. 3. cap. 14. num. 2. ff. de cond. & demonſtrat. Seraphi. deciſ. Roma. 1190. num 4 idem Seraphi. deciſione 123. num 8. & nouiſsime, poſt ſupra dictos, Fuſar. de ſubſtitutio. quæſtio. 472. num. 22 pag. 613. & præter ſupra dictos, Ludouiſi. qui fuit Papa Gregor. XV. deciſ. 296. num. 4. pag. 277. Et ita fuit deciſum ſententia lata in Regia Audientia, in favorem Petri, & Chriſtophori Verger, contra Matthæum Ioannem Aierdi, & Vincentiam Aierdi, eius filiã, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, Regij mandati Scribã die 11. Ianuarij 1606. his verbis: Cum verſemur in ſubſtitutione compendioſa, facta in teſtamẽto Petri Verdu, & non ſuperſit perſona, poſt mortem Christophori Verger, patris dictorum Petri, & Chriſtophori Verger, quæ ex veroſimili mẽte dicti teſtatoris, dictos ſubſtitutos excludat, quo in caſu, de iure, pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates.

Nec obſtant in contrarium adducta: & primo non obſtat l. codicillis 34 ff. de vſufruct. nam vt reſpondet Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell num. 4 prope fin. verſiculo, Pono, ille text. loquitur in vſufructu,
28 & habitatione, in quibus etiam poſt emolumentum quæſitum, eſt locus iuri accreſcendi l. 1. in fine. ff. de vſufr. accreſcend. merito donec aliquis ſupereſt, non extat conditio fideicommiſsi; eſt enim cui poſsit accreſcere.

Secundo reſpondeo cum gloſſ. in verbo, Non deberi, in d. l. codicillis; quod ibi conditio in primo legato poſita, ſcilicet in fundo primo legato, & in habitationis legato repetita creditur, l. avia. ff. de conditio. & demõſ. Quod bene conſtat ex littera d. l. codicillis, quæ ſic habet: Codicillis fideicommiſſa, in hæc verba dedit: Libertis, libertabuſque meis, & quos in codicillis manumiſsi, fundum, vbi me humari volui, dari volo, vt qui ab his deceſſerit portio eius reliquis accreſcat, ita vt ad noviſsimũ pertineat, poſt cuius noviſsimi deceſſum, ad Rempublicam Arelatenſium pertinere volo. Hoc amplius, libertis, libertabuſq; meis habitationes in domo, quandiu vivent. Pactiæ, & Trophimæ dictas omnes, quibus vti conſuevit habitet, quam domum poſt mortem eorum ad Rempublicã pertinere volo. Quæſitum eſt Reipublicæ fideicommiſſum: vtrum ab hærede, an à libertis datum ſit. Reſpondit ſecundum ea, quæ proponerentur: poſſe ita verba accipi, vt eius legatarij, qui noviſsimus decederet fideicommiſſum videatur. Idem quæſijt: defunctis, quibuſdam ex libertis, quibus habitatio relicta erat: an portiones domus, in quibus hi habitaverant, iam ad Rempublicam pertineant. Reſpondit: quod aliquis eorum vivat, fideicommiſſum Reipublicæ non deberi.

29 Secundo non obſtat text. in l. fin. § fin. ff. de vſufr. accreſcend. nam ibi expreſſe teſtator diſpoſuerat; deduci vſumfructum à proprietate: & ita potius debet eſſe ius accreſcendi inter duos vſufructuarios, quam inter hæredem proprietarium, & hæredem vſufructuarium, Quod clarè probatur in l. ſi alij, ff. de vſufruc. legat: vbi, Modeſ.

deſtinus ſic ſcribit: ſi alij fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi teſtator legaverit, ſi eo propoſito fecit, vt alter nudam proprietatem haberet, errore labitur: nam detracto vſufructu, proprietatem eũ legare oportet, eo modo, Titio fundum, detracto vſufructu, lego, vel Seio, eiuſdẽ fũdi vſumfructum; hæres dato: Quod niſi fecerit, vſusfructus intereos communicabitur, quod interdum plus valet ſcriptura, quam quod actum ſit.

30 Nec obſtat tertio l. penult. C. de impub. & alijs ſubſtit. loquitur enim in ſubſtitutione pupillari, in qua requiritur, quod ambo impuberes hęredes inſtituti decedant, vt locus ſit ſubſtituto. Cuius rei rationem reddit Peregrin. in tract. de fideicom. art. 11. nu. 28. verſic. Nam ſubſtitutio. pag. 117.

31 Nam ſubſtitutio (inquit) pupillaris cenſetur teſtamentum patris, & filij, ff. de vulgar. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis, ff. de inoff. ſic. teſtam. Reſpectu igitur patris, ſubſtitutio facta impuberibus, interpretatur facta, vt quoad eos, & inter eos voluerit reſeruare ius legitimatum hæreditatum, ad excludendum interim ſubſtitutũ, vt in dictis iuribus, quia pupillaris ſubſtitutio eſt cõditionalis inſtitutio.

32 d. l. cohæredi. §. cohęres. ff. de vulgar. & eſt perinde, ac ſi pater illum inſtituiſſet ſub conditione, Si filij impuberis decederent pupilli; quo caſu, inter eos, inteſtata ſucceſſio videretur abſque dubio reſeruata.

33 Nec obſtat quarto l. qui duos 42. ff. de vulgar. loquitur enim in pupillari ſubſtitutione. Et ita procedunt quæ proximè dicta ſunt.

Nec obſtat quinto l. quamvis. C. de impub. & alijs ſubſtit. loquitur enim in vulgari ſubſtitutione: quo caſu nõn admittitur ſubſtitutus, niſi decedat coniunctus, cui hæreditas cohæredis non adeuntis delata fuerat. Cuius rei rationem reddit Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita, num. 4. ff. ad Trebel. Quia ſubſtitutio vulgaris locum 34
habet ante aditam hæreditatem, & ſic eo tempore, quo eſt locus iuri accreſcendi inter hæredes: vnde niſi conditio exiſtat in perſona vtriuſque, ſecundum quod verba ſonant, nõ vocatur 35
ſubſtitutus, videntur enim illi plures ſimul coniuncti, vnum corpus, vt C. de caduc. tollen. §. his ita, verſic. Hoc ita tam variè: cum natura verborum, & propria ſignificatio requirat, quod in perſona vtriuſque exiſtat conditio ſubſtitutionis, ab hac non receditur: eſt enim alius, cui poteſt quęri, per ius accreſcendi, ex præſumpta voluntate defuncti. Quod clarius explicat Bal. in l. 1. num. 5. C. de conditio. inſer. his verbis: Et ratio eſt, quia vulgaris ſubſtitutio ordinatur merè in favorem teſtatoris, cuius intereſt, habere cupitum hæredem: quæ ratio ceſſat, cum vno hærede exiſtente, haberet, quod deſiderat per ius accreſcendi. Quod latius declarat, & bene confirmat Mãtica de coniect. ultim. volunt. lib 11. tit. 5. num. 3. 4. & 5. Et nouiſſimè Ludouiſius, ſive Gregor. XV. deciſione Romã. 296. num. 3. vbi inquit: in vulgari ſubſtitutione, pluralitatem non reſolvi regulariter in ſingularitates, iuxta communem opinionem: in fideicommiſſaria autem, in qua verſamur, regulam eſſe in contrarium.

Nec

Nec obſtat ſexto: quod ſi ſcribit Gratian, diſcept. foren. lib. 2. cap. 299. eius enim doctrina, in primo argumento vera non eſt: licet enim compendioſa ſubſtitutio facta cenſetur,
36 quando teſtator dixit: poſt mortem inſtituti, ſubſtituo Caium, vt inquiunt Bar. in l. Centurio, num. 9. ff. de vulg. Alex. in l. teſtamento num. 9. in fin. C. de teſtam. milit. Menoch de præſumpt. lib. 4. præſump. 51. num 19. &
37 plures alij, quos refert Fuſar. de ſubſtitutio. q. 223. num. 7. Tamen dicti cōpendioſa ſubſtitutio non tantum cōprehendit vulgarem: ſed etiam fideicommiſſariam. Et ita inſpiciendu eſt; an evenerit caſus vulgaris ſubſtitutionis, vel fideicommiſſariæ: & ſi ſuccedìtur ex vulgari, obſervandum eſt,
38 quod diſpoſitum eſt in vulgari, in l. quamvis, C. de impuber. quod ſubſtitutio extiterit in perſona vtriuſq;: nimirum, vt nullus adierit hæreditatem: ſi verò ſucceditur ex fideicōmmiſſaria, tunc debet obſervari, quod diſpoſitū eſt in fideicommiſſaria, vt pluralitas reſolvatur in ſingularitates: Ita docet Bar. in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell. num. 5. poſt medium, verſic. Si vero loquimur: Vnde eſt fallax argumentum dicti Gratian. dicta diſcept. foren. 299. num. 1. & 3. cum non
39 ſuccedatur in vim ſubſtitutionis vulgaris, comprehenſæ in compendioſa: ſed etiam ſuccedi poſsit in vim fideicommiſſariæ, ſub eadem contentæ. Nec verum eſt indiſtinctè, quod ipſe ait numero 6 pluralitatem debere reſolvi in ſingularitatem, cum eſſet ſuperſtes alter ex vocatis, qui ex præſumpta mente teſtatoris cēſetur magis dilectus, quā ſubſtitutus, tanquā proximior, ita, vt iſta maior coniunctio operetur, vt non ſit admittendus ſubſtitutus ad portionem præmortui. Ad quod fundamentum allegat Deci. in l. cum quidam, colum. penultima in principio, verſiculo, Et iſta concluſio, num 6. C. de impuber. & alijs ſubſtitu. Et tamen Deci. hoc nō dicit: ſed tantum ponit limitationem dicendo: quod pluralitas non reſolvitur in ſingularitates, quando ſupereſt perſona, quæ ex tacita mente defuncti ſubſtitutum excludit, & non affirmat, quod ex quo eſt proximior cenſetur magis dilectus; imó hoc eſt expreſſè contra text. in l. cum avus 102. ff. de conditio: & demonſtratio. vbi, cum avus filium, ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, à nepote petijt, vt ſi intra annum trigeſimum moreretur, hæreditatē patruo ſuo reſtitueret, & nepos, liberis relictis intra ætatem ſupra ſcriptam, vita deceſſit: & tamen inquit I.C. filium teſtatoris non eſſe vocatum; & negari non poteſt filium eſſe proximiorē, teſtatori, quam pronepotem filium ſcilicet nepotis gravati: ergo non ſequitur, eſt proximior: ergo magis dilectus. Nec etiam tuta eſt doctrina eiuſdem Gratian. nu. 8. dum inquit: quod ibi fuerunt ſubſtituti poſt mortem Martij, & Pompeij, quæ verba, poſt mortem, ſunt conditionalia: cum idem ſignificent, ac ſi teſtator dixiſſet: Et ſi deceſſerint: vnde (inquit) iſta conditio tanquam ad plures relata, requirit concurſum omnium, l. ſi hæredi plures, ff. de condit & demonſtrat. Hæc enim doctrin.

eſta

Digitized by Google

eſt contra communem opinionem; ſupra relatam num. quod in fidei-commiſſaria ſubſtitutione ex voluntate teſtatoris, non requiritur mors omnium inſtitutorum, ſed potius pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates.

Vnde in caſu noſtro rectè fuit deliberatum in Supremo Conſilio: per mortem dicti Chriſtophori Verger, primi hæredis ſucceſsiſſe eius filios virtute fideicommiſsi.

Tertio, ex quo domna Vicentia Aierdi,& de Centelles prætendebat: non poſſe ſuccedere dictam Angelã Alçate,& de Iornet, d.Chriſtophori Verger neptem: ſed tantum filios primi gradus, dubitatum fuit: an filiorũ appellatione, veniant nepotes. Et vide-
40 batur: filiorum appellatione non cõprehendi nepotes. l quid ſi nepotes, 6 ff.de teſtament.tutel.ibi: Quid ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum, & ipſis tutores dati ſint, videndum; & magis eſt &, ipſis, quoque dati videantur: ſi modo liberos dixit: Cæterum ſi filios, non cõtinebuntur; aliter enim filij, aliter nepotes appellantur? Pro eadem ſententia (inquit Bar. in l.liberorum.220.num.5.poſt princip. ff.de verbor.ſignificat.) Allegat Rei-
41 ner.l.Gallus.ff.de liber.& poſthu. vbi inſtitutio facta de filio non porrigitur ad nepotem. Tertio, cum extent filij dictorum Chriſtophori Verger, ſenioris,& Ioannæ Sancho, non poſſũt ſuccedere nepotes, l.hæredes mei, 57.§.fin.ff.ad Trebel.ibi: Peto de te, vxor chariſsima, vti, cum morieris hęreditatem meam reſtituas filijs meis, vel vni eorum, vel nepotibus meis, vel cui volueris, vel cognatis meis, ſi cui voles ex tota cognatione mea, inter filios reſpondi ſubſtitutionem fideicommiſſi factam videri; circa nepotes autem, cæteroſque cognatos facultatem eligendi datam: ex cæteris autẽ cognatis, ſi nepotes ſupereſſent, non rectè mulierem electuram, propter gradus fideicommiſſo præſcriptos: deficiente verò gradu nepotum, ex cognatis, quam velit, perſonam eligi poſſe.

42 Sed contrarium fuit dictum in caſu noſtro: imò quod filiæ appellatione, neptis contineatur, iuxta doctrinã Bart.in d.l.liberorum.num.5. ibi: aut teſtator diſpoſuit circa filios, eos honorando,& eis providendo, aut ipſos gravando, aut non providit, nec diſpoſuit de eis, & circa eos, nec de eis circa alios: aut nõ diſpoſuit circa eos, nec de eis circa alios: ſed appellatió filiorũ ponitur in diſpoſitione, per modũ cuiuſdã diſpoſitionis, vel caſu. Primo caſu, aut providit eis, tutores dando,& appellatio filiorũ nõ porrigitur ad nepotes, vt in d.l.quid ſi nepotes. Ratio eſt, quia, licet ex parte filij ſit favor, tamen ex parte tutoris dati, eſt onus,& licet nepotibus tutor non intelligatur datus, eſt eis modicum præiudicium: quia ſupereſt proviſio legis, & iudicis, datis tutorem legitimum, vel dativum. Et hoc forte voluit dicere gloſ.in l.iuſta, ſupra eod. dum dicit: Speciale eſt in datione tutoris: aut eis providet, eos inſtituẽdo, vel aliter relinquendo: & tunc iuxta prædictos Doctores Anton.& Rainer. etiã nõ porrigitur ad nepotes: & dicũt, quod eſt caſus in d.l.Gallus. Sed mihi videtur

tur

tu-(ſalva eorum reverentia) quod il-
la lex nihil facit:nam tota lex Gallus,
ſi quis eam bene inſpiciat, loquitur
quando teſtator inſtituit filium certū
& nominatum: quo caſu appellatio
filij, ad alium non porrigitur, ſine du
bio, vt notat in l.ſi quis ita, in princip.
ſupra de teſtam.tutel.

43 Sed materia noſtra loquitur, quā
doquis inſtituit filios ſimpliciter, quo
caſu dico: quod inſtitutio, ſeu alia pro
viſio facta de filio, extenditur ad ne-
potes. Hoc probatur in l.Lucius, la
fin.ff.de hæred.inſtit. vbi teſtator fra
tri ſuo ſubſtituit ſub conditione, ſi de
ceſſerit ſine filijs; & hoc fecit voleas
filijs fratris providere, & conſtat,
quod ibi appellatione filiorum, etiā
continentur omnes filij, Hactenus
Bart. Et hæc opinio, quòd. filij appel
latio comprehendat nepotem, proba
44 tur in dicta l.liberorum 220. in verſ.
Sed & Papyrius.ff.de verbor.ſignif.
ibi Sed Papyrius Fronto.lib.3.reſp.
ait: Pretio, cum villico, & contuberna
li eius; & filijs legato, nepotes quo q;
ex filijs contineri.l.iuſta interpretatio
ne 201.ſupra eod.ibi: Iuſta interpretā
tione recipiendum eſt, vt appellatio-
ne filij, ſicuti filiam familias contineri
ſæpe reſpondimus, ita, & nepos videa
tur comprehendi.l.filij, ff.eod.tit.l.Se
natus Conſultus.ff.de ritu nupt. Et
licet Deci.in conſ.545.nu. 10. Repre-
hendat Bart.in d.l.liberorum, dicen-
45 do: quòd tutela, ex parte filiorum vi
detur favorabilis: & ita datio tutoris,
de qua in l.quid ſi nepotes, de teſta-
ment.tutel.facta filijs, debebat extē-
di ad nepotes: ſalvari tamen poteſt
Bar.opinio, ex quo tutela non eſt me

46 rè favorabilis pupillo. Si enim ſit da
tus tutor à patre, non præſtat fideiuſ
ſores: ſecus ſi à iudice, §.1.Inſtit.de ſa
tiſd.tutor.ib.: Curet Prætor, vt, & tu-
tores eo nomine ſatiſdent: Sed hoc
non eſt perpetuum: nam tutores teſ-
tamento dati ſatiſdare non coguntur;
& ita magis ſecurus eſt pupillus, quā
do habet curatorem dativum, quam
ſi illum habeat teſtamētarium; & ita
ratio Bar.vera eſt. Vnde hanc regulā
quòd filiorum appellatione, nepotes
contineantur, ponit Antonius Gab.
lib.6.commun. tit. de verbor.ſignif.
concl.1.num.1. & 5. declarando, vt
procedat in diſpoſitione teſtatoris fa
vorabili, & nu.7 hanc dicit magis cō-
munem.

Nec obſtat text.in l.hæredes mei,
in §.fin. ff.ad Trebel. vbi in diſpoſi-
tione teſtatoris, volētis fieri reſtitutio
nem filijs non comprehenduntur ne
potes; procedit enim reſpectu por-
tionis, relictæ vni filio; tunc enim ne-
pos non ſuccedit, extante filio: ſecus
tamen in alia portione, relicta alteri
filio; in qua nepos huius filij præfer-
tur patruo; & ſic alteri filio, vt probat
expreſſus text.in l.cum avus, ff.de cō
ditio.& demonſtr.& late probaui in
deciſ.52.nu.13.& 16. Et ita dicta An
gela Dalçate, & de Iornet debet ſuc-
cedere in portione Angelæ Verger,
eius matris.

Quartum & vltimum dubiū fuit,
an domna Vincentia, filia dictæ Ioā-
næ Sancho, poſsit in hoc fideicōmiſ-
ſo ſuccedere vna cum alijs fratribus
in ſemiſſe, relicto dictæ Ioannæ eius
matri. Et videbatur ſuccedere poſſe:
quia, teſtator tantùm vocavit filios
Chriſ-

Chriſtophori Verger,& Ioannæ Sā-
cho,& vt probavimus ſupra, illa diſ-
poſitio reſolvitur in ſuas ſingularita-
tes:ita,vt decedente Ioanna Sancho,
ſuccedant filij eiuſdem, & pariter eſt
filia dicta Vincentia,ac Chriſtopho-
rus Verger, qui duo filij ſuperſtites
tantum fuerunt tempore mortis dic-
tæ Ioannæ:maximè, quia dicta dom-
na Vincentia nixa fuit probare cum
depoſitionibus trium teſtium,in pro
ceſſu productorum, dictam Ioannā
Sancho fuiſſe filiam adoptiuam teſ-
tatoris,& ob amorē,quo eam proſe
quebatur, illam hæredem inſtituiſſe.
Et ita credendum eſt, voluiſſe filiam
eiuſdem ex ſecundo matrimonio,pa
riter ſuccedere, cū intuitu filiæ ado-
ptiuæ,dilexerit eiuſdem filiam:& li-
cet vocaverit filios Chriſtophori Ver
ger ſenioris, & Ioannæ Sancho,con-
iugum:illa tamen copulativa,ſæpe re
47 ſolvitur in diſiunctam. l.coniunctio-
nem.& l.ſæpè,ff de verb.ſign.

Contrarium tamen fuit deciſum;
licet enim teſtes producti depoſue-
rant: dictam Ioannam reputaſſe pro
filia adoptiva,quia nata fuit in domo
Petri Verdu teſtatoris,& erat filia cu
iuſdam famuli eiuſdem; & in eadem
domo educata,perinde, ac ſi eſſet fi-
lia eiuſdem;non tamen probant teſ-
tes:adoptionem, quæ iuxta forū pri-
48 mum,de adoptio. debet fieri coram
iudice,vel in actis Curiæ. Et idē pro-
batur in l.fin.C.de adoptio.ibi: Actis
intervenientibus apud cōpetētem iu
dicem.§.1.cum ſeqq.inſtit.eod.& nō
fuit probatum:fuiſſe probatam hanc
ſolemnitatem:nec dictus Verdu, in
ſuo teſtamento,eam filiam adoptivā
appellavit: quod veriſsimiliter fe-
ciſſet,ſi talis fuiſſet. Et ita, merito in
Conſilio, non fuit habita pro filia a-
doptiva:dictum autem Chriſtopho-
rū Verger fuiſſe eius conſanguineū,
conſtat ex verbis teſtamenti, vbi bis
eum appellavit nepotem,ſiue nebot.
Et ita eſt veriſimili mente teſtatoris,
credendum eſt:filios dictorum Chri
ſtophori,& Ioannæ coniugum,fuiſſe
vocatos;quia cum eſſent filij Chriſ-
tophori,erant conſanguinei teſtato-
ris;non vero filios dictæ Ioannæ tan-
tum,qui erant penitus extranei. Nam
illa copulatiua, filios Chriſtophori,
& Ioannæ,debet intelligi propriè, vt
conſervet ſuam naturam;non autem
accipienda eſt pro diſiuncta, vt ſuffi-
ciat eſſe filios Chriſtophori, & Ioan
næ l.ſi hæredi plures,ff.de conditio-
49 inſtitu.ibi: Si hæredi plures conditio-
nes coniunctim datæ ſunt omnibus
parendum eſt:quia vnius loco habē-
tur:ſed ſi diſiunctim,cuilibet tex.in l.
quod vulgo,ff. de manumiſ. teſtam.
ibi: Quod vulgo dicitur:ſub pluribus
conditionibus data libertate, leviſsi-
mam conditionem ſpectandam eſſe:
ita verum eſt,ſi ſeparatim conditio-
nes ſint datæ:quod ſi coniunctim da-
tæ ſunt, niſi omnibus paruerit libet.
50 non erit. Et licet aliquando coniun-
cta pro diſiuncta accipiatur,d.l.con-
iunctionem.29.de verb.ſign. tamen,
vt ibi declarat Rebuf.in d.l.coniunc-
tionem. verſ. Primo ex veriſimili, vt
non procedit ex veriſimili intentio-
ne diſponentis. Alex.etiam conſ.130.
in fin.vol.2.

Et ita fuit revocata dicta ſenten-
tia Regiæ Audientiæ Valentinæ, &
decla

declaratum modo prędicto, in ſupra dictis capitibus, me referente, ſententia lata in S. S. R. C. publicata Barchinonæ per Ioannem Hieronymum Ricarte, Regij mandati Scribam, die 7. Martij 1629.

DECISIO XXVII.

Salarium duplex debetur gerenti duo Officia non incompatibilia, quibus ſalarium eſt annexum.

SVMMARIVM.

1 *Officia duo gerens, quando tantum poſsit percipere vnum ſalarium, & num. ſeq.*

2 *Salarium vnius ex duobus legatis, ſiue ambaſsiatoribus decedentis, nõ accreſcit alij, qui ſolus impleuit; & quare, numero 12.*

3 *Salarium Auditorum Rotæ decedentium, non accreſcit alijs, & quare, numero 3.*

4 *Salarium duplex debetur gerenti duo officia compatibilia, & num. ſeq. & tenent plures, num. 9.*

6 *Officia duo gerens, ſtatuto, vel lege, duo recipit ſalaria.*

7 *Officialis vnus, ſi eſt poſitus loco duorũ, duplex debet habere ſalarium.*

8 *Officia quando non ſunt incompatibilia, & vnus gerit duo offitia, debet habere duplex ſalaruim, vt tenent multi relati hic, & num. ſeq.*

10 *Duorum loco, ſi vnus officialis poſitus eſt, vbicũq. debet habere ſalariũ.*

11 *l. agentes, C. de præpoſ. agen. in rebus, lib. 12. declaratur.*

IN Civitate Valentiæ; ad regendũ librum maiorẽ Tabulæ nummulariæ depoſitorũ; & cambiorum Vrbis, duo erant præpoſiti, qui per Quadrimeſtres exercebant dictum officium, vnus poſt alium. Et Alexãder Vicẽt, vnus ex duobus regentibus dictum librum maiorem, ſolus per biẽnium dictum officium cõtinuo exercuit, & ſic geſsit officium duorum; maximè in eo laborando, in diſcernẽdis partitis, ſcriptis in dicto libro maiori; computa faciendo, credita liquidando, & reliquatum, ſiue reſiqua in eodem deſcribendo. Et quia auctus fuerat eius labor; Decuriones, vulgo dicti Iurati, Rationalis, & Syndicus prædictæ Civitatis Valentiæ, decreverunt: quòd eidem Alexandro Vicẽt, centum & triginta libræ, monetæ Valentiæ ſolverentur. Et cu minor quantitas ei fuiſſet taxata per iudicem Syndicatus, ſiue viſitatorem redituum, & officialium dictæ Civitatis, & eius Tabulæ, à ſententia per eum lata: dictus Alexander Vicent appellavit, & cauſa introducta in hoc S. S. R. C. & mihi commiſſa, dubitatum fuit: an dicto Alexandro Vicent deberetur integrum ſalarium, conſtitutum dictis duobus officialibus regentibus dictum librũ maiorem. Et non debet duplex ſalarium probatur.

1 Primo per text. in l. agentes, C. de præpoſitis agen. in rebus, lib. 12. ibi: *Illi quoq; ſunt ab hac liberalitate noſtræ manſuetudinis excludendi, qui cum Scholæ eidem ſocientur, in ſacris ſcrinijs, quibus vir ſpectabilis, primi cerius, & tertio cerius præſunt adiuvantes eos, publicarũ cartarum tractatibus occupantur, & duobus*

bus officiis operam ſuam adhibere non
poſſunt: nam præter emolumenta, quæ de
prædictis ſcrinijs conſequuntur; principa-
tus etiam ſolatio debent eſſe contenti.

Secundo per text. in l. 2. C. de le-
gat. lib. 10. cuius verba ſunt: Cum vos
proprio nomine, ſumptus, ob defen-
ſionem publicā ſuſceperitis, id, quod
ad proprias erogationes, collega veſ
ter acceperit, non vobis reddere hære
des eius oportet: ſed ſi in ea cauſa eſt,
vt reſtitui omnino oporteat Reipu-
blicæ, debeant potius inferre. *S*ane, ſi
honorarijs advocatorum erat ea quā
titas deſtinata, reſtitui illud vobis, qui
hoc præſtaturi eſtis, non iniuria poſ-
tulatis; eum autem collegam veſtrū,
quem a defenſione patriæ deſtitiſſe
dicitis, apud Provinciæ Præſidē de-
ſertæ legationis arguere poteſtis. Et
ibi Bar. nu. 1. inquit hæc verba: Et no
ta, quod licet vnus ex officialibus, vel
ambaſiatoribus decedat, vel aliàs offi-
cium non impleat, quod ſalarium de
cedentis, vel aliàs non implentis, nō
accreſcit ei, qui ſolus implevit. Refert
& ſequitur Ioannes de Platea ibi nu.
1. & Bald. ita ait: Licet vnus ex offi-
cialibus, vel ambaſiatoribus non im
pleat: tamen ſalarium non implentis,
ſeu decedentis non accreſcit ei, qui ſo
lus implicuit Corſet. ſing. 312. in ver-
bo, Salarium, 2. in vol. Singula Doc-
torum, pag 631. Martin Laudenſis de
officialibus dominorum, q. 112. tomo
15. fol. 280. & delegationibus. q. 12.
tom. eodem, fol 213, Gundiſalv. Vil-
ladiego de legat. q. 4. n. 4. par. 2. tom.
13, p. 2. fol. 275. quos omnes refert Ste
phan, Gratian. deciſ. 101. num. 16. Et
ibi num. 17. ſubiungit. quæ ſunt intel-
ligenda, ſi duo ſunt deputati ad vnū
officium, prout eſt caſus de quo agi-
mus. Et ibidem in principio deciſio
3 nis ait: Per obitum duorum ex Au-
ditoribus pluribus mēſibus remanſit
Rota ſolum in tribus Auditoribus:
vnde dubitabatur: an ſalarium dece-
dentium, vel non adimplentium ac-
creſceret alijs, num. 15. in verſ. Cōtra-
rium dicit ſervatum fuiſſe ſalarium,
non accreſcere alijs.

4 Et contrarium fuit iudicatum, ni-
mirū duplex deberi ſalariū. Probatur
Primo per tex. in l. h § Scholaribus. C.
de erogatione militaris annonæ, lib. 12.
cuius verba ſunt. His Scholaribus,
quibus laborum intuitu regēdos nu
meros dedimus, de Ærarijs annonis,
ſingulos ſolidos per opinatores, ca-
ballationis quoque rationem, pro ad
miniſtrato tempore debitam, quādo
militibus erogatur, ſine mora præbe
ri oportet: vel ſi quis eorum, antequā
accipiat, in fata conceſſerit, quod ex
vtraq; cauſa ei debebatur, hæredibus
eius reſtitui.

5 Secundo per text. in §. illud, in Au
thent. vt iudices. ſine quoquo ſuffra-
gio. coll. 2. cuius verba ſunt: Illud ta-
men decernimus, oportere Vicarium
Aſianę, qui eſt quoque iudex Pacatia
nę Phrigiæ, non vlterius quidem ita
nuncupari: ſed de cætero comitem
Phrygiæ Pacatianæ nominari, & per
cipere de Fiſco, quæ etiam nunc oc-
caſione annonarum, & Capitorum
pro vtraque adminiſtratione percipie
bat, nihil horum imminuto: non autē
duobus officijs vti: ſed per mixtum,
& iudicis, & Vicarij, vnum eſſe, comi-
tianum exiſtens, & nominatum peri-

culo

Digitized by Google

culo functionum publicarum,& ei, & omnibus ſimiliter imminente:vt pote vno officio conſtituto, nō diuidēdo penitus: ſed per vnam continuationem militantibus vniuerſis. Quod accipiet quidem propter duplex periculum,annonas, & capita: quæ vtrumque pridem percipiebat officium.

Tertio, per text.in l. hac parte, C.de prox.ſacr. ſcrim.lib.12.ibi:*Su praſcripti autem memoriales nullo modo ſimpliciter fungantur officio,nec geminis chartis irrepſerint,vt nō occupentur plura in vnum ſe commoda collaturi,nihilq; reliquis relicturi.* Quod notatur ſecūdum Bart.in dicta ratione,ſupponētibus,text.& Bart.quod ſi quis duo regeret officia ſtatuto, vel lege,duo reciperet ſalaria.

Quarto, ita tenuit gloſ. in verbo vacare in l. matriculam,C.de agen. in rebus, lib. 12.

7 Quinto, in noſtro caſu videtur loqui Bald. in l. binos C.de aduoc diuerſ. iudicio, num. fin. his verbis: *Quarto & vltimo, quæro: quid ē cōtra: loco duorum officialium, poſitus eſt vnus officialis, per hæc verba : cum ſalario conſueto: vel ſimpliciter: nunquid habebit vtrumque ſalariū? Dic quod ſic:quia gerit vtrumque officium,cui ſalarium eſt annexum.* vt in authent. vt iu. ſine quoquo ſuffragio, §. illud.

8 Ex dictis iuribus poſt alios concludit Menoch.de arbitrar.caſu 223. Gul. de Benedict.in c.Rainūtius, in verbo,duas habens filias,n.63. de teſtam. Maximè quando officia non ſunt in cōpatibilia.arg. text. in l.binos,C.de aduoc.diuer.iudic.& tex. in l.ſi Conſul,vbi Bart.Iacob.& Albert.ff.de adop.Couar.variar.reſol. c.13. n.6. 10. Plat.in l.maior, C. de dignit.lib. 12.Bart.& ibi Alexan. in addi.in l.2.C.de legat.lib.10.Bald.in c.1.de feud.guard.Capic.deciſ.27.n. 20.Franc.de Pōt.in tract.de poteſt. Proreg. tit. de abūd. ciuit. §.6.n.11. cum ſeq.vbi nn.14. refert ita, in illo Regno practicari dum Decanus S. Conſilij vacante officio Præſidētis etiam illud exercet.Ioſeph.Seſſe, de inhibit. iuſti. c. 1. §.8.n.10. & 11. & deciſ.174.n.5.p.2.& ibi refert:quod locum tenētes iuſtitiæ Aragonum, qui mortuo dicto iuſtitia,gerunt illius officium percipiunt etiam ſalarium illius. Et quod ita fuit obſeruatum ipſo exiſtente locum tenēte, vacante dicto officio iuſtitiatus, & declaratum ſententia lata per Diputatos illius Regni,die 12. Nouēbris, 1594. Pro vt dicitur de Canonico, qui duo gerit officia: nam poteſt duas habere diſtributiones cotidianas,vt dixerunt Angel.Innoc.& Io. And.in c.cum olim,extra de re iud. D.Caſtill.deciſ.44.n.9. Bald in l. ſi ad ſcribatum,C.de appellat. vbi ait: *Quod Doctor qui dat vocem in Collegio in vtroque iure,duo debet habere ſalaria; ſicut ſi eſſet de Collegio, & locum tenens magni Cancellarij,ſeu Epiſcopi, pro vt in Regno Neapolitano accidere conſueuit* Albe.de eſtatu.lib.1.q.141.vbi inſerit quæſtionem,poſsitam per Nicolaum de Vrbeue.Lap.alleg. 99. ſub tit.de priuil.hinc dixit idem Bald.in dict.l.binos, C.de offic.diuerſ. iud. quod ſi vnus officialis poſitus eſt loco duorum, vtrumque debet habe-

re ſalarium annexum, pro vt dicitur de Lectore, qui legit lectionẽ ordinariam, & extraordinariam: nã conſequi debet ſalarium vtriuſque lectu ræ ſecundum Bald. in l. qui duobus, ff. de condit. & demonſtra. hæcque fundantur ex illa iuris concluſione, quod quãdo vltra adminiſtrationẽ, & onus proprij officij ſuperuenit aliud non coherẽs officio ſuo, debet habere aliud ſalarium: quia labor, & ſalarium recipiunt diuiſionẽ. ad tex. in l. Seia, ff. ann. legat. Cepol. de ſeruit. vrban. præd. c. 50. de fumo: Pariſ. de Put. in dict. verbo, ſalarium, Marceil. Maur. alleg. 19, vol. 2. Quod ſecus eſſet, ſi labor accreſceret reſpectu officij ſui, ad text. in §. nulli cum ſimul, in Auth. vt null. iud. Capic. deciſ. 23. n. 20. per text. in d. l. binos, vbi Bald. C. de aduoc. diuer. iudic. Dec. in c. ex literis, n. 17. de probat. Aloiſ. de Leo. in l. 5. C. de poſtul. Magon. deciſ. Flor. 12. n. 10. Tuſc. cõcl. 15. verſic. Salarium, Roman. conſil. 25. n. 1. Andr. Gail, obſeru. 44. num. 8. Seſe, de inhibit. iuſt. c. 1. §. 8. nu. 10. & ſeqq. vbi latiſsime Doctor. Caſtill. deciſ. 49. nu. 12. vbi inſerit literas Regias, per quas mandatur Præſidẽ de Gãbacurta, potuiſſe percipere duplex ſalarium, tãquam Præſidem Patrimonij, & Conſiſtorij. Menoch. de arbitrar. iud. caſu 223. n. 8. Bouad. lib. 4. politica. cap. 2. n. 82. Rimin. iun. cõſil. 478. num. 15. vol. 4. Coſt. de portion. Rat. q. 13. n. 2. quos omnes refert, & ſequitur Don Garcia Maſtril. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. à num. 72. vſque ad num. 80. incluſiue, tom. 1. pag. 99. Et vltra ſupradictos, Valentinus, noſter Belluga, in Speculo Principum, rubr. 45. §. quamuis, num. 3. verſic. Sed credo, pag. 203. colum. 1. in fin. Alois. Leo. in l. ſi quis aduocatorum 5. C. de poſtulando, num. 28. Capicius, deciſ. 27. num. 11. & deciſ. 125. & 219. num. 6. & ita fuit deciſum in Rota Rom. vt teſtantur Farinac. deciſ. 354. in 1. tom. 1. part. & in diuerſis Senatibus, vt teſtatur Riccius Collectan. 2007. 5. part. & collect. 2466. verſic. Salarium autem duplicatum, 6. part. pag. 411. & alijs relatis tenet Gracian. diſcept. forenſ. lib. 4. cap. 652. num. 10.

11 Nec obſtãt in cõtrarium adducta: nam ad text. in l. agentes, C. de præpoſitis agen. in rebus, lib. 12. Reſpondet Matthæus de Afflictis in conſtit. Neapolit. lib. 1. rubr. 55. in conſtit. iuſtitiarios, num. 8. ſiue finali: quod ille textus non procedit quando quis nõ permiſſu Regis gerit duo officia: ſed vnum, permiſſu Regis tantũ, aliud ſine eius permiſſu: tunc inquit: non habebit niſi ſalariũ pro officio quod gerit ex permiſſu Principis; at in caſu noſtro dictus Alex. Vicent. cum permiſſu Ciuitas Valẽtiæ, cuius ſunt officia Rei gentium librum maiorem tabulæ vtrumque officium geſsit: vnum in ſuo quadrimeſtri: alterũ vero in alio quadrimeſtri, cuius exercitium ſpectabat ad ſocium: & ipſe totum laborem ſubſtinuit.

12 Nec obſtat l. 2. C. de legationibus lib. 10. nam ille tex. loquitur in duobus legatis, qui ſimul fuerunt miſſi ad eandem legationem, vnicuique

cuique eorum ſalario conſtituto, pro expenſis faciendis in itinere: & licet vnus tantum ſuperſtes fuerit; non tamen plus expendebat, quam ſi ſolus fuiſſet. Et ita ſalarium ſocii, decedentis non debet ei accreſcere, nec labor augebatur alteri legato, vno decedente ſecus tamen eſt in caſu noſtro: nam ſalarium conſtitutum regentibus librum maiorem, nõ conſtituitur pro expenſis, faciendis in itinere; ſed pro labore ſubſtinendo in dicto exercitio, qui fuit duplicatus: vno ex duobus deficiente: quia non ſolum laborauit in ſuo quædam eſtis: ſed etiam in alio, ad ſocium ſpectante.

13 Denique non obſtat quod dicitur de auditoribus Rotæ: quia etiam ſi duo deficiant, non augetur labor, nec tempus excercendi officium: nam eiſdem diebus, & horis, ad expediendas cauſas, interueniunt reliqui auditores, qui reperiuntur in Rota quibus omnes interuenire ſolebant. Secus tamẽ eſt in caſu noſtro: quia dictus Alexander Vicent, nedum in ſuo quadrimeſtri laborauit in exercitio ſui officii: ſed etiam in alio quadrimeſtri, ad ſocium ſpectante, & ſic duplicato tempore: & ita, merito duplex debet habere ſalarium. Aliter reſpondet Gratian. deciſ. 101. a num. 19. verſ. non obſtat, dicens: non dari auditoribus ſalarium propter laborem: ſed propter probitatem, & ſcientiam quam principaliter reſpicit officium iudicandi; & quod per obitum auditorum tempore, quo remanet Rota in paucioribus, accreſcunt eis ſportulæ, & ſic ſatis eſt, quod vna cauſa lucratiua concurrat per labore: quia aliqualiter

14 illis accreſcit. Ex quibus ita fuit iudicatum in S. S. R. C. ſententia lata in fauorem dicti Alexandri Vicent. cõtra ſindicum ciuit. Valent. publicata per Ioannem Boer. die 18. Auguſti 1627.

DECISIO XXVIII.

PRouiſio alimentorum (Valentiæ dicta Beſtreta) an poſſit fieri, conſtando per teſtium informationem de paupertate deſcendentis, qui ſententiam obtinuit in bonis aſcendentis; durante tamen dilatione, conceſſa ad probandum non eſſe pauperem.

1 *Paupertatis requiſitum, præciſe eſt neceſſarium ad obtinendum prouiſionem alimentorum.*

2 *Dilatione pendente, officium iudicis conquieſcit.*

3 *Prouiſio poteſt fieri de aliqua quantitate, ad ſumptus litis, & alimenta pro nũc, & lite durante, ſuper articulo. an durante cauſa principali, debeat præſtari litiganti notabilis quantitas ſingulis annis, ad alimenta. Et ita fuit iudicatum, num. 14.*

4 *Iudicis officium conquieſcit, pendente dilatione, in his, quæ præiudicialia eſſent ad ea, ſuper quibus pendet dilatio: in alijs vero poteſt iudex officium exercere.*

5 *Dilatione pendente, poteſt innouari, quando aliquid agitur, quod primæ dilationi non præiudicat.*

6 *Beſtreta, hoc eſt, prouiſio ad ſump-*

tus litis, & alimenta; ſolet & poteſt fieri ſtatim, in principio litis, & numero 9.

7 *Alimentorum prouiſio fit, ne interim, filius fame pereat.*

8 *Præiudicialis dicitur; prouiſio alimentorum.*

9 *Incidenti cauſa, pendente; articulus incidens in ea, tractari poteſt.*

10 *Alimenta: an debeant decerni durante lite, ſuper alimentis, quando obijcitur, quod petens alimenta poſſit ſe alere.*

11 *Alimenta, ſeu aliqua quantitas ad ea debent præſtari, vel litependente, conſtito de deſcendentia, & ſumatim, de paupertate.*

12 *Teſtium depoſitiones non publicatæ faciunt fidem, quoad iudicem.*

DON Gauinus de Cardona, pro nepos Don Antonii Guiſo, domini Ciuit. de Galtelli, & aliorum plurimorum opidorum, ſitorum in Regno Sardiniæ, litigauit cum Don Fabricio Manca, poſſeſſore omnium dictorum bonorū; pretendendo: ad ipſum ſpectare: quia Domna Franciſca Guiſo, & de Cardona, eius auia paterna, filia primogenita dicti Don Antonii Guiſo, licet concepta & nata, antequam dictus don Antonius matrimonium contraheret cum Domna Magdalena Porcu, matre dictæ Domnæ Franciſcæ: dicit enim fuiſſe legitimam, per ſubſequēs matrimonium: At vero Domna Iolans Guiſo de Manca, auia materna dicti Don Fabricii Manca, erat filia, tertio genita dictorum Dō Antonii Guiſo, & Domnæ Magdalenę Porcu, quamuis legitima & naturalis, & ex dicto matrimonio nata, & procreata contra vero, dictus Fabricius Manca prætendebat: dictam Domnam Franciſcam fuiſſe ſpuriam, & per ſubſequens matrimonium non fuiſſe legitimā. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia Sardiniæ, cum votis S.S. Regij Aragonum Concilij: à qua ſententia, dictus Don Gauinus de Cardona ſupplicauit ad dictum Supremum Concilium, & in gradu ſupplicationis, fuit lata ſententia in fauorem prope dicti Don Gauini, declarando: ſupradictam Domnam Franciſcam nō fuiſſe ſpuriam: ſed filiam naturalem, & per ſubſequens matrimonium fuiſſe legitimatam; & tanquam filiam primogenitam, & ex eius perſona, dictum Don Gauinum, eius nepotē, ſucceſſiſſe in omnibus dictis bonis: à qua ſententia, dictus Fabricius Manca ſupplicauit, & hodie pendet cauſa ſupplicationis in eodem S.S.R. Conſilio. Et quia ſententia Regia, non obſtante ſupplicatione, habet executionem paratam, præſtita cautione: Dictus Don Gauinus, vt poſſet obtinere poſſeſſionem dictæ Ciuitatis, & prædictorum oppidorum, loco cautionis petiit, vt locarentur omnia dicta bona, & eorum pretium deponeretur penes depoſitarium Regium, & reſpectu fructum iuriſdictionis, qui non comprehenduntur in dictis locationibus, præſtitit idoneam fideiuſſoriam cautionem, quod traderentur eidem depoſitario Regio, & ita fuit miſſus in poſſeſsionem di-

dictorum bonorum: ſed quia ex his ali non poteſt: nihil enim ipſe percipit ex dictis fructibus: ſupplicavit in dicto Sacro Senatu Regio Cōſilio, vt ex dictis bonis, ſibi præſtentur duo mille ducati annuatim, ad alimenta, durante lite, cauſæ ſupplicationis, & ad probandum paupertatem, nimirum, nulla bona habere, ex quibus ſe alere poſſet, præter ea, ſuper quibus fuit lata ſententia, petijt: ſummariam teſtium informationem ſibi recipi, in Ciuitate Barchinonæ, vbi celebrabatur S. S. Regium Conſilium Aragonum. Altera vero pars, ad probandum totum contrarium, in Regno Sardiniæ, in quo litigantes domicilium habent, & vbi bona ſita ſunt, dilationem competentem, ſibi concedi petijt, & omni cū effectu fuit proviſū: cōcedendo dō Gavino de Cardona ſummariā teſtiū informatiōnē ſibi recipi: quę infra 6. dies fuit recepta: & parti dō Fabritij Māca, dilatio triū menſiū fuit cōceſſa; & literas expediri, fuit māda tum, vt in Regno Sardiniæ poſſit probare articulos, per eū oblatos. Dictus dō Gavino, teſtibus receptis, & adhuc non publicatis, cū quibus cōſtat de paupertate, petijt pro nūc fieri proviſionē alicuius quātitatis, ad ſūptus litis, & alimēta. Dō Fabritius cōtradixit, dicēdo: dilationē ſibi conceſſam durare, & prius vidēdū eſſe probationē, per ipſum faciēdā, ad oſtēdēdū: quod dō Gavinus nō eſt pauper. His ſuppoſitis, de trib⁹ fuit dubitatū.

Primum: an durante dilatione, & teſtibus nō publicatis, poſſit fieri diqta proviſio alimentorum.

Secundū: an debeant alimenta decerni dicto don Gavino, lite pendēte, in cauſa ſupplicationis.

Tertiū: an debeat fieri proviſio alimentorū petita, præſtita cautione, de reſtituēda quātitate, caſu quo ſuccūbat, in cauſa ſupplicationis: an vero abſq; e vlla cautione, ei preſtanda, ſine ſaltim, ſi iuret non invenire fideiuſſores.

Quoad primum dubium videtur dicendum: pendente dilatione triū menſium, conceſſa don Fabritio Manca, ad probādū: don Gavinum de Cardona, non eſſe pauperem, nullam poſſe fieri proviſionem, ſive ſententiā præiudicialē: hoc enim requiſitū paupertatis, pręciſè eſt neceſſariū, ad obtinēdū dictā proviſionē alimētorum, vt inquiūt Covar, in prac. c. 6. n. 5. in fi. & n. 6. in fin. vbi dicit cōmunē Anto Corduba de Lara in repet. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens, n. 42. Cum autē dō Fabritius intēdat probare: hanc qualitatē deficere, & ſit intra dilationē, ad id probādū, nō poteſt fieri prouiſio: quia dilatione pendēte, officiū iudicis cōquieſcit. l. ſive pars. C. de dilationib. ibi: *Siue pars, ſive integra dilatio fuerit data, eo, vſque iudicis officiū conquieſcat, donec petiti tēporis defluxerint curricula.* cap. ſignificante, de appellation. Maranta de ordine iudiciario. parte. 6. §. & quandoque appellatur, numero 128. fol. 489.

Sed contrarium fuit deliberatum in Sacro Senatu Regio Conſilio: dilatio enim trium menſium conceſſa, ad

ad probandam paupertatem, & de contraria materia, non eſſe pauperē, reſpicit principalem articulum, in quo agitur: an dicto Don Gauino præſtandi ſunt duo mille ducati, ſingulis annis, pendente cauſa ſupplicationis ad alimenta, & ſi lis duraverit per decem annos, agitur de intereſſe viginti mille ducatorum. Et ad providendum ſuper hac cauſa, quæ eſt maximæ quantitatis, expectādus eſt lapſus dilationis, & interim iudicis
3 officium conquieſcit: hoc tamen nō impedit, quin poſſit fieri proviſio pro nunc, & dicta litependente, de aliqua quantitate, ad ſumptus litis, & alimenta. Quod probatur in l. generaliter. §. hæ de præſentibus. C. de rebus credit. & iure iurand. Ibi: *Nullo tamen ex hoc, litibus impedimento generando: ſed donec ea procedit, alijs, vel capitulis, vel litis membris, a iudice examinan-*
4 *dis*. Vnde Bart. in dic. l. ſive pars, opponit dicendo: quod iudex, pendente dilatione, poteſt procedere, vt in dicto §. his de præſentibus, verſiculo, Nullo tamen. Et reſpondet: quod, pendente dilatione, iudicis officium conquieſcit, in his, quæ præiudicialia eſſent, ad ea, ſuper quibus pendet dilatio: in aliis vero poteſt officium iudicis exercere.

Ex quibus, facilè patet reſponſio ad dictam regulam: quod dilatione pendente, nihil eſt innovandum. Quam regulam tradit, Bartol. Socin. regul. 127. Et eam limit. 22. modis:
5 & primo limitat, quando aliquid agitur, quod primæ dilationi non præiudicat, vt in caſu noſtro: hæc enim proviſio alicuius modicæ quantitatis, ad ſumptus litis, & alimenta, pro nunc non præiudicat articulo principali, ſuper quo pendet dilatio: ſi enim pro parte Don Fabricii Manca fuerit probatum: dictum Don Gavinum habere facultates ad ſumptus litis, & alimenta, quando declarabitur ſuper articulo principali præſtationis, duorum mille ducatorum, ſingulis annis, poterit pronunciari: non eſſe præſtādam dictam quantitatem duorum mille ducatorum. Nec novum eſt: imò proxime valdè receptum pendente cauſa petitionis alimentorum, & antequam ſit elapſa dilatio, vtrique parti conceſſa in dicta cauſa, ſtatim in principio litis dari beſtreta, hoc eſt fieri huiuſmodi prouiſionem
6 ad ſumptus litis, & alimēta Gloſ. fin. in l. fin. C. de alend. liberis, ibi: Examinabit, id eſt, ſummatim, interim tamen alit, & ſi non ſit filius, l. ſi quis à liberis, 5. §. ſi vel parens. ff. de agnoſcend. liberis, Ibi: Summatim iudices oportet ſuper ea recognoſcere, ſi conſtiterit filium, vel parentem eſſe, tunc alij iubebunt: cæterum, ſi non conſtiterit, nec decernent alimēta. Et ibi Gloſa, inquit, nō decernent: niſi interim, dū cauſa agitur. Et ſic fatetur, Gloſ. dilatione pendente, & dū cauſa agitur fieri debere hanc proviſionem alimētorum, quæ
7 fit ne interim filius fame pereat, vt inquit Rebuffus de ſentent. prouiſion. in præfat. numero 18. & ibidem numero 16. inquit, hanc prouiſionem præiudicialem dici: quia ſi fieret per ſen-

ſententiam diffinitivam, non eſſet, proviſio, nec valeret ſententia diffinitiva, ſi plenè non eſſet de cauſa cognitum. Idem ſentit Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 16. numero
9 39. ibi: Dato autem libello ſuper alimentis, ſeu dotibus, à filijs, ſeu fratribus offerentibus, ſe, ſtatim in limine iudicij præbere ſummariam informationem: iudex debet, ſtatim illam recipere, & habita quadam ſummaria cognitione, ſuper filiatione, vel fraternitate, ſeu deſcendentia, compellit reum exhibere alimenta actori, durante lite, vſque quo per diffinitivam ſit pronunciatum. Surdus de alimentis, tit. 1. quæſtio. 110. numero 9. & quæſtione 116. numero 3. & quæſtione 117 numero 3. Rebuffus 1. tomo, ad ll. Reg. tit. de ſentent. proviſion. artic. 1. gloſſa a numero 2. vbi allegat illud Sapient. 7. cap. in volumentis nutritus ſum, & curis magnis, ideſt; litium involutionibus; & magnis curis, quæ ex ipſis generantur nutritus ſum: quia per modum proviſionis, alimenta mihi data ſunt.

10 Nec refert; quod proviſio alimentorum, de quibus loquuntur ſupradictæ gloſſæ, & Doctores eſt articulus incidẽs in cauſa principali petionis alimentorum: & ita nil mirũ, ſi pendente dilatione, in dicta cauſa principali, poſsit fieri proviſio ſuper incidenti; ne lite durante fame pereat: & ideo petenti alimenta, aliqua quantitas præſtetur ad ſumptus litis, & alimenta. Quod diverſum eſt à caſu noſtro, in quo incidenter agitur: an pendente cauſa ſupplicationis interpoſitæ a ſententia principali, lata ſuper omnibus bonis, debeant præſtari dicto don Gavino de Cardona; ex reditibus dictorum bonorum duo mille ducati; ſingulis annis: & pendente hoc incidenti, in quo currit dilatio trium menſium; conceſſa, movetur alia incidens quæſtio: an interim, teſtibus adhuc non publicatis, neque elapſa dilatione, poſsit fieri proviſio quantitatis petitæ, pro nunc, ad ſumptus litis, & alimenta: eſſet enim incidens alterius incidentis. Quia reſpondetur: hoc non eſſe inconveniens, nec novum; immo videmus pendente cauſa ſuceſsionis bonorum, coram iudice ſeculari, cauſam natalium, quæ in ea incidit, tractari coram iudice Eccleſiaſtico, cap. tuam, extra de ordin. cognition. & pendente hac cauſa incidente, natalium, interim tractari alia cauſa incidens alimentorum, vt probat Surdus de alimentis, tit, 8, privilegio 10. num. 8. & 9.

11 Dicebat tamẽ Advocatus dicti D. Fabricij Māca: quod licet antequã plenè cõſtet de filiatione, & dilatione ſuper ea pẽdente, ſi ſummariè cõſtet de filiatione, poteſt fieri proviſio ad alimenta, & ſumptus litis: ſecus tamẽ eſt, quando pendet lis ſuper hoc: an ſit pauper, necne. Iuxta ea, quæ tradit Gratian. diſcepta. forenſium, lib. 3. cap. 167. num. 23 cum ſeqq. ibi: Etenim, ſi ab hærede negentur alimenta filio naturali, præſtabuntur ei alimenta, & ſumptus litis: probata enim qua ſi poſſeſsione, de filiatione, ſemiplene de-

debent decerni; quamvis enim non debeantur interim alimenta, & ſumptus litis, quando lis pendet ſuper alimentis ipſis. Cin. in l. fin. C. de alen. liber. tamen hoc habet locum, quãdo obijceretur: quod petens alimenta, poſsit ſe, de ſuo proprio alere: vel quod habet alium, qui illa ei præſtet. Diverſum eſt, quando petenti alimenta opponitur: quod nõ ſit filius, neque ſit talis, qualem ſe facit: tunc enim, probata quaſi poſſeſsione, vel filiatione, ſemiplenè decernuntur alimenta. Gab. conſ. 25. num. 13. vſq; ad 16. lib. 1. Si enim bene ponderentur ſcripta à Gratiano, ipſe non tractauit hunc articulum: ſed obiter protulit ſupradicta verba, nec doctrinæ Cin. & Hieron. Gab. per eũ relatæ, hoc probant Cin. enim in d. l. fi. in finalibus verbis, ita ait: *Sed verum eſt, quod probata filiatione ſummarie, pendente poſtea cauſa, in qua fuit plena examinatio filiationis, interim filius eſt alendus. Et ſic loquitur ff. eodem. l. ſi neget, quod puto verum.* Et ſic Cyn. tantũ affirmat vnum: non tamen negat aliud. Et Hieron. Gabr. in d. conſ. 25. num. 13. in fin. & num. 14. ait hæc verba: Etiam quando alimẽnta ſola principaliter petuntur; tamen pendente lite ſuper eis, præmiſſa cauſę cognitione, decerni debent. glo. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens, in verſ. Nec decernẽt, quæ ſentit etiã tũc habere locum d. l. ſi neget, quam Bart. approbat, ſi ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, vel de ea conſtet ſemiplene in d. l. ſi neget. Et ita intelligendum eſt, quod ait Cyn. in d. l. fin. C. de alend. liber. non deberi interim alimenta præſtari, quando pendet lis ſuper alimentis ipſis, nempe, ne præſtentur, niſi præmiſſa cauſæ cognitione. Tamen hæc verba ſunt, quãdo petenti alimenta, nihil aliud obijcitur, niſi quod talis non eſt, qualem ſe aſſerit: petunturque ab eo, qui primo loco tenetur: tunc enim probata quaſi poſſeſsione, vel filiatione ſemiplenè, decernentur. d. l. ſi neget; ſed quando obijcitur, videlicet, quòd poſsit ſe de ſuo, vel artificio alere, vel quod aliũ proximũ habeat, à quo ali debeat, etiam de his, & alijs huiuſmodi, ante quam decernantur, cognoſci debet, d. l. ſi quis à liberis. § ſi filius, & per tot. l. & d. l. pen. de liber. agnoſc. dict. Hieronym. Gabr. cum ſupra dictis verbis, non ſimpliciter affirmat, conſtandu de filiatione, ſeu deſcendentia, ſi non conſtet plene de paupertate, non eſſe præſtanda alimenta, & ſumptus litis: ſed quia in caſu ſuo concurrebant duo defectus probationis filiationis, & paupertatis, defendit non eſſe præſtanda alimenta: neque dict. Hieron. Gab. affirmat: non ſufficere ſummariam cognitionem de paupertate: ſed tantum ait, neceſſariam eſſe dictam cognitionem. Quod intelligendum eſt de ſummaria, iuxta doctrinam gloſ. fin. in l. fin. C. de alend. liber.

12 Et quamvis ſupradicti DD. ita affirmaſſent, eorum opinio in caſu noſtro ſequenda non eſſet: nam ſi non dubitatur, quod conſtito de paupertate, etiam ſi lis vertatur ſuper filiatione, & conſtito ſummatim de filiatione, debent præſtari alimenta, ne interim

interim fame pereat: & hæc ratio à fortiori procedit, conſtitto plenè de filiatione, vel deſcendentia, & ſummatim de paupertate: ergo dicendũ eſt: quòd interim debet præſtari aliqua quantitas ad ſumptus litis, & alimenta, ne fame pereat, & ob defectum pecuniæ, nõ poſsit proſequi cauſam ſupplicationis interpoſitæ à ſententia, in eius favorem latæ; pro quã eſt præſumendum. Et ſatis dicitur in caſu noſtro, ſummatim conſtare de paupertate, per depoſitiones quatuor teſtium; per dictum don Gavinũ de Cardona productorum, hoc concludenter teſtantium, quamvis eorum depoſitiones non ſint publicatæ; quia quoad iudicem, faciunt
31 etiam fidem, ante publicationem; Bart, in l. geſta, numero 5. C. de re iudicata, & eſt communis opinio, teſte Farina. de teſtibus, quæſtione 75. numero 19. Et in noſtris terminis, Gratianus diſceptation. forenſium, tomo 2. cap. 236. numero 50. ibi: Poterit tamen iudex ſe informare à teſtibus, nondum publicatis, ad effectum decernendi litis expenſas, & alimenta, cum non ſit neceſſe, vt atteſtationes publicentur, Cephal. conſil. 127. numero 10. lib. 1. Acin. in praxi. §. 32, ampliatio. 29. in fin, cum ſufficeret, pro decernendis iſtis ſumptibus, non ſolum præſumptio oriens ex ſententia, à qua fuit appellatum, ſed & alia ſimilis, de qua cõſtaret iudici ſummariè, Bald. in l. ſi neget, ff. de liber, agnoſcend.

14 Ex quibus fuit facta proviſio, ſive interlocutoria, ſententia per S. S. R. Conſilium die 3. Iulij 1629. pendẽte dilatione: quod dicto don Gavino, pro nunc, ex fructibus bonorum, ſuper quibus litigatur, perceptis, vel percipiendis, à die ei traditæ poſſeſsionis, eorum præſtentur quinque mille argentei, ad ſumptus litis, & alimenta, præſtita cautione de eis reſtituẽdis quatenùs de iure teneatur.

DECISIO XXIX.

Alimenta, ſeu, vt Valentiæ dicitur, Beſtreta, ad ſumptus litis & alimenta, præſtari debent, pendente cauſa appellationis, vel ſupplicationis, deſcendenti pauperi, qui ſententiam obtinuit.

1 *Sumptus litis adverſarius, adverſario miniſtrare non tenetur.*

2 *Cautionem, ſi quis invenire non poteſt; bonum eſt, vt relinquat fructus apud ſequeſtrum, vt poſsit obtinere executionem ſententiæ, quæ pendet per ſupplicationem.*

3 *Conſanguineus non tenetur de iure alere conſanguineum.*

4 *Alimenta difficilime debent dari illi, qui habet ſententiam pro ſe, & aliam contra, impugnatur nu. 32.*

5 *Sequeſtrationi poſſeſsionis, & fructuũ: an locus ſit, quando prima ſententia lata fuit pro poſſeſsione, ſecunda contra eum pro petitione.*

6 *In pari cauſa, melior eſt conditio poſsidentis.*

7 *Biſtractio, vulgo dicta Beſtreta, hoc eſt alimenta, & ſumptus litis debentur nepoti pauperi, qui ſententiam obtinuit, pendente appellationis cauſa. Idem in quolibet deſcendente, nu. 8, 9. & 25.*

9 *Sumptus litis, & alimenta præſtari debent cuilibet, deſcendenti pauperi, qui ſententiam obtinuit in bonis aſcendentis. Et idem procedit in aſcendentibus, numero 10.*

11 *Legitima, non minori iure debentur aſcendentibus, quam filijs.*

12 *Alimenta, & ſumptus litis debentur ſervo, de cuius libertate contenditur, ſi ei vniverſa bona fuerint ablata, & ſequeſtrata.*

13 *Alimentorum proviſio, vulgo dicta Valentiæ, Beſtreta, peti poteſt in cauſa appellationis, & decernitur, ne perſona pereat. Et ita fuit iudicatum in Supremo Conſilio, nu. 34.*

14 *Alimentorum proviſio poteſt peti, etiã in executione ſententiæ, ſi opponerentur exceptiones, quæ altiorem requirerent indaginem.*

15 *Sententia, appellatione pendente, quandam habet præſumptionem iuſtitiæ, & rectitudinis.*

16 *Præſumendum eſt in dubio pro iudice, qui protulit ſententiam, quæ pendet per appellationem, & nu. 21.*

17 *Alimenta præſtanda ſunt, appellatione pendente.*

18 *Alimenta præſtanda ſunt, a fortiori, ſupplicatione pendente.*

19 *Sententia lata in Supremo Conſilio, in cauſa ſupplicationis, executioni deducitur, præſtita cautione.*

20 *Sententia, quæ pendet per appellationem, non poteſt exequi: quia ſuſpenditur eius effectus.*

21 *Fructus aliquando ſequeſtrantur, pendente appellatione.*

23 *Appellatio non ſuſpendit executionem ſententiæ latæ in cauſa alimentorum.*

24 *Arma, non tenentur quis miniſtrare adverſario,*

26 *Pauperem eſſe, vel ſuis bonis vti non poſſe, pari iſunt ad effectum, vt decernantur ei ſumptus litis, & alimenta.*

27 *Alimenta præſtantur ex bonis proprijs ſequeſtratis, vbi quis fideiuſſorem dare non poteſt.*

28 *Alimenta litiganti debent præſtari de bonis aſcendentis, illius, qui ſententiã circa ea obtinuit.*

29 *Præſumptio eſt pro vltima ſententia, revocatoria primæ.*

30 *Sententiæ ſi ſint ambæ latæ cum votis Supremi Conſilij, maior eſt præſũptio pro revocatoria primæ.*

31 *Filio exhæredato, pro alimentis, Carboniana bonorum poſſeſſio non competit, & quare.*

32 Pelaes a Miedes opinio impugnatur.

33 *Sequeſtratio bonorum eſt odioſa, & a iure prohibita.*

IN ſecundo dubio, de quo in proxima præcedenti deciſione: an dicto don Gauino de Cardona, pendente cauſa ſupplicationis, debeant ex bonis, ſuper quibus litigatur, alimenta præſtari. Pro parte negatiua:

1 Primò facit regula text. in l. Imperatores. 17 ff. de tutel & ratio. diſtrah: ibi: *Cum hoc ipſum quæratur: an aliquid tibi, a tutoribus, vel curatoribus debeatur, non habet locum poſtulatio tua, volens in ſumptum litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtrari.* Bellame. decis. 88. ad med. in Rubr. de regularibus, vbi ait: iniuſtũ eſſe, vt adverſarius adverſario ſumptus litis miniſtret: argum. l. nimis grave. C. de teſtibus.

Secundo: pro parte dicti don Fabritij Manca allegabatur: don Gavino

num non eſſe pauperem, cum poſſideat multa bona, valde pretioſa, pro executione ſententiæ, ex quorum reditibus ſe alere poteſt. Et quemadmodum hactenus ſe aluit per tot annos, hac cauſa pendente: poteſt etiã ſe alere hac lite durante, in gradu ſup
2 plicationis, donec vltima ſententia feratur: vſus enim fuit dictus Dõ Gauinus Remedio, quod tradit Rebuf. 1. tom. ad conſtit. Reg. tract. de ſent. execut. art. 1. Gloſ. 15. num 7. his verbis: *Ideo, qui non poteſt inuenire cautionem, bonum eſt, vt relinquat fructus apud ſequeſtrum, vel commiſſarium, vel procuret a iudice dari commiſſarium, qui hos recipiat fructus, vſque ad finem pleni poſſeſſorij. Et hoc caſu etiã executoria erit ſententia recredentiæ, contra partem, quæ poſſidebat, & auferetur ab ea poſſeſſio, & dabitur ſequeſtro, vel cõmiſſario, qui cauebit pro eo, qui recredentiam obtinuit, & recipiet, ac retinebit fructus, quouſque plenum deciſum fuerit poſſeſſorium.* Et ita declaretur: bona eſſe dicti Don Fabricii Manca, confirmando primã ſententiam, dictus Don Gauinus eſſet alitus de bonis alienis: Namque Don Fabritius non tenetur eum alere: quia tantum eſt eius ſobrinus: am
3 bo enim ſunt nepotes duarum ſororum, & vltra fratrem, non reperitur in iure diſpoſitum, quod conſanguineus teneatur alere conſanguineum: Vt aliis relatis. Vincent. de Franc. deciſ. 78. num. 3. Marius Giurba. deciſ. 5. num. 3.

Tertiò: in caſu noſtro, non videtur concurrere præſumptio boni iuris, pro dicto Don Gauino, cum fuerit contra eum lata ſententia, per Locumtenentem ſuæ Regiæ Maieſtatis, in Regno Sardiniæ, cum votis huius S.S.R.C. Et liceat poſtea fuit cum alia reuocata; hæc tamen vltima pendet per ſupplicationem; & ſic vtraq; pars habet vnam ſententiam pro ſe, cum votis eiuſdem Supremi Concilij: & perconſequens, non poteſt hæc alimenta litependente, conſequi. Ex his, quæ ſcribit Pelaez Mieres de ma
4 iorat. 4. p. q. 37. n. 1. in vltima edit. tomo 2 pag. 303. dicens: in practica habuiſſe, quod ſi quis litiget ſuper bonis maioratus, & habeat vnam ſentẽtiam pro ſe, & aliam contra, difficilimè debent ei alimenta dari. Iuxta no
5 tabilem doctrinam Ioannis Andreæ in addit. ad ſpeculatorem lib. 4. tit. de ſequeſtr. in Rubr. ad med. vbi in illa, q. an locus ſit ſequeſtrationi poſſeſſionis, & fructum, vbi prima ſententia lata fuit pro poſſeſſore, ſecũda, cõtra eum, pro petitore, ait: putare, non eſſe locum ſequeſtrationi: habet enim (inquit) præſumptionem vnius ſen
6 tentiæ pro ſe, & in hac paritate debet eſſe melior conditio poſsidentis; vt in regula in pari lib. 6. Quã ſpeculatoris, doctrinam citat. Gregor. Lopez. in l. 1. tit. 9. parti. 3. Gloſ. in verbo. Segaſtaria. in fin. fol. 51.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deliberatum: nimirum ſupplicationis cauſa pendente, dicto D. Gauino eſſe alimenta præſtanda.

Primò per text. in l. ſi inſtituta: §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſt. Ibi: *De inofficioſo teſtamento, ut pos contra patruum ſuum, vel alium ſcriptum hæredem, proportione egerat, & obtinuerat: ſed ſcriptus hæres appellauerat: placuit inte-*

interim, propter inopiam pupilli, alimenta
pro modo facultatum, quæ per inofficioſi
teſtamenti accuſationem, pro parte ei vin
dicabantur, decerni: eaque aduerſarium ei
ſubminiſtrare, neceſſe habere, vſq; ad finē
litis. Et hoc Valentiæ dicitur beſtreta.
Per quem text. inquit Couarr. pract.
8 qq. cap 6. num. 5. in fine, & n. 6. *Quod*
ſi quis petat bona paterna ſibi reſtitui, &
agat querela inofficioſi teſtamenti, cogitur
reus dare huic actori, pendente lite, expen
ſas litis, & alimenta, tribus concurrenti-
bus. Quorum primum exigit, actorem hūc
eſſe filium, vel nepotem teſtatoris: ſecun-
dum, quod ſit actu pauper: Tertium, quod
habeat ſententiam pro ſe, iam aduerſus
reum latam. tex. celebris in d. §. de inoffi-
cioſo. Quem ita intelligunt Gloſſ. Bart.
Alber. Angel. Paul. de Caſtr. & fulgoſ.
Ibi: *Atque ideo hæc eſt communis opinio.*
Idem not. Alcia. de præſumpt. reg. 3. præ-
ſump. 9. num. 9. Quantum ad primum, idē
9 *eſt dicendum: in pronepote, & alio quouis*
deſcendente a teſtatore, cū eadem ſit vtro-
bique ratio. Secundum Rebuff. 1. tom. in ll.
Regia tit. de ſentent. prouiſ. art. 1. Gloſſ.
2 col. 2. Qui idem probat in patre, & aſ-
10 *cendentibus. Nam ex his, non minori iure,*
11 *legitima debetur, quam filiis. l. nam & ſi*
parentibus. ff. de inoff. teſtam. Et hic
eſt proprie noſter caſus: quia Don
Gauinus de Cardona, qui eſt prone-
pos don Antonii Guiſo, inſtitutoris
maioratus obtinuit ſententiam, in ſui
fauorem in hoc S.S.R. Concilio. Et
eſt pauper, & ſic in eo, concurrunt di-
cta tria requiſita: & per conſequens,
ex bonis quæ fuerunt dicti Don An-
tonii Guiſo, proaui, ei præſtanda eſt
quantitas neceſſaria ad ſumptus litis,
& alimenta futura.

12 Secundò facit. text. in l. fin. C. de
ordine cognit. Ibi: *Quod ſi ei, qui ad*
ſeruitutem vocatur quidquam direptum
eſſe memoretur, vniuerſaque conſtiterit
ablata, ita demum reddi conuenit ei, qui
ſeruus eſſe contenditur; ſi modo ſaluam
rem futuram, per idoneos fideiuſſores, pro
miſerit. Nam ſi tales dare non potuerit,
tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tra-
ctabitur, ſequeſtrari in eum diem, in quo
controuerſia ſopiatur ita vt, ex iſdem (ſi
aliqua alia facultas eſſe non poterit) tan-
tum litis ſumptus, & alimenta, homini ſub
miniſtretur, quantum moderatoris iudicis
arbitrio fuerit æſtimatum. Quem tex.
ad hoc citat. Valaſc. tom. 1. conſultat.
conſult. 1. num. 1. & inquit: quod ita
ſeruat vſus forenſis, probata omni-
moda paupertate, qui caſus videtur
noſtro valde accomodatus: nam D.
Gauinus de Cardona, eſt in poſſeſ-
ſione dictorum bonorum, licet fru-
ctus ſunt ſequeſtrati, & deponuntur
penes depoſitarium regium: quia nō
potuit præſtare cautionem aliam: &
ita alendus eſt ex bonis ſequeſtratis.
13 Tertiò: vt inquit Rebuf. tom 1. ad
ll. Regias Galli. tract. de ſent. proui-
ſional. in præfa. num. 26. 27. & 28. pro
uiſio alimentorum (quæ Valentiæ
beſtreta dicitur) in cauſa appellatio-
nis, peti poterit, & decerni: quia me-
lius eſt tunc prouidere, quam ſi per-
ſona, vel res periret. Et cauti practi-
cantes ſolent prouiſionem in princi-
pio litis, ſub proteſtatione, petere: ſi
iſta cauſa tractum longum, aut dila-
tionem habeat, interim poſtulo pro-
uiſionem; ſi tamen non fuerit petita,
poterit poſtea vſque ad finem litis ex
cluſiue peti, imo etiam in executione,

14 ſi opponerentur exceptiones, quæ altiorem requirerent indaginem, poſsit peti prouiſio, cum ſit fauorabilis, & eadem ratio, ſeu maior in hoc caſu locum habere videtur, ne interim fame pereat. Et ita Rebuff. & in occurrenti caſu, magna concurrit præſumptio boni iuris dicti Don Gauini de Cardona: cum habeat ſententiam, in eius fauorem latam in hoc S. S. R. Concilio, & licet pendeat per ſupplicationem, pro ea tamen præſumitur, vt in propoſito noſtro, inquit Couarr. d. c. 6. practicarum, qq. num. 6. ad med.
15 ibi: *Nihil omnibus ſententia, adhuc appellatione pendente, quandam habet præſumptionem iuſtitiæ, & rectitudinis.* Afflict.
16 deciſ. 152. nu. 6. vbi ait: in dubio, præſumendum eſſe pro iudice, qui protulit ſententiam, quæ pendet per appellationem, & ea pendente, præſtanda
17 eſſe alimenta. Rebuf. 1. tom. ad conſti. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. num. 117. & dicit: habere præſumptionem, quando ſententiam habuit pro ſe, licet ab ea fuerit appellatum, & afortio
18 ri, hoc procedit, quando à ſententia non fuit appellatum: ſed ſupplicatũ, qualis eſt ſententia lata pro dicto dõ Gauino, pro qua, cum ſit Supremi Concilii, magis præſumitur, & executioni deducitur, præſtita cautione, iux
19 ta authenticam, quæ ſupplicatio, C. de
20 precib. imperato. offerend. & tamen quando pendet per appellationem, non poteſt exequi: ſuſpenditur enim eius effectus cap. venientes. extra. de iur. iuran. Ibi: Sententias appellatione ſuſpenſas, & cap. 1. ibi: appellatione ſuſpenſa. ext. de re iudica. l. 1. ff. nihil nouari appellatione interpoſita. Et Sur. de aliment. tit. 1. q. 120. num. 10. cum ſequentibus, ita ait: *Et ſi appellatio impediat ne ſententia omnimodum ſuum ſortiatur effectum, non tollit in totum, neque*
21 *ſuſpendit omnes effectus ſententiæ: & ideo non obſtante appellatione, adhuc pro iudice præſumitur. Secundum Imol. in cap. in præſentia de renunt.* Dec. in c. quoniam *contra num. 33. deprobat. vbi allegat Bald. Caſtrenſ. & alios. Alciat. in tractat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 9. Bene fateor: quod iſta præſumptio non eſt ita vrgens, ac ſi non eſſet appella-*
22 *tum. Aliquando etiam operatur, quod ſequeſtrantur fructus, vt in clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. vbi aut recitatur effectus ſententiæ: & ſi in aliis cauſis multum operatur ſententia, non minus operari debet*
23 *in cauſa alimentorum: ideo videmus, quod appellatio non ſuſpendit executionem ſententiæ, latæ in cauſa alimentorum.* Et ita tenet Menoch. de præſumptionibus lib. 1. præſumpt. 35. n. 20. & lib. 2. præſump. 67. num. 41. per tex. in d. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſ. ff. de inoffic. teſtament. Felin. in cap. ſi qui teſtium num. 9. verſ. ſecundus caſus ex. de teſtibus.

Nec obſtant in contrarium dedu
24 cta: Ad primum reſpondeo: quod licet regulariter, non teneatur adminiſtrare arma aduerſario, vt in l. nimis graue. C. de teſtibus, nec ſumptus litis, vt in d. l. imperatores. ff. de tutelis & rat. diſtrah. fallit tamen hæc regula in deſcendentibus, petentibus ali
25 menta, & ſumptus litis, quando in eorum fauorem eſt lata ſententia. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inof. teſtam. & 5. latè probaui, num. 6. cum ſeqq.

Ad

26 Ad ſecundum reſpondetur: non ſufficere poſſidere bona: ſed eſſe neceſſariũ eis vti poſſe: paria enim ſunt, quem eſſe pauperem, vel ſuis diuitiis vti non poſſe, ad effectum, vt ei decernantur pecuniæ ad ſumptus litis, & alimenta, vt in terminis dicit Rota Romana. deciſ. 79. nu. 3. in 2. p. noniſſim.
27 vbi dicit: ſeruandam eſſe diſpoſitionem. l. fin. C. de ordine cognit. quod ex bonis ſequeſtratis, præſtentur alimenta, vbi fideiuſſorem dare non poteſt. Et non eſt iniquum, vt pronepos pauper don Antonii Guiſo, ex bonis proaui alatur litependente, ſuper eiſdem bonis. Et licet ſobrinus non te-
28 neatur alere ſobrinum, de propriis bonis; tamen de bonis, quæ fuerunt aſcendentes illius, qui litigat ſuper ſucceſſione eorundem bonorum, & obtinuit ſententiam in ſui fauorem, debent ei lite durante alimenta præſtari per iura ſupradicta num. 7. cum ſequentibus, & dixit Bar. in l. imperatores. ff. de tutel. & ratio diſtrahere.
29 Ad tertium & vltimũ reſpondeo: quod præſumptio eſt pro vltima ſententia, reuocatoria primæ, vt ſentit Rota in recollect per Farin. deciſ. 748. tom. 2. p. 2. fol. 303. Oliuer Beltran. in addit. ad deciſ. Ludoui. 189. verſ. Præſumptio boni iuris: imò cum ambæ ſententiæ ſint latæ, cum votis eiuſdẽ
30 Supremi Concilii, maior eſt præſumtio pro reuocatoria, cum idem ſenatus, re melius conſiderata, mutauerit ſententiam. Facit, quod ſcribit Ceph. conſ. 127. num. fin. lib. 1. quod ideo in l. ſi inſtituta §. inofficioſo, ff. de inoff. teſtam. requiritur: quod filius obtinuerit ſententiam pro ſe, quia ibi filius patris teſtamento fuerat exhæredatus, cui exhæredato pro alimentis
31 Carboniana bonorum poſſeſsio nõ competit, l. qui de inoff. ff. de inoff. teſtam. quia militat præſumptio pro patre, qui iuſta cauſa eum exhæredauerat: & hæc præſumptio fuit excluſa per ſententiam latam in fauorem filij, declarando inofficioſum fuiſſe teſtamentum. Si igitur præſumptio, quæ militabat pro prima ſententia, fuit excluſa per vltimam, cum qua prima fuit reuocata, & qui vltimam obtinuit, habet pro ſe præſumptionem. Et ita non eſt recipienda opinio Pe-
32 laez a Mieres, de maioratu 4. p. q. 37. num. 1. dicentis: difficillime poſſe obtinere alimentam litigãtem, ſuper bonis maioratus, ſi habeat vnam ſententiam, pro ſe, & aliam ſententiam contrariam: maximè, quando ſententia lata in fauoren prætendentis ſucceſſionem, eſt regia, & reuocatoria primæ. Et Ioannes Andreas, in contrarium allegatus, non loquitur de præſtatione alimentorum, quæ fauorabilis eſt,
33 in fauorem deſcendentium: ſed de ſequeſtratione bonorum, quæ eſt odioſa, & regulariter de iure prohibita, & Gregor. Lopez in l. 1. tit. 9. part. 3. Gloſ. in verbo Gaſtaria, in fine, fol. 51. potius videtur tenere contrarium, ita enim ait: & quod ſi reus pimo obtinuiſſet, & poſtea ſuccumbat in ſecunda ſententia, de qua appellauit, procedat adhuc quod hic dicit: licet idem Grego. Lopez allegat Ioannem Andreæ vbi ſupra, contrarium tenentem.
34 Ex ſupradictis fuit facta proviſio, ſiue interlocutoria ſententia, S. S. R.

Con-

Concilium die 3. Iulij 1629. pendente dilatione: quod dicto don Gauino pro nunc, ex fructibus bonorũ, ſuper quibus litigatur perceptis, & percipiendis, a die ei traditæ poſſeſſionis eorum, præſtentur quinque millæ argentei, ad ſumptus litis, & alimenta, præſtita cautione de eis reſtituendis, quatenus de iure teneatur.

DECISIO XXX.

Iuratoria cautione præſtita, exequi poteſt prouiſio, facta in fauorem litigantis pauperis, quod ei præſtetur quantitas ad ſumptus litis, & alimenta.

1 *Cautio idonea, de reſtituendis alimentis, caſu, quo in cauſa ſuccumbat, præſtanda eſt.*

2 *Emptor debet omnino venditori reſtituere, ſi redhibitoria egerit, non tantum fructus; ſed & ſi quid a venditore conſequutus eſt, ex eo, quod ei hominem venditũ tardius tradiderit.*

3 *Pauperes, ne inuitentur ad temere, & in caute agendum in iudicio, vt interim, dum lis finitur, obtineant expenſas, & alimenta, quæ poſtea ſi vincuntur, non poſſunt, præ inopia, reſtituere, curandum eſt.*

4 *Cauſa non ſequuta: reſtituitur ex cauſa datum.*

5 *Cauſa, vbi deuenit ad non cauſam, repetitio conceditur.*

6 *Sententia reuocata, cuius vigore quis tolerabatur in poſſeſſione, reſtituenda eſt res cum fructibus.*

7 *Cautio præſtari debet pro executione ſententiæ alimentorũ. Et ita fuit declaratum in magna Curia Regni Ciciliæ, & Regia Audientia Cathaloniæ, num. 8*

9 *Cautio præſtari non debet pro alimentis conſequendis. Et num. 10. 11. 12. 13. 19. 21. 22. 23. & 26.*

13 *Æquitas non eſt ali de alienis bonis, indebite tamen eſt minus iniquum: fruſtra impendia fieri, quam denegare alimenta ei, qui dominus bonorum, aliquo caſu, futurus eſt, & nu. 14.*

15 *Ratio, quæ adaptatur ad plures caſus generaliter, in omnibus debet locum habere.*

16 *Ratio generalis ampliat dictum.*

17 *Specialitas allegari non debet, vbi nulla extat ratio.*

18 *Alimenta ventri prægnanti dantur, etiã ſi mater diues ſit, vel aliunde habeat.*

24 *Alimenta, ſi præſtantur alicui officio iudicis, non tenetur cavere in caſu, quo appareat ipſum non habere ius.*

25 *Cautio præſtãda eſt pro alimentis, ſi reperiatur; ſi quis tamen eam non inueniat, abſque ea ſunt præſtanda. Et ita fuit iudicatum, num. 30.*

27 *Cautio iuratoria danda eſt pro alimentis, ſi fideiuſſores dare non valeat, & nu. 29. & 30.*

28 *Sententia lata in cauſa alimentorum, reuocata ſi deſcendens, qui eã obtinuit, non habet alia bona, ex quibus ſe alat, non tenetur reſtituere quantitatem, ſibi præſtitam pro alimentis.*

Cum interlocutoria ſentẽtia, ſiuè prouiſio ſupra in calce proximæ deciſionis contẽta, eſſet tranſacta in rem iudicatam: dictus Don Gauinus de Car-

Cardona cum ſupplici præcum libello, petijt, vt recepta iuratoria cautione, quam præſtare, ſe obtulit, expedientur literæ, vt in Regno Sardiniæ fieret executio dictæ prouiſionis, in cuius calce fuit prouiſio: fiant ſupplicata. Huius reuiſionem petijt procurator dicti D. Fabricij Manca, prætendendo: non ſufficere iuratoriam cautionem: ſed fideiuſſoriam eſſe præſtandam, vt ſatis cautũ ſit dicto Don Fabricio, in caſu, quo conſtet. Don Gauinum habere alia bona, vnde ſe alat.

1 Primo: nam vt inquit Couarru. practic. q. cap. 6. num. 7. danda eſt cautio idonea, de reſtituendis alimẽtis, caſu, quo in cauſa ſuccumbat. Quod poteſt deduci ex l. cum autẽ, §. cum redhibetur mancipium, Ibi:
2 *Quod tardius hominem ei reſtituit.* ff. de ædilit. edict. vbi probatur: emptorem debere omnino venditori reſtituere, ſi redhibitoria egerit, non tantum functus: ſed & ſi quid à venditore conſequutus eſt ex eo, quod ei hominem venditum tardius tradiderit. Deinde ratio dictat: hoc ipſum agendum eſſe, vel ex eo, quod pauperes non inuitentur ad temere,
3 & in caute agẽdum in iudicio, vt interim, dum lis finitur obtineat expenſas, & alimenta, quod poſtea minime ſunt præinopia, reddituri, ſi contigerit, eos calumnia litigaſſe: & ideo vinci: quia ius eis defecerit. Et ſubiungit Couarruu. quod ita praxi receptum eſt: nam non aliter decernuntur, quam data idonea cautione de eis reſtituendis, ſi forte ſuccubuerit in cauſa.

Secundo: nam ſi lata fuerit ſententia contra dictum Don Gauinũ, ipſe reſtituere tenetur, quod percepit, cum ei detur pecunia ad alimenta, propter præſumptionem, ortam ex ſententia, quam obtinuit: quod bona ſunt eius propria. Et hæc præſumptio ceſſabit reuocata ſententia, & conſtabit: bona non eſſe illius: ſed aduerſarij. Cum igitur ius non haberet, datũ ex cauſa, reſtituitur cauſa non ſequuta: vt tot. tit. ff. de cõdic. cauſa data & vbi cauſa deuenit ad non cauſam: tunc repetitio concedi tur, l. ſi fullo, ff. de condic. ſine cauſa. Roman. in l. ſi vero, §. de viro, num. 270. ff. ſolut. matrim. Ad idẽ eſt text. in l. filio §. contra tabulas, ff. de inoffic. teſtam. Per quem, Roman. conſil. 454. col. fi. dicit: *Quod vbi reuocatur ſententia, cuius vigore, quis tolerabatur in poſſeſsione: reſtituenda eſt res cum fructibus: quia titulus deuenit ad non titulum.* Sequitur Nata conſil. 535. nu. 12. & hanc difficultatem ſentit Rebuf. tom. 1. In conſtit. Galic. titul. de ſentent. prouiſ. artic. 3. glo. 1. num. 22. licet ibi non reſoluat. 4 5 6

7 Tertio: nam in magna Curia Regni Siciliæ, ſæpius fuit deciſum: teneri præſtare cautionem. Et ita vſu fuiſſe receptũ, ſcribit Milanenſ. deciſ. 17. num. 37. & 58. lib. 1. qui etiã amplectitur opinionem Didaci Couarr. in practic. quæſtion. cap. 7. n. 6. dicentis: *Dandam eſſe cautionẽ idoneam, de reſtituendis his alimentis, & expenſis.*

8 Quarto: nam in Regia Audientia Cathaloniæ deciſum fuit: hanc cautionem eſſe præſtandã, vt inquit Ferrer.

Ferrer. 3. part. obſeruat. R. A. cap. 341. & cap. 502.

9 Pro parte Don Gauini: quod nō teneatur cautionem præſtare, faciunt ſequentia:

Primò: l. 1. §. intereſſe, ff. ſi mu-
10 lier ventris nomi. Ibi: *Intereſſe autem videatur, primo de alimentis, quæ in ventrem ſunt erogata: nec enim alijs: Hæc repetuntur, niſi per calumniam, in poſſeſsionem venit: cæterum; ſi res calumnia, nihil præſtabit mulier, quaſi ſine cauſa alita eſt, ſub prætextu ventris.*

Et licet Couarru. practicar. quæſtionum, cap. 6. numer. 7. ad me-
11 dium dicat: ſpeciale eſſe, quod diſponit dict. §. intereſſe in fauorem ventris: cum ſatius ſit, alere non alendum, quam fame necare alendum, eum, qui aliunde bona, & alimenta habiturus foret: ſi vero in ventre conceptus eſſet, & naſceretur. Tamen Surdus de alimentis, titul. 1. quæſtione 124. numer. 9.
12 ad medium, dicit hæc verba. *Nec in §. intereſſe: quid conſiderari poteſt ſpecialitatis, quare mater, minus reſtituat alimenta, quam quiuis alius: ea enim ratio, quòd melius ſit non alendum alere, quam fame necare eum, qui aliquo caſu, futurus eſt Dominus, concernit, non reſtitutionem alimentorum: ſed illorum prouiſionem, & per ea monetur textus, ad decernendum alimenta ventri, non ad ſtatuendum, quod non reſtituantur: ideo ad reſtitutionem referri non poteſt.*

13 Secundo, pro eadem ſententia facit textus in l. 3. ff. de ventre in poſſeſsio mitten. Ibi: *Sumptus autem ab ea facti, bona fide non repetuntur.* l. 1. §. ſed & ſi incertum, ff. eodem, Ibi: *Æquius enim eſt, vel
14 fruſtra non nunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bonorum, aliquo caſu futurus eſt.* Et ibi gloſſ. in verſic. Æquius, ait: *Æquius, id eſt, minus inique: nam hoc non eſt æquitas, ait de alienis indebite.* l. final. C. de pactis, & Surd. dicta quæſtione 124. numer. 9. in fine, cum ſequentibus, ſcribit hæc verba: *Addo quod illa ratio, §. ſed ſi incertum, non eſt ſpecialis; ventre pregnente; ſed eſt generalis in omnibus, qui agunt ad bona, tanquam propria, & non habent aliunde; & per
15 Doctores trahitur ad alios caſus: ideo generaliter, in omnibus debet locum habere, l. de pretio, ff. de publicia. actio. Et generalis ratio ampliat dictum, l.
16 regula, §. ſi quis ius ignorans, vbi Bartol. ff. de iur. & facti ignorantia, dixit Surd. in conſil. 67. num. 21. & in conſil. 96. numer. 20. Præterea allegare
17 ſpecialitatem non debemus, vbi nulla extat ratio, gloſſ. in l. filium quem habentem, C. famili. erciſcund. Caſtren. Ripa, & alij in l. 1. ff. ſoluto matrimo. Atque ratio ſpecialitatis allegare poteſt in ventre prægnante, quæ non militet in alijs? Imò conſidero minorem ſub eſſe rationem eo caſu, quam in alijs: & enim alijs non decernuntur alimenta, pendente lite, niſi ſtante inopia, vt declaraui
18 in quarto requiſito: ventri autem prægnanti dantur alimenta, etiam ſi mater deceſſit, vel aliunde habeat, l. curator, ff. de ventre in poſſeſſ. mitend. &*

dixi ſupra, in q. an ventri prægnanti detur alimenta.

19 Tertio facit l. fin. C. de Carbonian. edicto, ibi: Carbonianum edictum ſub perſonis legitimis, ex indubitato matrimonio, cuſtodito partu, & probata legitima ſucceſſione defertur, ſcilicet, vt in poſſeſſione, nouus hæres inſtitutus, vſque ad pubertatis annos, ſine inquietudine, rebus vtatur interdum alienis. Qui textus valde facit ad propoſitũ nam cauſa, quæ modo vertitur in gradu ſupplicationis, in eo conſiſtit; an Domna Franciſca Guiſo, auia Don Gauini de Cardona, fuerit naturalis tantum, & poſtea legitimata, per ſubſequens matrimonium, contractum per Don Antoniũ Guiſo, & Domnam Magdalenam Porcu, eius parentes: an vero fuerit ſpuria, ita, vt per ſubſequens matrimonium, non potuerit legitimari. Et ſic eſt proprius caſus dict. l. final. nam ibi dubitabatur: an pupillus, qui fuit miſſus in poſſeſsionem ex Carboniano edicto, eſſet filius legitimus, & naturalis eius, cum quo mater erat nupta, antequam eſſet factum diuortium: an vero impubes eſſet filius adulterinus matris, ex alio patre natus. Et in hoc dubio, & lite pendente, mittitur in poſſeſsionem filius, quamuis appareat poſtea, non eſſe filium mariti; nec repetuntur ſumptus, vt dicit ibi gloſſa, in verbo, alienis.

20 Pro eadem ſententia facit: quod ſcribit Paulus Caſtrenſis in l. qui de inofficioſo, num. 5. ff. de inofficioſo teſtamento, his verbis: Et aduerte, quod licet, poſtea non probetur filius, non tenebitur reſtituere alimenta, quæ percipit, niſi probetur, quod calumnioſe, & ſcienter aſſerat ſe filium: quia ſanctius eſt, quod fuerit alitus de alieno, ſi aliqualiter probauerit, quam, quod fuiſſet mortuus fame ſi forte erat filius. Et idem in vxore prægnante quoniam negatur prægnans ex defuncto, ſi fuit miſſa in poſſeſsionem edicto de ven. in poſſeſſ. mit. vt ibi habetur. Et Franciſcus

21 Marcus deciſione 364. in caſu ſimili noſtro: nimirum, in cauſa ſupplicationis, lite pendente, dicit: fuiſſe ordinatum per modum prouiſionis, tradi annuatim *nouem ſextaria frumenti*; & ſex ſummatas vini, & triginta florenos, tam pro alimentis, quam pro expenſis litis. Et numero 2. ſubiungit hæc verba: *Et licet aliquis, ex dominis Curiæ dixerit: quod iſtud debet deduci in euentum litis ſuper iuribus portionis, dicti Humberti nigri: tamen non eſt deducendum, & iam, ſi ſuccumberet. ſecundum Paulum de Caſt. in l. qui de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam. quia iſtud fit per modum alimoniæ, l. fin. C. de ord. cognit.*

23 Et hanc ſententiam tenuerunt grauiſsimi D. D. nimirum Maſul. in ſua praxi. titul. de poſſeſſor. numer. 27. vbi dicit: quod ita ſeruatur in Pariſienſi Senatu. Boer. deciſio. 324. numer. 3. & ſequentibus. Guid. Papæ, deciſ. 561. numer. 1. vbi dicit: ita ſeruari in Curia

Curia Parlamenti: & loquitur ſim
pliciter, etiam, quod nulla præſtetur
cautio vt aduertit Crauet. conſ. 184.
num. 2. Angel. in l. 1. verſic. Poſt
agnitam. C. de Carbonian. edicto.
Guilielm. de Ludo. ſingul. 139 in
fine libri ſigularium Doctorum, vbi
24 dicit: quod, quando alimenta præ-
ſtantur alicui officio iudicis, non te-
netur cauere in caſu, in quo appa-
reat, ipſum non habere ius. Afflict.
deciſ. 152. numer. 3. & 4. Rebuf. 1.
tom. ad conſtitut. Reg. titul. de ſen-
tent. prouiſ. arti. 1. gloſſ. 2. num. 22.
& Regia Audientia Valentina, quã-
do iuſtitia petentis alimenta vide-
tur clara, & quod ea petens, non
poterat præſtare cautionem. vt di-
xi in deciſ. 28. numer. 9. lib. 1. &
ſi erat dubia, præſtita cautione. Don
Ludouicus Pegu. deciſio. 127. An-
ton. de Cordul. in l. ſi à liberis, §.
ſi vel parens, num. 54. verſic. Re-
rum autem illi, ff. de liberis agnoſ-
cend. Surdus de aliment. titul. 1. q.
124. nu. 4. Vallas. tom. 1. conſulta.
& rerum iudicat. conſult. 1. num. 7.
ad med. verſic. Accedo igitur. Me-
noch. de præſumpt. lib. 1. q. 35. nu.
36. & 38. Caſſana. conſil. 25. nu. 10.
Rota Romana, in recollect. per Fa-
rinac. deciſ. 748. tom. vlt. fol. 303.
Ludou. deciſ. 189. & ibi additio. Oli
uerij Beltramin. Cancer. tom. 1. var.
25 cap. 16. de alimẽt. n. 17. in fin. vbi ait:
quod dicitur, quantitatem eſſe ſol-
uendam pro alimentis, præſtita cau-
tione intelligendum eſſe, ſi repe-
riat cautionem: ſi autem non inue-
niat, abſque ea ei præſtanda eſſe.
Ludouiſ. Molina ſocitat. Ieſu, de
iuſtit. & iure, in 2. tractat. quæſt.
246. fol. 1149. verſic. Porrò. Por-
toles in ſcholijs ad Molin. verbo, ali
menta, num. 10. 11. & 12. vbi di-
cit: ita fuiſſet iudicatum in Curia
Iuſtitiæ Aragonum. Fontanel. de
pactis nuptial. tomo 1. clauſul. 4.
gloſſ. 18. num. 79. & 80. fol. 298.
pagin. 2. vbi dicit: ita fuiſſe deciſum
in Senatu, die trigeſimo primo
Maij 1603. declarando: non teneri
eum, cui in prima inſtantia fuerant
taxatæ pro alimentis, triginta libræ
annuæ, quod fuerant in cauſa ſup-
plicationis, moderatæ ad viginti-
quinque tantum, reſtituere illud
plus, quod durante cauſa ſupplica-
tionis, receperat vltra dictas vigin-
tiquinque libras, ad quas fuerat fa-
cta moderatio in cauſa ſupplicatio-
nis, & inquit dictus Fontanel. ad
quid præſtabit cautionem, ſi in ca-
ſu ſuccumbentiæ non tenetur præ-
26 ſtare alimenta? Et cautionem non
eſſe præſtandam in caſu prouiſio-
nis alimentorum, præſtandorum
filio, lite pendente, fuit deciſum in
Regia Audientia Cataloniæ refe-
rente acutiſsimo, & bene erudito
Senatore, Ioanne Magarola, in cau
ſa patris, & filij Moradells. Nouiſsi-
me Vincenc. de Franch. deciſ. 614.
per totum, 4. part. vbi dicit: ita
obſeruari in Sacro Conſilio Neapo
litano, & num. 6. ſcribit hec ver-
ba. Ego pro tempore, quo in ſa-
cro Concilio fui, & ſunt anni
triginta duo, non memini alic
quod decretum fuiſſe per ſacrum
Concilium interpoſitum, per quod
in decretis alimentorum, ſit pro-

Digitized by Google

uiſum, fideiuſsionem præſtari, & quod, licet, in cauſa de qua, bi; fuit interpoſitum, non fuit decretũ Sacri Concilij: ſed Commiſſarij, qui per functorie hoc prouidere debuit, quando nec multo tempore; in conſil. fuerat.

27 Nec obſtant in contrarium adducta. Primò: quod dicit Couar. pract. qq. cap. 6. n. 7. dandam eſſe cautionem, procedit regulariter, ſi eam cō mode dare poteſt: ſi autẽ non inueniat fideiuſſores, & litigans ſit de deſcendentibus teſtatoris, tunc admittitur iuratoria cautio, iuxta formā traditam, in authentica generaliter, verſic. Aut ſi fideiuſſorem, C. de Epiſ. & cleric. Ibi: *Aut ſi fideiuſſorem dare non valet, ſuper iſdem, iuratoriam exponat cautionem, & tactis ſacroſanctis Euangelijs affirmet ſe fideiuſſorem dare non poſſe.*

28 Ad ſecundum reſpondeo: verum eſſe; reuocata ſententia eſſe reſtituẽdam rem, cum fructibus: tamen ſi deſcendens, qui eam obtinuit, non habeat alia bona, ex quibus ſe alat, non tenetur reſtituere quantitam, ſibi præſtitam pro alimentis, cum in ſubſidium, alijs bonis deficientibus, debeant alimenta præſtari ex bonis aſcendentis per lineam maternam. Et quia, caſu, quo dicta ſententia ſit reuocata, hoc inſpiciendum eſt: ideò viſa fuit S.S. R. Conſilio æqua doctrina Ludouici Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 16. num. 43. dicētis: videri ęquum, quod præſtetur cautio: quod ſi in cauſa ſuccubuerit
29 agens, cui alimenta præſtantur ea reſtituet quatenus de iure, ad id ipſum aſtrictum eſſe, compertum fuerit, & hanc doctrinam, etiā tradit Vincent. de Franc. deciſ. 336. n. 5. & eandem doctrinam, & opinionem amplexũ fuit hoc ſupremum Aragonum Cō ſilium in dicta prouiſione, facta die 3. Iulij 1629. dum mandauit, quinq; mille argenteos dicto don Gauino tradi, ad ſumptus litis, & alimēta, pręſtita cautione, de eis reſtituendis, quatenus de iure teneatur. Sed quia iurauit non inuenire fideiuſſorem, fuit cōfirmata prouiſio facta in calce d. ſupplicationis, vt cum iuratoria cautione, ad executionem deduceretur prædicta prouiſio. Denique non obſtat: quod dicitur in magna Regia Curia Siciliæ, & in R. Audientia Cataloniæ contrarium fuiſſe iudicatum: hæc enim eſt magis vera, & magis recepta opinio, concurrentibus circūſtantijs, de quibus in hoc caſu, & in R. Audientia Catalonię poſtea contrarium fuit iudicatum, vt conſtat ex ſupradictis num. 8.

Et ita merito fuit cōfirmata prouiſio: quod præſtita iuratoria cautione, ei præſtaretur dicta quantitas ad ſumptus litis, & alimenta, cum alia prouiſione, facta ex deliberatione S.S.R. Cōſilij die . Februarij 1630. actuario.

DECISIO XXXI.

MOnaſterium; licet ex perſona monachi ſuccedere poſsit in bonis maioratus, vita monachi durante, non tamē poteſt, quando adiectũ eſt grauamē delationis nominis, & armorum.

Monaſte:

1 Monaſterium, quod eſt capax bonorum in cōmuni, mediante perſona monachi, ſucceſsionem capere poteſt.

2 Monaſterium, ſicut eſt capax ſucceſsionis Similiter dicendum eſt, quod erit capax dignitatis, & iuriſdictionis, quæ veniunt in conſequentiam ſucceſsionis

3 Monachus, etiam poſt factā profeſsionē, retinet ius prioritatis in gradu, atque omnia iura agnationis.

4 Monachus non perdit iura ſanguinis.

5 Monachus ſuccedit in hæreditatem, quæ iure ſanguinis defertur.

6 Monachus etiam retinet iura ſuitatis.

7 Monachus ſuccedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis, atque alienari prohibitis.

8 Monachus etiam ſuccedit in melioratione tertiæ partis bonorum, facta aparēte.

9 Monachus, vita ſua durante ſolum ſuccedit in bonis fideicōmiſſo ſubiectis; poſt mortem autem ipſius, ad ſequentes vocatos bona deuoluuntur.

10 Monaſterium, durante vita monialis, excludit ſubſtitutum.

11 Conditio ſi ſine liberis, eſt inualida, ſi grauatus ingreditur monaſterium.

12 Monaſterium non poteſt deferre nomen, & arma teſtatoris; & ita in bonis, cū hoc onere relictis, non poteſt ſuccedere & n. 14. 15. & 16. & 18. & ita fuit iudicatum, num. 24.

13 Mors ciuilis æquiparatur naturali.

17 Monaſterium, ex perſona monachi, qui erat ad fideicommiſſum vocatus; ſuccedit, quando non apparet de contraria mente teſtatoris.

19 Conditio, quod hæres teneatur nomen & arma teſtatoris aſſumere non poteſt, per monaſterium adimpleri; & ſic non poterit in bonis ſuccedere.

20 Onus, quod hæres teneatur nomen, & arma teſtatoris aſſumere facit præſumere, quod teſtator voluerit memoriam ſuam conſeruare.

21 Conditio ſi ſine liberis, eſt inualida, ſi grauatus ingreditur monaſteriū, ex præſumpta mente teſtatoris: non vero, ſi apparet de eius contraria voluntate.

22 Verbum, inualidum, quandoque ſumitur pro inefficaci.

23 Cōditio ſi ſine liberis, adiecta hæredi, qui ingreditur religionem, habetur pro nō ſcripta ex mente teſtatoris: ex quo extenditur ad caſum omiſſum, fauore monaſterij.

MOnaſteriū, licet ex perſona monachi ſuccedere poſsit in bonis maioratus vita monachi durante; nō tamē poteſt, quādo adiectū eſt grauamē delationis nominis & armorū.

D. Ludouicus Roca, Regni maioricarum, in ſuo vltimo teſtamento, recepto per Petrum Sabater Notarium die tertia Februarij 1556. hæredem vniuerſalem inſtituit Violantem Roca, eamque onere fideicommiſsi grauauit, cum verbis ſequentibus: Cum tali tamen pacto, grauamine, vinculo, & conditione, quod ipſa, quandocumque decedente ſine filijs, legitimis, & naturalibus, ac de legitimo, & carnali matrimonio procreatis: ſeu talibus filijs, qui non peruenerint ad ætatem, qui poſsint condere teſtamentum, ſuperuenerint; teſtamentum tamen non fecerint: in dictis caſibus, & quolibet eorum, volo, & mando; quod non poſsit diſponere, niſi de centum libris tantum: reliqua autem bona mea perueniant, & reuertantur, fauore alimentorum, & amore Dei, &

alijs propter bona ſeruitia, ad dictũ Michaelem Roca, filium meũ ſpurium, quem tali in caſu ſubſtituo. Rogando inſuper dictam nobilem filiam meam: quod caſu, quo obierit ſine filijs (quod Deus auertat) reminiſcatur dicti fratris ſui: Cum nõ habeat perſonam proximiorem, relinquẽdo eidem ex bonis ſuis, quod ſibi iuſtum videbitur, vt condecenter viuere poſsit, ac conſeruare nomen generis mei, atque domus de Roca. In caſu autem, quo dicta filia mea obierit cum filijs naturalibus, ac de legitimo, ac carnali matrimonio procreatis, inſtituo ipſam, cum pacto, vinculo, grauamine, & conditione: quod teneatur in omnibus bonis, quæ ex mea hæreditate habuerit, inſtituere verbo, vel teſtamento, primum eius filium; cum hoc, quod teneatur aſſumere nomen, & arma de Roca: & ſi dictus eius filius noluerit aſſumere dictum nomen, & arma teneatur inſtituere ſecundum eius filium cum eodem grauamine, & ſic reliquos, à primo, ad vltimum: quibus omnibus recuſantibus, aſſumere dictum nomen & arma, teneatur inſtituere eius filias, ſeruato inter ipſas ordine primogenituræ, & cum ſimili pacto, grauamine, vinculo, & cõditione, quod ipſe teneatur inſtituere eorum filios, reſpectiue, de vno ad alterum, ſeruato ordine primogenituræ: qui aſſumant nomen, & arma de Roca, & ſic procedatur de vno ad alterum, vſque ad vltimum: quos omnes ſeruato dicto ordine primogenituræ, inſtituo, cum dicto pacto, & grauamine aſſumendi nomen & arma, in infinitum grauando ipſos ad reſtitutionem bonorũ, ac hæreditatis, ſine aliqua retẽtione, ratione Trebellianicæ, ac falcidiæ, aut alterius cuiuslibet iuris, illis cõpetentis in dictis bonis meis, etiam ratione iſtius teſtamenti: quinimo dictæ filiæ meæ, ac alijs deſcendentibus prohibeo quamlibet retentionẽ, extractionem, vel defalcationem, ratione dictorum iurium: & cum hac conditione ipſos inſtituo, ac ſubſtituo reſpectiue: & ſi dicta filia mea, vel eius filij non ſeruauerint dictas conditiones, & grauamen aſſumendi nomen, & arma vt dictum eſt, aut obierint ſine filijs legitimis, & naturalibus, ac de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, in dictis caſibus, & eorum quolibet, nunc, pro tunc, ipſis ſubſtituo, & mihi hęredem vniuerſalem facio dictũ Michaelem Ioannem Roca, filium meũ ſpurium, atque eius filios, & filias, ſeruato inter ipſos ordine primogenituræ: pręferendo maſculos fæminis, cum eiſdem pactis, vinculo, & conditione aſſumendi nomen meũ, & arma tam reſpectu deſcendentiũ ex maſculis, quã deſcendentium ex fęminis; & caſu, quo dictus filius meus ſpurius, & eius filiæ nõ aſſumpſerint dictum nomen, & arma, vel ſine dictis filijs obierint, ſubſtituo ipſis ſeu eorum vltimo dictum Gaſparẽ ſeruum meũ, tanquam benemeritũ, propter multa impenſa mihi ſeruicia, cum eodem tamen pacto, & conditione, quod aſſumat nomen, & arma mea, quo decedente ſine filijs legitimis & naturalibus, ſeu cum

tali-

talibus filijs; qui noluerint aſſumere nomen, & arma, ſeruato inter ipſos ordine primogenituræ, ac maſculinitatis, vel obiret ſine filijs legitimis & naturalibus; in dictis caſibus, & eorum quolibet ſubſtituo ipſis, & mihi hæredes vniuerſales inſtituo æquis portionibus, Hoſpitale Sancti Antonij, & Conuentum monialiũ Sanctiſsimæ Trinitatis, ſub inuocatione Sanctæ Luciæ, ac confraternitatem montis pietatis.

Virtute dicti teſtamenti dicta Dõna Violans, filia dicti teſtatoris, hæreditati paternæ ſe immiſcuit, quã toto tempore vitæ ſuæ poſſedit, & poſt illius mortem ſucceſsit Domna Mariana filia dictæ Domnę Violantis, neptis dicti Don Ludouici Roca, teſtatoris.

Quæ dicta Domna Marianna habuit tres filias legitimas, & naturales, nempè Domnam Mariã Deſi & Roca, quæ nupſit Franciſco Torrrella, reo in hac parte Conuento, & ſororem Catherinam Deſi, & Roca, & ſororem Annam Deſi & Roca, moniales monaſterij Ciuitatis Callaris.

Poſt mortem dictæ Domnæ Mariannæ, ſucceſsit in dictis bonis Dõna Maria eius filia primogenita; quæ obijt ſine filijs, inſtituto hærede vniuerſali dicto Franciſco Torrella eius viro, & ſuperſtite dicta Catherina Deſi & Roca, eius ſorore, moniali profeſſa dicti conuentus Sanctæ Luciæ. Quiquidem conuentus nomine dictæ Catherinæ litem inſtituit in Regia Audientia Sardiniæ, contra dictum Franciſcum Torrella, prætendẽdo, ipſum ſuccedere in bonis dicti Ludouici Roca, ex perſona dictæ Catherinæ, eius proneptis. In qualite fuit declaratum per dictã Regiam Audientiam: imponendo ſilẽtium dicto conuentui, cum ſententia lata die 24. men. Sept. an. 1621.

A qua ſentẽtia ſupplicauit dictus conuentus, & cauſam ſupplicationis introduxit in hoc S. S. R. C. prætendendo: dictam ſententiam fore, & eſſe reuocandam, & dictum Frãciſcum Torrella condemnandũ ad reſtitutionem dictorum bonorum, vna cum fructibus a die ſuſceptæ poſſeſsionis.

Monaſterium Sanctæ Luciæ ex perſona Catherinæ Deſi & Roca, monialis eiuſdem monaſterij, proneptis Don Ludouici Roca, teſtatoris, ſuccedere debere, probatur ſequentibus argumentis. Teſtator vocauit ſuos deſcendentes, ſeruato inter eos ordine primogenituræ; & iſta eſt proneptis, nullaque alia perſona reperitur deſcendens à teſtatore, per lineam legitimam, & naturalem, niſi hæc Catherina, & Anna Deſi & de Roca, eius ſoror, ætate minor: ergo ſuccedere debet, non obſtante quod ſit monialis profeſſa in dicto monaſterio Sanctæ Luciæ, quod eſt capax bonorum in communi, vt docet, & late probat Molin. de Hiſp. 1 primog. lib. 1. cap. 13. num. 22. cum ſequentib. qui ſic ait: *Primò quia monaſterium huiuſmodi, mediante perſona monachi ſucceſsionem capere poteſt. text. in authent. ingreſsi, C. de Epiſcop. & Cler. text. in authent. de monachis, §. illud, & in c. in præſentia, vbi latiſsime*

per ſcribentes, de probationib. text. in c. cum ad monaſterium, & in cap. quod dei timorem, de ſtatu monachor. Philipp. Portius, qui plura refert conſil. 23. nu. 30. & 31. cum igitur monaſterium hoc ſucceſsionis capax ſit, ſimiliter dicendũ
2 *erit illud eſſe capax dignitatis, ac iuriſdictionis, quæ ſibi venit in conſequentiam ſucceſsionis; quamuis aliàs eiuſdem dignitatis, atque iuriſdictionis incapax extitiſſet, ex his quæ ſupra.* iſto cap. n. 13. adducta ſunt.

3 Secundò: quia monachus etiam poſt factam profeſsionem, retinet ius prioritatis, in gradu, atque omnia iura agnationis, prout arbitratur. Bald. in authent. ſi qua mulier, num. 10. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Segura in repetit. l. coheredi, §. cum filiæ, num. 63. ff. de vulg.

4 Tertio: quia monachus non perdit iura ſanguinis, prout dixit Lapus allegat. 101. vbi eleganter proſequitur materiã. Bal. in cap. cum in magiſtrum. de electio. num. 3. Abbas in cap. quia nos. de teſtam. num. 2. Tiraquell. de nobilit. cap. 26. num. 8. Imò ſuccedit in hæreditate, quæ
5 iure ſanguinis defertur. text. in cap. vnõ. 18. quæſt. 1. Tiraquell. d. quæſt. num. 8.

6 Quarto: quia monachus etiam retinet iura ſuitatis. Bart. in dict. auth. ſi qua mulier, num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in l. ſub. conditione, vbi Angel. Paul. & Alexand ff. de lib. & poſt. Tiraquell. qui plura refert dict. cap. 26. num. 9. & idem Molin. num 77. ſubiungit: quia monachus ſuccedit in bonis, fideicom-
7 miſſo ſubiectis, atque alienari prohibitis, prout arbitratur. Abb. in dict. cap. in præſentia, num. 63. poſt. Ioã. Andr. ibi: cuius dictum ſequitur, plura in idem adducens, Auguſt Beroi. ibidem num. 554. qua ratione, etiam
8 in melioratione tertiæ partis bonorum, facta á parente ſuccedit, prout dixit Segura in repetit. l. coheredi, §. cum filiæ, num. 64. ff. de vulg. Ideoque durante ſolum vita monaci procedit: eo autem defuncto, bo-
9 na feudalia, ſeu fideicommiſſo ſubiecta, ad ſequentes vocatos deuoluentur, vt ex pluribus oſtẽdit Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 9. de conſtitut. idem Bal. in authent. niſi rogati. C. ad Trebell. num. 15. Deci in dict. cap. in præſentia, num. 290. & Auguſt. Beroi. num. 554. Capic. deciſ. 10. num. 10. Iul. Clar. quæſt. 78. verſic. Quæ tamen opinio. hactenus Molin.

10 Secundo, & principaliter, durãte vita dictæ monialis, monaſterium excludit ſubſtitutum, vt bene probat Don Garcia Maſtril. deciſ. 65. num. 3. lib. 1. ſubiungens hæc verba: ita tenet Couarr. variar. reſolu: lib. 1. cap. 19. num. 7. Iaſ. conſil. 212. lib. 2. Roland. conſil. 99. num. 21. lib. 2. & conſil. 35. num. 11. &. 12. & 24. in 3. volum. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 71. cũ ſeqq. Burſat. conſil. 97. num. 23. in 1. Riminald. iun. conſil. 270. num. 6. & in 3. lib. Sforcia Oddo. in tract. de compendioſa, part. 6. fol. 200. verſic. Regula igitur. Honded. conſil. 62. num. 15. & ſequent. lib. 1. Ioan. de Montes Peref. conſil. 252. Viui. commun. opinio. 480. & ſeq. Don

Carol.

Carolus Tapia in loco prælegato
num. 49. & latiſsime omnium Pe-
regrin. dict. artic. 28. nu. 81. fol. 265.
vbi dicit: quod durante vita, nemo
diſcrepat, & ita fuit declaratum in
Regia Audientia Valentina, me re-
ferente, ſententia lata in fauorẽ mo-
naſterij Vallis Chriſti Ordinis Car-
tuſienſis, vt dixi deciſ. 156. lib. 2.

Tertio: licet in caſu noſtro deſ-
cendentes ab ipſo teſtatore ſint gra-
11 uati caſu, quo decedant ſine liberis;
adhuc tamen cũ iſta Catherina mo-
naſterium dictæ Sãctę Lucię ingreſ-
ſa ſit, talis conditio inualida, & pro
non ſcripta habetur in Authent. de
ſanctiſ. Epiſco. in §. ſed & hoc præ-
ſenti collatio 9. ibi: *Sed & hoc præ-*
ſenti addimus ſanctioni, ſi forte quis ſub
conditione nuptiarum, ſiue liberorum, ſi-
ue dotis cauſa, ſiue ante nuptialis dona-
tionis, donauerit, ſiue reliquerit, ſiue li-
beris, ſiue alij cuicumque perſonæ hære-
ditatem, ſiue legatum, aut abinitio pure
relinquẽs eis, oneret eos ſubſtitutione, aut
reſtitutione, aut ſub vna, prædictarum
conditionum, reliquerit, vel donauerit;
ſubſtitutiones vero, vel reſtitutiones eis
fecerit, adiectis conditionibus quibuſcũ-
que, ex his, quæ ſuperius enumeratæ ſunt,
ſancimus: ſi perſonæ talibus conditioni-
bus ſubiectæ, ſiue maſculi, ſiue fæminæ,
monaſteria ingrediantur, aut clerici, aut
Diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiant, tales cõ-
ditiones inualidas, & pro non ſcriptis eſ-
ſe. Quem textum dicit Cache. in de-
ciſ. Pedemont. 126. num. 26 proce-
dere in monaſterio capace: & ſic in
caſu noſtro.

Sed his non obſtantibus contra-
rium fuit deciſum in ſacro Sena-
to Aragonum Conſilio.

12 Primo: quia dictus teſtator ex-
preſſe diſpoſuit: ſuccedentem in di-
ctis bonis fideicommiſſo, & maio-
ratui ſubiectis debere deferre, nomẽ,
& arma ipſius. Quod ſæpiſsime di-
xit in ſua clauſula hęreditaria, fere
ſemper, hoc repetẽdo in ſingulis ſub
ſtitutis, à ſucceſsione expreſſe exclu-
dendo eum, qui non deferret nomẽ
& arma; quibus verbis cenſetur ex-
cludere monaſterium, quod nõ po-
teſt deferre nomen, & arma dicti te-
ſtatoris. Ita in ſpecie Fuſar. de ſub-
ſtitut. quęſt. 429. num. 55. pag. 503.
13 his verbis: *Limitatur decimo ſexto: quã-*
do quis eſſet ſubſtitutus cum conditione,
vt nomen, & inſignia familiæ ſuſciperet
nam ſi grauatus ingrediatur monaſteriũ,
ſubſtitutus non erit excluſus, per ea, quæ
ſcribit Beroi. in cap. in præſentia, quæſtiæ
34. ext. de probation. & ſequitur Ru-
ſtic. in dict. l. cum auus, lib. 5. cap. 1. in
fin. & faciunt dicta limitatione præce-
denti, & ſupra num. 38. Idem eſſet, quã-
14 *do ſubſtitutus ingreſſus eſſet monaſteriũ;*
nam eueniente caſu ſubſtitutionis, mona-
ſterium non eſſet admittendum. Bero. &
Ruſtic. locis relatis. Et hoc ipſum ſen
tire videtur Molina de Hiſpan. pri-
mog. lib. 1. cap. 13. num. 90. his ver-
15 bis: *Cũ igitur quilibet monachus, etiam*
ſi ſit profeſſus in monaſterio capaci, quo
ad hæc, mortuus eſſe cenſetur, cum, quã-
uis poſsit in maioratu ſuccedere; non ta-
men poſsit memoriam familiæ, neque ag-
nationem, ſeu cognationem conſeruare,
nec etiam arma deferre, nec iuriſdictionẽ
exercere, nec dignitatem Ducatus, Comi
tatus, ſeu Marchionatus habere; conſe-
quens eſt, vt quamuis hæc mors ciuilis
æqui-

Digitized by Google

æquiparari debeat, quo ad hoc, morti naturali, ſuccederetque debeat ſequens in
16 *gradu, ac ſi monachus naturaliter mortuus fuiſſet, ex regula generali, qua, ab omnibus communiter traditum eſt, mortē ciuilem æquiparari naturali.* Et idem
17 Molina num. 45. poſt medium, ibi: Quāuis in maioratibus Hiſpanorū, qui in familiarum, ac memoriæ conſeruatione verſantur, & quorum vocationibus monachorū ſucceſsiore pugnat, atque nominis, & armorum præceptum, ſucceſſoribus iniuctum eſt, hæc opinio non abſque difficultate procedat, propter inſtitutorum contrariam voluntatem præſumptā.

18 Nec obſtat in contrarium deducti: procedunt enim regulariter, vbi non conſtat de contraria mente teſtatoris, tunc enim non negamus monaſteriū ex perſona monachi, qui aliàs erat ad fideicommiſſum vocatus ſuccedere poſſe, & bona retinere, ſaltim durante vita naturali monachi, & in his terminis procedunt dicta per me in deciſ. 156. & quod ibi fuit deciſum; ſecus tamen eſt, vbi repugnat voluntas teſtatoris, expreſſe excludentis à ſucceſsione bonorū fideicōmiſsi, ſeu maioratus eum, qui non deferret ſuum nomen, & arma; tunc enim monaſterium, quod
19 non poteſt adimplere hoc præceptū teſtatoris, & grauamen, non poterit ſuccedere. Vnde idem Molina, qui probauit dict. lib. 1. cap. 13. num. 72. cum ſeqq. monaſterium, mediāte perſona monachi, ſucceſsionem capere poſſe, paulò inferius num. 93. & 95. hoc declarat: non procedere, vbi teſtator adiecit hoc grauamen
20 delationis nominis & armorū, quo mediante voluit memoriam ſuam conſeruare.

Denique nō obſtat text. in §. ſed ad hoc præſenti, in authent. de ſanct.
21 Epiſcop. collat. 9. Nam, vt declarat Vincet. de Franch. deciſ. 29. num. 5. & 6. ille text. procedit ex præſumpta mente teſtatoris, quæ quando ceſſat, ceſſabit etiam illius text. diſpoſitio, vt declarat Paul. de Caſtr. & recte, ſecundum Dec. in dict. auth. niſi rogati. Quā declarationem Pau-
22 li de Caſtr. ſequitur Carol Ruin. cō. 98. viſo themate. num. 24. 2. volu. in quo conſilio, reſpondendo ad verbum, inualidas, poſitum in dict. §. ſed & ad hoc præſenti, dicitur: quod, verbum illud exponitur. id eſt, ineſficaces contra monaſterium, ſi exprimatur ſub forma, de qua ibi: & ſic ſubdit quod ille text. non negat, quin ſub alia forma, potuiſſet ſubſtitutio efficaciter concipi, cum conditione ad excluſionem monaſterij.
23 Similiter dicit non obſtare verbum, pro non ſcriptis: quia hoc intelligitur haberi pro non ſcripto ex mente teſtatoris, ex quo extenditur ad caſum omiſsū, fauore monaſterij: aliàs enim, ſi conditio, de qua ibi intelligeretur abſolute, & eſſet pro non ſcripta, ac ſi non eſſet appoſita, ſequeretur: quod eo caſu, quo quis eſt grauatus, ſine filijs decederet, ſi monaſterium ingrederetur, quod reiecta conditione, ſub qua fuit grauatus, grauamen reijceretur, & monaſterium excluderetur ſtatim. Cum igitur in caſu noſtro conſtat de cōtraria voluntate teſtatoris ex ſupra-

dictis

dictis: non obſtat in noſtro caſu dictus textus.

Ex quibus ita fuit declaratum in Regia Audiētia Regni Sardiniæ, ſententia lata in fauorem Frāciſci Torrella, contra monaſterium Sanctæ Luciæ, publicata die 24. Menſis Septēbris, anni 1621. quæ in gradu ſupplicationis, fuit confirmata in S. S. R. Conſilio, ſententia publicata Barcinone vbi tunc reſidebat, die 22. mēſis Decembris, anni 1620. Actuario Ioanne Boer, Regio mandati ſcriba.

DECISIO XXXII.

MAndatum, morte mandantis expirat: & procurator factus dominus litis, licet poteſt ſubſtituere; tamen ſi moriatur antequam eius ſubſtitutus vſus fuerit tali mandato, illud expirat; fallit tamen hoc vltimum, vbi talis dominus litis conſtituiſſet procuratorem in illa inſtantia poſt eius mortem, donec principalis eum revocaſſet.

1 *NUllitas defectus mandati eſt inſanabilis: quia deficit voluntas, & conſenſus principalis.*

2 *Defectus conſenſus per ipſum Principem ſuppleri non poteſt: quaſi a iure proueniens naturali.*

3 *Sententia lata contra aliquem, vti procuratorem, ſi de eius mandato non conſtat, eſt nulla.*

4 *Mors procuratoris debet notificari principali, vt alium procuratorem, in eius locum conſtituat. Et num. 5. & 6.*

7 *Morte mandantis ceſſat mandatum. Et num. 35.*

8 *Procurator factus dominus litis, ſi conditione ſubſtituerit, morte ipſius expirat mandatū. Et n. 11 13. 15. 16. & 25.*

9 *Mandatum non expirat morte procuratoris, qui habuit facultatem ſubſtituendi a principali domino, & eius virtute ſubſtituit.*

10 *Procurator ſubſtitutus, ex vi mandati, habens facultatem ſubſtituendi, non ab ipſo ſed a domino videtur eſſe ſubſtitutus, Et num. 24.*

11 *Procurator ſubſtitutus, ex virtute ſubſtitutionis, alium ſubſtituere nō poteſt.*

14 *Procurator, qui litem fuit conteſtatus, eſt factus dominus litis, & inſtantiæ.*

17 *Conteſtationis actus dat conteſtanti duo priuilegia; ſcilicet, procuratori ſubſtituendi, & mandatum ſibi iniūctum, etiam poſt mortem mandantis, exequendi.*

18 *Subſtituto procuratore defuncto, reuertitur poteſtas ſubſtituendi ad verum rei dominum, vnde originaliter emanauit.*

19 *Subdelegato defuncto, cui primus delegatus commiſsit totaliter vices ſuas, ex quo aliqualiter vſus eſt iuriſdictione ſibi commiſſa, iuriſdictio non reuertitur ad ſubdelegantem: ſed ad fontem.*

20 *Procurator facilius, & citius abdicat a ſe omnem poteſtatem procuratoris ſubſtituendo, quam delegans, ſubdelegando.*

21 *Mandata iudicis delegati, & procuratoris multum ſunt ſimilia.*

22 *Iudex delegatus committens vices ſuas, ſi moriatur reintegra, antequam ſubdelegatus vti ceperit iuriſdictione, expirat commiſsio morte delegantis. Et num. 51.*

23 *Subſtitutio facta a procuratore, habēte*

te facultatem ſubſtituendi, eſt quædã conſtitutio, & cenſetur à domino facta; & ſic non expirat morte procuratoris, ſubſtituentis.

26 Mandati contractus, qui celebratur inter dominum, & procuratorem, ſolo conſenſu contrahitur, & ideo poteſt contrahi inter abſentes.

27 Procurator, creatus in abſentia, debet certificari per nuntium, ſeu Epiſtolã: & non ſufficit certificari per extraneum.

28 Procurator creatus in abſentia, licet certificetur; non tamen per literas domini, ſeu nuntium non eſt perfectum mãdatum, extante contradictore: ſecus eo non extante. Num. 71.

29 Verba procemij denotant cauſam finalem.

30 Procemij verba declarant intellectum diſpoſitionis, vt omnis deinde ambiguitas tollatur.

31 In procemio, tanquam in cauſa, conſiſtit ratio diſpoſitionis.

32 Cauſa procemij ita eſt potens, quod ſicut corpus ab anima, ita diſpoſitio ab ipſa procemiali ratione regulatur.

33 Mandatum datum à procuratore, in firmitate ſua durante, eſt reſtrictum ad tempus vitæ procuratoris; & non poteſt extendi per mortem ipſius.

34 Mandatum eſt ſtricti iuris, & ſtricte interpretandum.

36 Proturator factus dominus litis; poteſt mortuo principali, litem proſequi, & poterit ſubſtituere.

37 Procurator factus dominus litis, vna, & adem perſona cenſetur cum principali. Et num. 68.

38 Procurator conſtitutus in clauſula, donec fuerit reuocatus, re etiam integra nõ ceſſat mandatum morte conſtituentis. Et num. 39.

40 Delegatio facta cum clauſula, donec delegans dixerit reuocandum, non expirat morte delegantis. Et num. 41, & 46.

42 Mandatum, re integra, ideo morte mandantis finitur: quia ceſſat volũtas per mortem.

43 Mandatum, ſi confertur poſt mortem mandantis, tunc non ceſſat eius voluntas: ſed adimpletur. Et numer. 67.

44 Mandatum, poſt mortem mandatoris, poteſt conferri.

45 Mãdatum aliud eſt quod reuocetur; aliud quod firmatur.

47 Delegato mortuo, antequam perpetuetur iuriſdictio, non poteſt fieri prorrogatio.

48 Clauſula, appoſita in commiſsione, ſi ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis, non ſequuta reuocatione, nõ expirat commiſsio morte mandantis, re non integra. Et num. 52.

49 Mors non inducit actum poſitiuum nouæ voluntatis, ſine reuocationis.

50 Clauſula, appoſita in comiſsione ſonans in actum perſeuerantiæ antiquæ voluntatis, facit quod commiſsio poſt mortem non duret. Et num. 53.

54 Iuriſdictio delegati, ſi non eſt radicata: quia nullum actum facit, ipſo iure, morte delegantis expirat.

55 Mandatum conſtitutum ad certum tempus, licet ſtatim deceſſerit mandans, & antequam procurator vſus eo fuiſſet, mandatum non expirat morte mãdantis.

Man-

Digitized by Google

56 *Mandatum conſtitutum ad incertum tẽpus, vel ſecundum, donec aliter de voluntate principalium conſtiterit, nõ expirat morte conſtituentis.*
57 *Mandatum, vbicumque ex natura rei debet exequi, poſt mortem non finitur morte mandantis.*
58 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
59 *Ratificare præſumitur. Quando agebatur de comodo, & vtilitate ipſius.*
60 *Mandatum ex veroſimili conijci poteſt, & præſumitur.*
61 *Scientia, & notitia illius præſumitur; quãdo agitur de eius intereſſe, & cõmodo, vbi factum eſt graue, & lapſum eſt tempus habile.*
62 *Actus, qui ſine magna impenſa fieri non ſolent, facti præſumuntur de mandato, & nomine eius, cuius interſt.*
63 *Veroſimile non eſt, quod dominus non ſit certioratus à ſuo procuratore de commiſsione.*
64 *Scientia, & ratificatio præſumitur ex diuturnitate temporis.*
65 *Scientia probatur ex coniecturis, & præſumptionibus.*
66 *Mandatum, vbi ex coniecturis non probatur ſaltem reſultaret præſumptio, vt domino incumberet in occurrenti caſu, onus probandi mandatum non præceſsiſſe, & docendi de oppoſito.*
69 *Præſentia procuratoris non eſt neceſſaria in eius conſtitutione: quia etiam abſenti officium procuratoris poteſt committi.*
70 *Procurator non adquirit exercitium, niſi recepto procuratorio inſtrumento.*
72 *Ratihabitio eſt facti mandatum, & nõ debet plus operari quod verum.*
73 *Supremi Senatus iudicant ſola facti veritate attenta.*
74 *Ceſſante cauſa finali mandati, ceſſat mãdatum.*
75 *Mandati ceſſante cauſa impulſiua, non ceſſat mandatum.*
76 *Epiſcopus, ſi propter abſentiam ſuã Vicarium conſtituerit, cum primum reuerſus eſt, mandatum tacite cenſetur reuocatum, ſi abſentia fuit cauſa finalis, ſecus ſi impulſiua.*
77 *Mandatum de ſoluendo ſi cõferatur poſt mortem non reuocatur morte, ſed morte interueniente incipit habere effectum.*

MAndatum morte mandandantis expirat: & procurator factus dominus litis, licet poſsit ſubſtituere; tamen ſi moriatur antequam eius ſubſtitutus vſus fuerit tali mandato, illud expirat; fallit tamen hoc vltimũ vbi talis dominus litis conſtituiſſet procuratorem in illa inſtantia, poſt eius mortem, donec principalis eum reuocaſſet.

Don Frãciſcus Eſcano de Caſtelui, Regni Sardiniæ litigabat Matriti in S. S. R. C. cum Domna Philippa de Ceruellò, Comitiſa de Sedillo. Ad quam litem conſtituit procuratorem Protho Carboni Presbiterum die 20. Maij 1613. cum ampliſſima facultate, & poteſtate ſubſtituendi vnũ, vel plures procuratores.

Dictus Protho Carboni, vtendo dicta facultate ſubſtituit Guillermũ Balaguer, in procuratorem dicti D. Franciſci, qui quidẽ Balaguer, vigore dicti mandati, in cauſa comparuit, & cum eo geſta fuerant omnia acta pro

proceſſus, à die 10. April. 1614. vſque ad diem 27. April. 1616. idem Balaguer, cum eſſet infirmus infirmitate ex qua obijt, tanquam factus dominus litis, inſtrumento, recepto penes Ioannem Boer. die 27. Ianuarij 1618. ſubſtituit Barnabam de Carauajal, eius generum, cum his verbis: *Ego Guillermus Balaguer, procurator multarum cauſarum, & litium, quæ in S. S. R. A. C. cum in alijs Conſilijs huius Regiæ Curiæ, inter diferentes perſonas, tam agendo, quam defendẽdo tractantur; quia voluntate Dei infirmus ſum, obidque, defenſioni, & proſecutione litium, & cauſarum, in quibus ſum procurator, perſonaliter vacare non valeo; ne igitur mea infirmitate durante ius, principalium meorum pereat, vel detrimentum patiatur, cupiens ſuper his, (vt pareſt) debite prouidere, ac honori meo ſatisfacere, & iuri principaliũ meorum conſulere, gratis, & ex certa ſcientia, vtendo facultatibus ſubſtituendi mihi datis, & attributis in omnibus litibus, & cauſis, ad quas ducendas, tractandas, & defendendas ſum procurator, cũ facultate ſubſtituendi, ſubſtituo, in alijs vero litibus & cauſis; in quibus non habeo facultatem ſubſtituendi, tanquam dominus litis, conſtituo in procuratorẽ meũ, ſeu potius principalium meorum Barnabam de Carauajal, generum meum, Curiam Regiam ſequentem, ad omnes dictas lites tractandum, proſequendum, & finiendum, donec aliter, de voluntate dictorum principalium meorum, conſtiterit. Cui quidem Barnabæ de Carauajal, procuratori meo ſubſtituto, & conſtituto, reſpectiue dono, concedo, & transfero omnes poteſtates, & facultates mihi datas, & attributas, & quas de iure, conſuetudine, vel alias dare, conſtituere, & attribuere poſſũ: ego enim conſtituo dictũ Barnabam de Carauajal in locum & ius meum, promitto nomine proprio, & dictorum principalium meorum, me, & eos habere ratum, gratum, validum atque firmum, quidquid per dictum Barnabã procuratorem, deſuper ſubſtitutum, & conſtitutum, factum fuerit, & non reuocare ſub bonorum meorum, & illorum reſpectiuè omnium obligatione.*

Tempore quo fuit factum dictũ mandatum, iam erat in cauſa concluſum, & poſtea, nullus actus iudicialis fuit factus, vſque ad prolationem ſententiæ, ſed tantum dictus Carauajal iudices huius cauſæ ſolicitauit, præbendo iuris, & facti allegationes in fauorem dicti D. Franciſci Eſcano, & ſæpius inſtauit, vt cauſam expedirent, in qua tandem fuit lata ſententia die 18. Auguſti 1628. ad quam fuit citatus dictus Carauajal, vti procurator, qui confidebat cum ea confirmari primam latam in Regia Audientia Sardiniæ in fauorem dicti D. Franciſci; ſed contrarium euentum habuit, quia nec dum non fuit confirmata, ſed ècontra, dictus D. Franciſcus Eſcano fuit condemnatus ad ſoluẽdum magnam ſummã, & tunc idem Carauajal in eodem S.S.R. C. obtulit ſupplicem precum libellum die 25. eiuſdem menſis Auguſti, dicendo: quod ipſi fuerat notificata dicta ſententia lata in cauſa, quæ pendebat inter Comitiſas de Sedilo, ex vna, & D. Franciſcũ Eſcano de Caſtellui, & litis cõſortes Regni Sardiniæ,

ex

ex altera parte, ſupponendo ipſum eſſe procuratorem dicti D. Franciſci, & quamuis credendo habere ſufficiens mandatũ ad dictam cauſam, bona fide eam ſolicitauerat, tradendo iuris, & facti allegationes Regẽtibus Cancellariam, qui dictam cauſam votarunt, ad legitimandũ eiuſdem Carauajal perſonam (cui notificata fuerat dicta ſententia) Comes de Sedilo exhibuit mandatum generale factum per dictum Balaguer, tempore ſuæ mortis; qui dictus Balaguer ob hanc cauſam erat ſubſtitutus per Prorhum Carboni, procuratorem dicti Don Franciſci, & quod cum ipſe Caruajal conſuluiſſet peritos intellexit, non potuiſſe ſubſtitui per dictum Balaguer, & caſu quo ad id habuiſſet facultatem, eius morte fuiſſet finitum mandatũ; & ita hæc referebat, vt declararetur circa validitatem, vel inualiditatem dicti mandati, & caſu, quo conſtaſſet, illud eſſe ſufficiens, ex nunc ſupplicationẽ interponebat à dicta ſententia lata in S.S.R.C: in capite ſeu capitibus contrarijs dicto D. Franciſco contra eãdem ſententiam nullitates allegauit, ex defectu mandati dicti Carauajal, prætendendo, eã exequi non poſſe, contra dictum D. Franciſcum, vti nulliter latam, ipſo
1 nõ citato, nec eius procuratore: hæc enim nullitas defectus mandati inſanabilis eſt, cum deficiat voluntas, & conſenſus principalis. l. in cauſæ 27. §. cæterum, ff. de procuratorib. Bald. in l. Celſus 19. num. 3. C. de furtis, Vanti. de nullit. tit. de nullit. ex defect. mandat. num. 60. & 61. vbi dicit, hanc nullitatem eſſe inſanabilem, & continere defectum conſenſus, qui neque per ipſum Princi-
2 pem ſuppleri poteſt, quaſi à iure prouenient naturali, & continere defectum citationis. & allegat. Staphil. in tract. de liter. grat. fol. 45. Sarnen. in comment. regul. in compendio vtriuſque ſignaturæ, fol. 185. Et ſen-
3 tentiam latam contra aliquem, vti procuratorẽ, de cuius mandato non conſtat, nullam eſſe, fuit declaratum in S.S.R.C. cum diuerſis ſententijs à me allegatis in 2. tom. deciſ. in reſponſo iuris num. 152. pag. 371. Debe-
4 bat enim mors dicti Balaguer notificari prædicto D. Frãciſco Eſcano de Caſtellui, vt alium procuratorẽ, in eius locum cõſtitueret, vel in eius contumaciam potuiſſet procedi per audientiam contradictorum, vt dicit Bellam. concluſ. 495. in rubr. de iudicijs, his verbis: *Licet mors procuratoris ſit domino intimanda: ſecus tamẽ de abſentia: quia ſine intimatione, tunc proceditur per audientiam.* Et additio. 2. ad deciſ. Guid. Pap. 86. inquit:
5 non fore procedendum ad ſententiam mortuo procuratore, abſque citatione principalis, iuxta ea, que tradit Bart. in l. 2. C. de ſentent. & interloc. omn. iud. num. 9. vbi quærit, quod ſi lis eſt agitata per procuratorem, tempore ſententiæ fuit citatus dominus ad audiendam ſentẽtiam, non procurator; & dominus fuit contumax, an valeat ſententia, & in fine dicti numeri reſoluit: quod
6 ſi procurator qui erat dominus litis non fuit citatus, quod talis citatio non fecit dominum litis contuma-

tumacem, merito ſententia in ea la-
ta eſt ipſo iure nulla, & ſubiungit
Additionator ad dict. deciſ. Guid.
Papæ, quod non nocet & domino
ſi ignorauit procuratoris mortem,
& aſsignationem ad deffiniendum
factam.

Quod autem dictus Carauajal
non fuerit procurator, conſtat: quia
in iuditio nullũ actu fecit in vita di-
cti Balaguer, qui vti factus dominus
litis, cum procuratorem conſtituit,
& ita morte dicti Balaguer, princi-
7 palis ceſſauit mandatum, l. manda-
tum, C. mandat. §. recte, inſtitut.
eodem, & late probat Viui. deciſio.
494. numer. 1. part. 2. & in noſtris
terminis extat deciſ. Rot. Roman.
relata per Bellamera concluſ. 6. his
8 verbis. *Mortuo procuratore, qui ſubſti-*
tuerat, non ex vi mandati, ſed quia fa-
ctus dominus litis, agi non poteſt cum hu-
iuſmodi ſubſtituto, ſine nouo mandato;
per not. Paul. in Clement. fin. de procu-
ratorib. in gloſſ. 3. in fin. Concilia; ſecus
tamen, ſi tanquam a domino, habens ſub-
9 *ſtituendi poteſtatem, ſubſtituiſſet, vt ita*
eſt not. per Paul. Ratio diuerſitatis eſt
ita: quia quando ex vi mandati ſubſtituit
non ab ipſo; ſed a domino videtur eſſe
10 *ſubſtitutus. vt ff. quod cuiuſque vniu. no*
mi. l. item eorum, §. ſi decuriones, vide
Cin. C. de procuratorib. l. quod quis 9.
penult. & vlt. Sed in primo caſu, cum
non poſsit ex vi mandati immediatè, ſeu
nomine domini ſubſtituere, eius perſona
ſolum attenditur; & ipſe ſolus per conſe-
quens dicitur eſſe mandans, & ſic eſt lo-
cus reg. §. rectè, inſtit. mand. quæ ha-
bet, quod morte mandatoris re integra
mandatum expirat, Et citando dictã
deciſ. Bellam. idem tenet Cardinal.
Mantic. de tacit. & ambig. conuen.
lib. 7. titul 23. num. 15. tom. 1. pag.
482. idem inquit Cardin. Zauarel.
in Clement. procuratorem, de pro-
11 curat. his verbis: *Si autem procurator*
ſubſtituit iure proprio, vt quia factus eſt
dominus litis, tunc procedit quod dicit
Paul. quod per eius obitum, re integra
expirat ſubſtitutio. Idem dicit Cardi.
Tulch. in verbo, mandatum, concl.
65. num. 6. qui allegat Oldrald. cõ-
ſil. 130. num. 3. in terminis noſtrum
caſum decidentem, his verbis: *Alia*
ratione non poſſumus eum dicere procu-
ratorem, ex virtute poteſtatis tranſlatæ
per R. in ipſum: quia ſubſtitutus procu-
12 *rator, ex virtute ſubſtitutionis, aliũ ſub-*
ſtituere nequit: quia talia non egrediun-
tur perſonam, ff. de condit. & demonſ.
l. qui hæredi, & inſtitut. de ſtipulat, ſeru.
§. ſed cum factũ; ergo debet dicere: quod
tanquam dominus litis effectus per litis
conteſtationem, conſtituerit, & ſic eſt alia
poteſtas, & alterius naturæ ab illa, quam
prius habebat, vt expreſſe colligitur ff.
13 *ad leg. falcid. l. ſi a me tibi: ſic enim eſt*
noua poteſtas, & altera à priore ſequi-
tur, quod finitum ſit tale mandatum, mã
datore R. defuncto, vt inſtit. mand. §.
recte. C. mand. l. mandatum, ff. man-
dati, l. inter cauſas, in princ & deleg. 2.
l. cum. pater, §. nemo, cum ſimilibus;
14 *non obſtat, quod R. erat litem conteſta*
tus, hoc enim bene fecit eum dominum li-
tis, & inſtantiæ. vt ff. de doli except. l.
ſi procurator, in tantum, quod poteſt aliũ
procuratorem ſubſtituere, vt C. de pro-
curat. l. procuratoribus, & mandatum
ipſius, qui litem conteſtatus eſt non fini-
tur morte conſtituentis. vt C. de procurat.
l. nulla

l. nulla, ſcilicet ſi virtute conteſtationis,
15 *ſubſtituat alium, non eſt dubium, quod morte ipſius ſubſtituentis, finitur mandatum, ſiue ſubſtitutio; nec enim efficacius operatur, nec tenacius inhæret, vel diutius perſeuerat mandatum, quod manat a procuratore, qui eſt factus per conteſtationem, dominus, non rei: ſed ſolius inſtantiæ: & non vere; ſed ſola iuris diſpoſitione, quam illud, quod emanat à vero domino, ſed conſtat, quod ſi dominus*
16 *rei, poſt litem, per ſe ipſum conteſtatam, procuratorem conſtituiſſet, & deinde, quandocumque decederet, finiretur mandatum, quia nihil arbitramur intereſſe; vtrum ab initio: an lite iam cæpta lis tranſitum faciat ad procuratorem; ſicut ergo finiretur, ſi conſtitutus eſſet ante litem conteſtatam, & moreretur dominus antelitem, per procuratorem (de quo conſtat conſteſta) tam vt ff. de iuriſdiction. omnium iudicum, in l. & quia: & ſi conſtituatur poſt litem, per dominum conteſtatam, vt verificetur regula, C. de procurator. nihil arbitramur, & ibi nota ſecundum Ioannem. Quæ opinio hodie approbatur: extra de procuratoribus, cap. 1. &*
17 *ibi notatur ſecundum Ioannem Andreã. ſolus: ergo actu: conteſtationis dat ipſi conteſtanti duo priuilegia, ſcilicet procuratorem ſubſtituendi, & mandatum ſibi in dictum, etiam poſt mortem mandatoris, exequendi, vt C. de procuratoribus, l. neque, in fin. & l. nulla: ſed neutrum iſtorum tranſit ad eum, qui mandatum habet ab eo, ſiue qui ab eo ſubſtituitur: quia non tranſiret ad eum, qui non conſtitue-*
18 *retur a vero rei domino, etiam poſt litem conteſtatam. Et ſi dicatur: ad quem reuerteretur iſta poteſtas, in caſu noſtro. Reſpondeo, ad verum rei dominum id eſt ad monaſterium, vnde*
19 *originaliter emanauit: ſicut dicitur: quod defuncto ſubdelegato, cui primus delegatus committit totaliter vices ſuas, ex quo aliqualiter vſus eſt iuriſdictione, ſibi commiſſa, iuriſdictio non reuertetur ad ſubdelegantem: ſed ad fontem: multo fortius, procuratore ſubſtituto, lite conteſtata per ipſum, non reuertitur poteſtas ad ſubſtituentem*
20 *quia facilius, & citius abdicat a ſe omnem poteſtatem procuratoris, ſubſtituendo, quam delegans ſubdelegando. Vt colligitur bene de procuratoribus in 6. cap. is quia procurator,* & magis adſtringit deciſio Rotæ Roman. 33. aliàs 414. de procuratoribus, in nouiſsim. cuius verba ſunt: *Si aliquis conſtitutus procurator in diuerſis cauſis, & aduerſis perſonis, cum mandato ſubſtituendi, exiſtens in extremis, ſubſtituat vnum in omnibus prædictis cauſis ad agendum, & defendendum, cum clauſula: donec, &c. Et moriatur, re integra, antequam huiuſmodi ſubſtitutus acceptet onus procurationis, fuit dubitatum, & quæſitum: vtrum talis ſubſtitutus poſſet proſequi cauſas, per dictum defunctum occupatas, & inchoatas? Et cauſa dubitandi fuit eadem, quæ ſupra in*
21 *proxima concluſione, in principio, videlicet: quia mandata iudicis delegati, & procuratoris multum ſunt ſimilia. Sed ſi iudex delegatus committat vices ſuas alicui, cum prædicta clauſula, & mo-*

V

& moriatur, re integra, antequam ſub delegatus, vti cæperit iuriſdictione expirat huiuſmodi commiſsio morte delegantis vt in capit. ſi delegatus de officio delegat. lib. 6. Ergo videtur idem in mandato procuratoris cum dicta clauſula ſubſtituti. Sed hoc motiuo non ob-
23 *ſtante fuit determinatum contrarium. Nam hæc ſubſtitutio, eſt quædam conſtitutio, & cenſetur a domino facta; miniſterio tamen ſubſtituentis, vigore ſpecialis mandati, ſibi ſuper hoc facti; & quia dominus adhuc vexit, vt ponebatur in facto, ergo acceptare, & vti potuit poteſtate, ſibi nomine domini facta; ſecus vero; ſi prædictus procurator nullam habuiſſet ſubſtituendi poteſtatem a domino: ſed a lege, puta, qui poſt litem, per eum conteſtatam ſubſtituiſſet; tunc enim ipſo mortuo, re integra mandatum ſubſtituti extinctum fuiſſe: & in hoc habet ſimilitudinem cum iudice delegato, habente poteſtatem a lege ſubdelegandi, de officio delegati, capit. quamuis, & cap. Paſtoralis.* Et additio ad dict. deciſio. 33. de procuratorib. in nouiſ. dicit: quod illa deciſio ſatis clara videtur, & reddit rationem: quia quando ille, qui ha-
24 bet facultatem ſubſtituendi in mandato, ſubſtituit: ſubſtitutus dicitur habere mandatum a domino, qui ſuperuiuebat, procuratori ſubſtituenti, & ſic, licet, ſubſtitutus viuente ſubſtituente, non acceptauerit mandatum, remanebat radicatum in perſona domini; ſecus tamen eſt, quãdo vti dominus litis ſubſtituit; quia
25 ſubſtitutus videtur habere mandatum à ſubſtituente, non a domino. Ex quibus concluditur: quod mortuo dicto Balaguer, qui non habebat facultatem ſubſtituendi a D. Franciſco Eſcano; ſed tantum à lege: quia factus dominus litis, ceſſauit mandatũ in perſona dicti Carauajal, quia res erat integra.

Secundo: dictus Carauajal non acceptauit in vita Guilliermi Balaguer mandatum, & ita vti eo non potuit. iuxta ea quæ tradit Bartol. in conſil. 73. incipienti, quæritur, num.
26 1. lib. 1. his verbis: *Super primo puncto, & ad eius declarationem ſciendum eſt; quod contractus mandati, qui celebratur inter dominum, & procuratorem, ſolo conſenſu contrahitur, vt ff. eodem, l. 1. in principio, & ideo poteſt contrahi inter abſentes; in hoc tamen aduertendum eſt: quod licet inter*
27 *abſentes dicatur contrahi, requiritur tamen procuratorem certificari per nuntium, vel epiſtolam, nec ſufficeret, ſi per quendam extraneum certificaretur, & ff. de actio. & obligat. l. conſenſu.*
28 *& ibi notata per gloſſ. nunc ad propoſitum: ſi procurator conſtitutus in abſentia certificetur, non tamen per literas domini, nec per nuntium, licet conſentiat non eſt perfectum mandatum: ac per conſequens non habet officium procuratoris, nec exercitium, &c.* Cuius Bartol. doctrinam refert, & ſequitur Tuſch. in verbo, procurator, cõcluſ. 835. num. 2. & 3. vbi ait hoc procedere, quando adeſt contradictor, vt in noſtro caſu.

Tertio in dicto mandato, ſiue procurationis inſtrumẽto, facto per dictum Balaguer, vt ſup. dixi nu. 2. leguntur hæc verba: *Quia voluntate Dei infirmus ſum, ob idque defenſioni, & pro-*

Digitized by Google

& proſecutioni litium, & cauſarum, in quibus ſum procurator, perſonaliter vacare non valeo, ne igitur mea infirmitate durante ius principalium meorum pereat, vel detrimentum patiatur, cupiens ſuper his (vt par eſt) debite prouidere, ac oneri meo ſatisfacere, & iuri principalium meorum conſulere gratis, &c.

29 Quæ verba procemij denotant cauſam finalem, l. fin. de hæredib. inſtituend. & declarat intellectum diſ-
30 poſitionis, vt omnis deinde ſubſequens ambiguitas tollatur. Theſau quæſtion. forenſ. quæſt. 1. ex num. 1. Ioann. Garcia de nobil. ſtatim poſt initium in diuiſio. legis, num. 2. cum ſeq. fol. 6. Cardin. Tuſch. tomo 6.
31 lit, P. concluſ. 892. per totam, & ratio eſt, quia in præfatione, & procemio, tanquam in cauſa conſiſtit ratio diſpoſitionis, & id quod in præfatione continetur, dicitur tanquam in cauſa, & eſt volitũ volentis, & intentum agentis, ſignificans ſignificatum, prout conſiderauit Gracia. vbi ſup. a num. 9. & eſt cauſa finalis diſpoſitionis, a qua tota diſpoſitio regitur, vti voluit idem Garcia, nu. 61. & 62. idem Tuſch. vbi ſupra, Menoch. lib. 6. præſump. 2. ex num. 1. ſignanter num. 3. & vt inquit Gratianus diſceptat. forenſ. lib. 3. c. 558. num. 24. ita eſt potens cauſa procemij, quod ſicut corpus ab anima, ita diſpoſitio, ab ipſa procemiali ratione regulatur. Iaſon in l. qui quadragenta, colum. 2. ad Trebel. Crauet. conſil. 192. num. 21. poſt Bartol. in l. vltim. num. 3. de hæredib inſtit. Et ita illa verba procemij: *Ne igitur mea infirmitate ius principalium meorum pereat*, declarant mentem dicti Balaguer fuiſſe: conſtituere tanquam factum dominum litis in procuratorẽ dictum Carauajal durante ſua infirmitate. vt tanquã ab eo ſubſtitutus, & conſtitutus cauſas defenderet, ne domini detrimentum paterentur, & ſic fuit limitatum mandatum ad tẽ-
33 pus dicti Balaguer, durante eius infirmitate; & per conſequens, non poteſt extendi poſt mortem: iuxta ea quę tradit Bald. in l. poſt mortem, n. 8. C. de fideicom. qui allegat ext. in l. ſi mãdauero 22. ff mand. ibi: *Si mãdauero tibi, vt pro me in diem fide iubeas, tuq; purè fideiuſſeris, & ſolueris, vtilius reſpondebitur interim non eſſe tibi mãdati actionem, ſed cum dies venerit.* Et ita quando mandatum eſt reſtrictũ ad tẽpus, ante, vel poſt illud tẽpus non datur actio mandati, mandatũ enim eſt ſtricti iuris, & ſtricte interpretan-
34 dum, c. cum dilecti, extr. de reſcript. c. cui de nõ ſacerdotali, de præb. in 6. l. diligẽter ff. mãd deciſ. Rot. Gen. 9. n. 8. Ioſep. Lud. deciſ. 112. n. 11. cum ſeqq vbi probat ita diligẽter eſſe cuſtodiendos fines mãdati, vt non poſſit extendi vltra caſus in eo expreſſos.
35 Quarto: ſi, & vbi mandatũ conceſſum per d. Balaguer d. Caruajal genero ſuo fuiſſet cõceſsũ poſt mortẽ, adhuc morte mandãtis, reintegra eſſet finitũ, l. ſi. ff. de ſolut. cuius verba ſunt. *Et qui mandato meo poſt mortem meam ſtipulatus eſt, recte ſoluitur: quia talis eſt lex obligationis: ideoque etiam inuito me recte ei ſoluitur: et autem cui iuſſi debitorem meum poſt mortem meã ſoluere, non rectè ſoluitur, quia mandatum morte diſſoluitur.*

36 Pro cõtraria tñ parte facit: quia dictus Balaguer tanquã factus dominus litis, potuit, mortuo principali litem proſequi, potuit etiam ſubſtituere, vt dicit tex. in l. nulla 25. C. de procur. his verbis: *Nulla dubitatio eſt, poſt cauſam, in iudicio agitatã, vtpote dominũ litis procuratorẽ effectũ, etiam poſt deceſſum eius, qui agendam, vel defendendam litẽ mandauerat, poſſe inchoatã cauſam, iurgiumque finire, quippe, cum & procuratorem poſſe eum inſtituere, veteris iuris voluerunt cõditores*, c. 1. de procurat. in 6. deciſ. Rot. Rom. 5. alias 122. de procur. in nouiſ. & deciſ. 8.

37 alias 146 eod. tit. & ratio eſt: quia procurator factus dominus litis, vna, & eadem perſona cenſetur cum principali, gl. fi. in l. ſi procurator 2. alias, procurator 11. ff. de dol. excep. Card. Tuſch. in verbo, procurator, conclu. 833. n. 2. pag. 369. Iaſ. in l. procuratorib. n. 2. C. de procur. Surd. deciſ. 89. n. 17. ergo poterit facere idem, quod principalis dominus rei, & in caſibus, in quibus morte mandantis, re integra, non extinguitur mãdatum, non extinguetur etiam morte eius, qui fuit effectus dominus litis, & ſic procurator à lege Sed quando procurator fuit conſtitutus, cum clauſu

38 la, *donec fuerit reuocatus*, morte mandantis, non extinguitur mandatum: ergo nec in caſu noſtro, cũ in inſtrumento mãdati conceſsi per dictum Balaguer ſit adiecta clauſula: *Donec aliter de voluntate dictorum meorũ principalium conſtiterit*. Quod autem, quãdo quis eſt conſtitutus procurator, donec fuerit reuocatus, re etiam integra non ceſſet mandatum, docet Iaſ. in l. eius qui in Prouincia, §. in placebat, num. 1. verſic. Sexto. ibi: *Sexto notabiliter limita, niſi eſſet man-*

39 *tatum alicui, quo ad reuocabitur per mandantem, iſto caſu mandatum factum cum illa adiectione, quod reuocabitur, non extinguitur morte: ſed eſt neceſſe, quod expreſſe reuocetur; ſicuti ſi delegatio ſit, quæ habeat durare donec dele-*

40 *gans duxerit reuocandum. cap. ſi delegatus, de offic. delegat. in 6. per quem textum, ita in terminis noſtris limitat Bart. in l. more, in vltim. column. ff. de iuriſd. omnium iudic.* Idem tenuerunt Gozadin. conſi. 22. num. 11. verſic. Et ideo, Menoch. conſil. 360. vol 4. Card. Tuſch. in verbo, mandatum, concluſ. 65. num. 92. his verbis: *Limita in mandato facto, quo ad reuocetur, quia morte mandantis non reuocatur.* Anton. Gabr. lib. 2. commun. titu. de procuratorib. concluſ. 2. num. 39. Gratian. diſceptatio. forenſ. tom. 4. 783. num. 18. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. titul. 23 his ver-

41 bis. *Proinde ſi quis cauſam alicui delegauerit, donec duxerit reuocandam, iuriſdictio delegantis non expirat. cap. ſi delegatus, de offic. delegat. lib. 6. Cui conſequẽs vt mandatum cum dicta clauſula, morte mandantis, non extinguatur, d. c. ſi delegatus, iuncta lege, & quia, ff. de iuriſdi. omnium iudicum, & ibi Bartol. qui eam legit cum l. more, num. 17. ff. eod. Quare ſimili modo mandatum ita factum, vt irreuocabiliter duret, vſque ad certum tẽpus, morte mandãtis nõ extinguitur, quia vſque ad tempus præſtitutum, ipſius voluntas non ceſſat*. Præterea ratio prop-

42 ter quam mandatum, re integra, morte mandantis finitur, hæc eſt

eſt, quia ceſſat voluntas per mortẽ. l. locatio, ff. locati. *Locatio* (inquit) *precarij vè rogatio ita facta, quoad is, qui eã locaſſet, dediſſet ve vellet, morte eius qui locauit tollitur.* cap. ſi gratioſè 5. de reſcript. in 6. Ibi: *Poſſes, vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum retinere huiuſmodi gratiam, per eius obitum, per quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipſo expirat.* Bald in l. ſi defunctus, n. 1. ff. de procurat. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. titul. 23. num. 2. & 41. Ruin. conſi. 115.
43 num. 7. volu. 2. At quando mandatum confertur poſt mortem mandantis, tunc non ceſſat eius voluntas, ſed imò admpletur, l. ſi vero non remnnerandi 12. §. fin. ff. mandati, his verbis. *Idem Marcellus ſcribit: ſi, vt poſt mortem, ſibi monumentum fieret, quit mandauit, hæres eius poterit mandati agere, illum vero qui mandatum ſuſcepit ſi ſua pecunia fecit, puto agere mandati.* l. idem eſt 13. ff. eodem. *Idem* (inquit) *eſt, & ſi mandaui tibi, vt poſt mortem meam haredibus meis emeres fundum.* l. mortis cauſa 18. §. Titia, ff. de donation. cauſa mortis. Vbi mandatum, quod Titia fecit Ageriæ, vt chirographa debitorum poſt mortem teſtatricis daret, poteſt exequi poſt mortem, & hanc regulam poſuit Socinus regul. 311. in verbo, mandatum, in 10. fallent Stephanus Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 783. numer. 15. & 18. Mantica de tacitis & ambig. conuention. lib. 7. titul. 24. numer. 1. vbi dicit: indubium
44 non venire, quin mandatum poſt mortem mãdatoris poſsit conferri, & vt inquit idem Mantic. tit. 23. n. 41. aliud eſt quod mandatum reuo-
45 cetur; aliud quod finiatur, quia cum reuocatur, voluntas mandato contraria opponitur, cũ autem finiatur, illa dicitur non eſſe; proinde (inquit) ſi quis cauſam alicui delegauerit, donec duxerit reuocandam, morte delegantis non expirat, c. ſi delegatus, de offic. deleg. lib. 6. cuius verba ſunt. *Si delegatus, quotiens eum ab eſſe contigerit, tibi commiſſerit vices ſuas, poteris eo, rebus humanis, exempto (cum & tunc cenſeatur ab eſſe) cõmiſſum tibi negotium, dũ tamen illo viuente, iuriſdictione vti cæperis, libere diffinire idem poteris quando tibi vices, etiam ſub ea forma commiſsit, donec eas duceret reuocandas nam talis commiſsio, per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio, niſi antea fueri, reuocata, committi ne quaquam morte cõtmittentis expirat, ex quo res integra non extitit, ad eum quoque qui vices ſuas committi, donec reuocet, vel qui executionem*
46 *ſententiæ tantum, aut quidquid aliud de iuriſdictione ſibi reſeruat, non ad delegãtem primum appellari debebit, etiã ſi poſt ſentrntiam fuerit appellandũ.* & Domi.
47 Gemi. ſuper illo tex. n. 3. notat: quod ſi moritur delegatus, antequam perpetuetur iuriſdictio, non poteſt fieri prorrogatio, & idem numer. 10. ad medium, ſubiungit hæc verba.
48 *Tu dic: quod aliquando clauſula ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis, ſicut eſt illa: donec duxero reuocandas, quæ ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis, primæ commiſsionis reuocatiuum: & tunc procedat iſte textus: quia non expirat morte ſuperuenienite, re non integra, & ratio eſt: quia*

49 *mors non inducit poſitionem nouæ volun-*
tatis, in quem caſum erat limitata extin
50 *ctio actus. Aliquando ponitur clauſula ſo*
nans in actum perſeuerantiæ antiquæ vo
luntatis, & tunc: quia illa poſt mortem
non durat, expirat commiſsio, & effectus
limitatus per illam clauſulam. & ſic pro
cedat, cap. ſi gratioſe, de reſcriptis in 6.
Ex quamuis Mantic. dict. lib. 7. tit.
23. num. 42. videtur innuere per illã
clauſulam; donec reuocauero mãda
51 tum, durare poſt mortem, intelligen
da tamen eſt eius doctrina. vt per
mortem non reuocetur mandatum,
ſi res non erat integra, iuxta tex. quẽ
allegat in d. c. ſi delegatus, de offic.
deleg. in 6 qui duas habet partes, in
prima dicit: delegationem factam
cum clauſula quoties ab eſſe cõtige-
rit, locum habere poſt mortẽ, dum
tamen, illo viuente, iuriſdictione vti
cæperit delegatus: in ſecunda vero
parte, eodem themate retento, nimi
rum quod delegatus vti cæperat iu-
riſdictione, & ſic res nõ erat integra
inquit: idem poteris, quando tibi vi-
ces etiam ſub ea forma commiſsit,
donec eas duceret reuocãdas, & ſub
iungit, nequaquam morte commit-
tentis expirat, ex quo res integra nõ
exiſtit; & ſic reddit rationẽ ille tex.
quare quãdo delegatio eſt facta, do-
nec delegans reuocauerit poſt mor-
tem delegantis poteſt delegatus vti
iuriſdictione, videlicet, quia res inte-
gra non exiſtebat, ex quo delegatus
vti cæperat iuriſdictione, & ſic ſolũ
52 ille text. decidit: quod morte eius,
qui delegauit, cum clauſula: donec
ipſe reuocaret, non extinguitur de-
53 legatio: ſecus tamen eſt, ſi fuiſſet fa-
cta delegatio, cũ clauſula donec vo-
luerit delegãs: tunc enim morte mã-
dantis ceſſat eius voluntas & delega
tio, ita declarat Seraph. deciſ. 1371. p.
2. pag. 168. vbi cum fuiſſet loquutus,
nu. 1. de clauſula, & donec aliud in
premiſsis duxerimus ordinandum,
& dixiſſet, quod iſta ordinatio requi
rit actum poſitiuum nouæ volunta-
tis, poſtea ſecundo numero ſub iun-
git, hæc verba: *Et ita diſtinguitur inter*
clauſulam denotantem ſolam perſeueran
tiam voluntatis, veluti donec voluero, &
clauſulam requirentem nouam diſpoſitio-
nem, qualis eſt iſta: Et eſt, ratio ob quã
in d. c. ſi delegatus, de offi. deleg. lib.
6. conſiderat tex. quod res non erat
integra. quia licet, per mortem nõ in
54 ducatur reuocatio; ex quo tamen res
non erat integra, ſiue nõ erat radica-
ta iuriſdictio iudicis delegati, quia
nullũ actum fecerat, ipſo iure, mor-
te delegantis expirauit eius iuriſdi-
ctio, c. relatũ 19. extra de offic. deleg.
& multis relatis probat Feli. in c. cæ
terum, n. 23. ex de reſcrip. Seraph. de
ciſ. 1276. n. 2. Et ſic ille tex. in c. ſi de-
legatus, nõ eſt applicabilis ad caſum
noſtrum: hic enim non fundatur per
ſeuerantia mãdati in eo, quod Guil-
lielmus Balaguer non reuocauerit:
ſed in eo, quod; ex quo contulit
actum reuocationis in Don Fran-
ciſcum Eſcano, verum rei domi-
num, voluntas dicti Balaguer du-
rauit poſt eius mortem. Quemad-
55 modum, ſi ipſe conſtituiſſet d. ctum
Carauajal ad certum tempus, &
mortuus fuiſſet ſtatim, ante-
quam Carauajal vſus fuiſſet man-
dato, duraret mandatum poſt
mor-

mortem, vt probat Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. titul. 25. n° 40. Ant. Gabr. lib. 2. com. tit. de procur. conc. 2. n° 39. Tuſc. verbo, procurator conſil. 784. num. 17. & idem eſt conſtituere procuratorem ad certum tempus, vel ad incertum, vt in caſu noſtro in quo fuit conſtitutus donec aliter de voluntate principa-
56 lium ſuorum conſtiterit, & tum clarum eſt, quod non ceſſat voluntas poſt mortem mandantis: imò eius voluntas fuit, quod poſt eius mortem, procurator ab eo conſtitutus, inſtantias, per eum cæptas proſequi, & finire poſſet: ne ius principalium ſuorum detrimentum reci-
57 peret, & vbicumque ex natura rei mandatum debet exequi poſt mortem, non finitur morte mandantis. Ita Motius de contract. titul. de mandato, num. 21. verſic. 2. fol. 138. Marta in tract. clauſul. 1. part. clauſul. 33. Cardin. Tuſch. in verbo, mandatum, concluſ. 65. nu. 56. & ibi nu. 57. inquit: *Non finiri morte, vbi dirigitur poſt mortem, ratione executionis*. Et num. 92. ita inquit: *Limita in mandato facto quo ad reuocetur: quia morte mandantis non reuocatur*. Cuius doctrina intelligenda eſt donec reuocetur à vero rei domino; ſecus à procuratore facto domino litis; quia eſſet impoſsibile, quod talis procurator habens mandatum à lege, alium conſtituens procuratorem poſſet eum reuocare poſt mortem ſuam: vbi autem procuratorem conſtituit, donec principalis reuocauerit, hoc poſsibile eſt, imò veriſsimile, quod voluerit talem procuratorem conſtituere, vt poſt mortem ipſius litem proſequeretur in illa inſtantia, in qua erat factus dominus litis, & hoc ſatis ipſe Balaguer declarauit in mandati inſtrumento, in illis verbis: *Cupiens ſuper his (vt par eſt) debite prouidere, & oneri meo ſatisfacere, & iuri principalium meorum conſulere, & ne procurator ab eo ſubſtitutus, & conſtitutus*, reſpectiuè inuito principali, lites proſequi poſſet, ſi forte principalis vellet aliũ habere procuratorem in eadem lite, adiecit illa verba: *Donec aliter, de voluntate dictorum principalium meorum conſtet*: quod neceſſarium, & valde conueniens erat in caſu noſtro; in quo Don Franciſcus Eſcano de Caſtelui, principalis dicti Balaguer, longe abſens erat, in inſula Sardiniæ, ad quam eſt difficilis acceſſus tempore hiemis, quo tempore dictus Balaguer fecit procuratorem dictum generum ſuum, nimirum 27. Ianuarij 1618. vt conſtat ex procurationis inſtrumento; & eo tempore adeo difficilis eſt nauigatio, quod vt plurimũ per tempus trium, vel quatuor mẽſium non poſſunt peruenire Epiſtolæ, miſſæ à Curia ſuæ Maieſtatis, ad dictum Regnum Sardiniæ, & tempore infirmitatis dicti Balaguer, & conſtitutionis dicti mandati, proceſſus huius cauſæ erat concluſus; & in puncto ferendæ ſententiæ, & ſi nullus extaret procurator dicti D. Franciſci Eſcano, poterat per audientiam contradictorum, ſiue in contumaciam dicti D. Franciſci Eſcano, cauſa expediri, & ſententia proferri, vt ſtatim dicam; & ita ei valde vtile erat, quod dictus Balaguer factus

V 4 domi-

dominus litis, procuratorem conſti
tueret, qui curam haberet, vt iudi-
cibus præberētur iuris allegationes,
donec habita notitia mortis dicti Ba
laguer, dictus Dominus Franciſcus
Eſcano, quem vellet procuratorem
conſtitueret.

Vlterius, ſi & vbi mandatū, quod
fuit cōceſſum dicto Carauajal, non
eſſet ſufficiens a principio, ex quo
tamen fuit ratificatum per dictum
D. Franciſcum Eſcano, validum eſt,
nam vt inquit text. in cap. ratihabi-
58 tionem 10. de regul. iur. in 6. ratiha
bitionem retrotrahi, & mandato nō
eſt dubium comparari. Menoch. de
præſumpt. lib. 2. præſump. 39. nu.
1. & ibi num. fin. in verbo, declara-
tur, alijs relatis probat: quod quan-
do agitur de cōmodo, & vtilitate
eius, qui ratificare debuit, & is ſci-
uit, & tacuit, ratificare præſumitur.
59 Et quod dictus D. Franciſcus Eſca-
no ſcientiam habuerit procuratorē
ſuum, Guillielmum Balaguer factū
dominum litis, conſtituiſſe procu-
ratorem dictum Carauajal, valde ve
riſimile eſt, cum ipſe inſtanter pro-
curaret, vt ſententia lata in maxima
quantitate in ſui fauorem in Regia
Audientia Sardiniæ confirmaretur
in ſacro ſupremo Regio Conſilio:
& ſi non habuiſſet notitiam, quod
dictus Carauajal erat eius procura-
60 tor, habita notitia mortis dicti Bala
guer, alium conſtituiſſet. Mandatū
autem ex veroſimili conijci poteſt,
& præſumitur. Seraphin. deciſ. 1326.
num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. to-
mo 3. cap. 505. num. 13. vbi allegat
aliam deciſ. Rotæ in recollectio. per
Farinac. dict. cap. 350. num. 2. par.
4. Cæſar de Graſ. deciſ. 133. alias 2.
num. 5. de rebus Eccleſ. non alien.
ibi: *Certum enim eſt, quod quando con-
currunt aliquæ coniecturæ, mandatū præ
ſumitur.* *Curt. iun. conſil. 76. colum. pe
nult. verſic. Tertia concluſio, Aymon in
dict. tract. de antiquit. tempor. in 2. par.
in fin.* eo magis, vbi plures concur-
runt. Mantic. de tacit. & ambig. cō
uent. lib. 7. titul. 6. num. 1. vbi alle-
gat Dec. conſil. 36. num. 8. Gozad.
conſil. 11. num. 5. verſic. Præteria, &
num. 13. & ſeq. & Purpurat. in l. 1.
num. 20. & ſequenti. C. de eden. &
ita affirmat fuiſſe deciſſum in ſacro
Auditorio Rotæ, apud Laurent. in
Tiraſonenſi de Tudela die 5. Octo
bris 1576. & expreſsius, deciſ. 900.
part. 3. lib. 3. nouiſsimarum, ibi:
*Et cauſa erat grauis, & præſumpta ſciē
tia nocuit Bartholomeo, ac ſi Chriſtopho
rus fuiſſet eius legitimus procurator, &
de menſe Nouembr. 1542. omnes nemine
diſcrepante fuerunt* voti; *quod iſta præ-
ſumpta ſcientia, noceret Bartholomeo,
quo ad totam cauſam, & ſic Chriſtopho
rus præſumatur eius procurator ad totā
cauſam, & ſic pro validitate omnium ge
ſtorum, & examinis teſtium, in quibus
conſiſtebat vis probationis, tenuerunt pro
validitate examinis facti per duos iudi-
ces, per literas ducales.* Maximè, cum
notorium eſſet: Comitem de Sedi
lo, filium Comitiſſæ D. Philippæ
Cervello, cum qua ipſe litigabat, a
Regno Sardiniæ, ad Curiam ſuæ
Maieſtatis, ad ſolam defenſionem
61 huius litis veniſſe. Et vbi factum eſt
graue, & notabile, & lapſum eſt tē-
pus habile, & agitur de commodo
ſeu

Digitized by Google

ſeu intereſſe alicuius præſumitur ſcientia,& notitia illius. Probat diffuſe Roman. conſil. 481. per totum. Probatur etiam ſcientia, & notitia dicti nobilis Franciſci Eſcano, ex eo quod dictus Carauajal, vti procurator dicti Don Franciſci, præſentauit dominis iudicibus allegationes facti & iuris, in fauorem dicti nobilis Franciſci, vt cōſtat ex ſupplicatione, in proceſſu oblata per dictum Carauajal die 26. Auguſti 1628. ex quo
62 facto ſcientia, & notitia, & ratificatio mandati inducitur: cum enim iſti actus, ſine magna impenſa fieri non ſoleant; ideo facti præſumūtur de mandato, & nomine eius, cuius interſt. Bartol. & Alexan. in l. cum ſeruus, ff. de verbor. obligat. Caſſador. titul. de procuratorib. deciſ. 1. num. 1. in fine, & deciſ. 3. num. 4. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 7. tit. 6. num. 4. & titul. 12. n. 10. verſic. Et hoc præſertim, vbi citat Curt. ſen. per optime id dicentē conſil. 76. num. 5. verſic. Et per hoc, Franciſc. de Aret. bene Rota in nouiſsi. Farina. part. 4. deciſ. 350. nu. 4. & part. 1. diuerſ. deciſ. 396 num. 2. vbi ex pecunijs tranſmiſsis ad vrbē, & ex impenſis factis per procuratorem, Rota decidit: pro ſcientia & conſenſu principalis. Eadem Rota, apud Coccim. deciſ. 255. num. 5. nō enim dicendum eſt: dictum Carauajal, impenſas prædictas, de ſuo proprio ſoluiſſe; ne ſuum profundere patrimonium videretur, vt pluribus ibi relatis arguit Mantic. dict. tit. 6 num. 5.

Præterea nō eſt veriſsimile, quod dictus Caruajal non certioraſſet dictum D. Franciſcum de morte Guilielm Balaguer, ſui procuratoris, & quod ipſum Carauajal, procuratorem conſtituerat in hac lite, vt conſtat ex adductis per Ludouic. deciſ. Rotæ Romanæ 127. incipienti; do-
63 mini num. 4. pag. 92. his verbis: *Nō eſt veroſimile: quod non fuerit certioratus a dicto ſuo procuratore, de dicta cōmiſsione. Roman. conſil. 481. nu. 7. Puteus deciſ. 100. in fin. lib. 2. fuit dictū in Romana pecuniaria de Sambrertjs 20. Maij 1580. corā Cantuctio & Oliuer. Beltramin. in ad lit. ad dictam deciſ. Ludoui. addit: quod Rota paſsim ſequitur, vt in deciſ. 396. num. 3. part. 1. diuerſ. & deciſ. 93. num. 4. part. 2. in recentior. & fuit dictum in Aretina Capellaniæ 9. Februarij 1618. coram R. P. D. Buratto. & procedit, etiam ſi procurator deſierit eſſe talis: dummodo continuauerit comparere in iudicio. Seraph. deciſ. 1123. num. 4.*

Præſumitur etiam ſcientia, & ratificatio, ex quo a die mortis dicti Balaguer, vſque ad diem ſententiæ
64 lapſi fuerunt decem anni; & ex diuturnitate dicti temporis, præſumitur ratificatio, l. ſi filius 10. C. de petit. hæredit. & ibi gloſſ. Socin. conſil. 46. num. 3. verſic. Præterea 3. volum. Cephal. conſil. 286: nume. 4. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. cōuent. lib. 3. titul. 12. num. 2 pag. 450. & licèt ibi declaret, & reſtringat Mātic. nu. 4: vbi agitur de modico præiudicio, non ſi de magno, & ex euētu conſtitit. magnum fuiſſe ſequutum præiudicium D. Franciſco. Tamen hæc limitatio nō quadrat caſui

noſtro

Digitized by Google

noſtro; quia tempore ratihabitionis; agebatur de magno commodo ipſius, qui ſententiam in fauorem obtinuerat, in maxima quantitate: & inſtabat eam confirmari in S. S. C. & non inſpicitur euentus, l. ſed an vltro 10. §. 1 ff. de negot. geſt. *Is autem* (inquit) *qui negotiorum geſtorum agit, non ſolum, ſi effectum habuit negotium, quod geſſit actione iſta vtetur; ſed ſufficit, ſi vtiliter geſſit, & ſi effectum non habuit negotium.*

65 Et ex dictis coniecturis, & præſumptionibus ſcientia probatur. Socin. conſil. 116. num. 74. lib. 1. & cõſil. 98. num. 12. lib. 2. Menoch. cõſil. 1123. num. 28. lib. 12. Maſtril. deciſ. 210. num. 11. & 12. lib. 3. vbi inquit: quod quando ſcientia probatur præſumptionibus iuris, æquiparatur ſcientiæ veræ, & certæ, & eundem operatur effectũ. Ad hæc vbi

66 ex ſupradictis coniecturis, mandatum plenè non probaretur, ſaltem reſultaret præſumptio contradictũ D. Franciſcum, cui incũberet onus probandi: mandatum non præceſſiſſe, & docendi de oppoſito: vt ex Immol. Ruin. & Maſcard. Gratian. diſceptat. forenſ. lib. 3. cap. 505. n. 15.

Quibus, ſic conſtitutis, non obſtant in contrarium adducta: non primum, quoniam illa regula: quod morte mandantis, re integra, mandatum finitur, limitatur, vbi mandatum fuit collatum poſt mortem, & mandantis voluntas poſt eius mortem durat, vt probaui ſup. n. 43. &

67 quod inquit Rota Roman. deciſ. 33. alias 414. de procurat. in nouiſ. verum eſt in ſuo caſu, in quo procurator ſubſtituerat cum hac clauſula: donec reuocauero; fundatur enim illa deciſio in diſpoſitione. text. in c. ſi delegatus, in ſi. de offi. deleg. in 6. vbi reuocatio erat reſeruata ipſi delegato, & non collata in alium, Ibi: *Ad eum quoque qui vices ſuas committit, donec reuocet*; & tunc voluntas non extendebatur poſt eius mortem; hoc enim erat impoſsibile, quod ipſe mortuus reuocaret, quo caſu debet ſeruari diſpoſitio l. mandatum, C. mand, quod morte mandantis reintegra finitur mandatum, ex eo, quod ceſſat eius voluntas; non tamen eſt applicabilis ad caſum noſtrũ, in quo dictus Balaguer conſtituit dictum Carauajal procuratorem, cum illis verbis. *Donec aliter, de voluntate dicto rum principalium meorum conſtet*; quod fieri poterat poſt mortem; & prudẽter hoc fecit, ob cauſam expreſſam in eodem mandato, Ibi: *Cupiens ſuper his (vt par eſt) debite prouidere, & oneri meo ſatisfacere, & iuri principalium meorum conſulere.* Ne morte ipſius deficeret, qui inſtaret ſententiã in hac cauſa, longe abſente principali, exiſtente in Regno Sardiniæ, vt ſupra late dixi num. 34.

Sed aduocatus dicti D. Franciſci, ſemper inſiſtit, quod dicta deciſ. Rotæ 33. de procurator. in nouiſ. facit differentiam inter principalem, & procuratorem dominum litis effectum, & tantum habentem poteſtatem a lege, & dicit: nullum Doctorem inueniri, qui huic procuratori domino litis effecto concedat facultatem ſubſtituendi, poſt eius mortem.

Reſ.

68 Reſpondetur tamen; quod attinet ad inſtantiam, in qua procurator eſt factus dominus litis, talem procuratorem habere æqualem poteſtatem, ac principalem dominum rei, & ita tanquam principalem poſſe ſubſtituere. dict. l. nulla, C. de procuratorib. & cenſeri eandem perſonam, atque ipſum principalem. vt probaui ſupra num. 37: Et ita quo ad iſtam inſtantiam, tanquam habẽtem poteſtatem à lege, poſſe procuratorem conſtituere etiam poſt eius mortem, cum ex doctrinis ſupra allegatis hoc euidenter concludatur. Et ita nihil refert, quod non reperiatur doctor, qui id in terminis ſcribat; cum in hac ſpecie nullus etiam reperiatur, qui contrarium teneat, & deciſio Bellameræ, ſupra allegata, n. 11. & aliæ doctrinæ relatæ ſupra nu. 12. cum ſequentibus, non loquitur, quando procurator dominus litis effectus, alium conſtituit procuratorem, poſt dicti conſtituentis mortẽ, donec principalis ſubſtitutum reuocauerit: in quo caſu verſamur.

Nec obſtat Secundum, de quo ſupra num. 16: quod dictus Carauajal, in vita dicti Balaguer, eius ſoceri non acceptauit mandatum, quia vltra quod eſt veriſimile, quod imò acceptauit, ex quo erat gener conſtituentis; & eſt veriſimile: quod ipſe, & eius vxor, filia dicti Balaguer erant prope lectum infirmi, quando ipſum procuratorem conſtituit, & ſubſtituit reſpectiuè, & quod, cum multiplici gratiarum actione, acceptauit hoc beneficium, in eum collatum, vt poſſit in negotijs, vertentibus in S. S. R. C. interuenire pro principalibus dicti Balaguer, & ita ſe introducere in negocijs iuuenis, qui tunc incipiebat cauſas tractare, non eſt præciſſa neceſſaria receptatio, iuxta doctrinam Bald. in l. 1. in 2. lectu. num. 3. ff. de procurat. cu-

69 ius verba ſunt: *Tertio nota, quod in conſtitutione procuratoris, non eſt neceſſaria præſentia procuratoris, quia etiam abſenti officium procuratoris poteſt committi per nuntium vel epiſtolam. Item, & licet non dirigatur nuntius, vel epiſtola; tamen tenet mandatum. vt infra eodem*

70 *l. dari; non tamen procurator adquirit exercitium, niſi recepto procuratorio, ſeu inſtrumento mandati, vel literis, vel nũtio domino, vt notat Hoſtienſ. in cap. ex conqueſtione, de reſtitut. ſpoliat. & notat Archidiac. in cap. is cui, de procurat. lib. 6. & hoc ſatis innuit lite radum dicit per nuntium, vel epiſtolam, ego con-*

71 *cedo hoc, vbi procurator habet contradictorem, qui petat ſibi docere de mandato ſed in actu exercito inter conſtituentes, non video, quod non teneat, eo quod procurator nondum ſuſceperit literas per nũtium domini; quia conſtitutio domini facta in abſentia, ſtatim facit eum procuratorem. vt infra eadem l. §. dari, nam & ratihabitio retrotrahitur, & facit actum valere, antequam præſens fuerit;*

72 *vnde, cum ratihabitio, fit fictum mandatũ non debet plus operari, quam mandatum verum, & expreſſum. vt infra, ſi certum petat. l. ſingularia.* Et licet Bartol. teneat contrarium in conſil. 73. incipienti, quæritur num. 1. lib. 1. & eum ſequitur Tuſch. in verbo, procurator, concluſ. 835. num. 2. &. 3. vbi ait procedere, vbi adeſt contradictor,

dictor; tamen S. S. R. C. in occurrenti caſu amplexum fuit Bald. doctrinã, ne fraus fieret, prout de facili fieri poterat: ſi enim ſententia fuiſſet lata in fauorem D. Franciſci Eſcano, dixiſſet Carauajal: quod ipſe erat procurator, & mandatum acceptauerat: modo vero; quia cõtra eum fui lata, allegat defectum nouus procurator dicti D. Franciſci, defectum mandati, & acceptationis dicti Carauajal, quod in ſu premiſſis Se-
73 natibus, qui iudicant ſola facti veritate attenta non eſt tolerandum.

Nec obſtat tertium: quia rectè inſpectis, & conſideratis verbis dicti mandati, illa cauſa: *Ne mea infirmitate durante ius principalium meorum per eat*, non fuit finalis; ſed impulſiua: cauſa tamen finalis fuit illa. *cupiẽs ſuper his* (vt par eſt) debite prouidere, ac oneri meo ſatisfacere, & iuri principalium meorũ conſulere. Quæ verba etiam reperiũtur in procemio dicti procurationis inſtrumenti. Et verba diſpoſitiua non reſtringũtur ad infirmitatem: non enim dixit: quod conſtituebat procuratorem, durante infirmitate; ſed generaliter, ad omnes lites tractandum proſequendum, & finiẽdum, donec, aliter de voluntate principalium di-
74 cti Balaguer, conſtaret: ceſſante autem cauſa finali mandati, benè ceſſat mandatum. vt in cap. ſi pauper, de præbend. in 6. vbi cauſa finalis, ob quam Papa mandauit Epiſcopo, vt clerico, de beneficio prouideret, fuit; quia erat pauper, & beneficiũ nullũ habebat: & quia hæc cauſa finalis ceſſauit: ex quo fuit aliud beneficium aſſequutus, antequam Epiſco-
75 pus prouideret, dicit text. Epiſcopũ non teneri: ſecus autem eſt, quando cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua; tunc enim ea ceſſante, non ceſſat mãdatum. Vt latiſsime multis relatis probat Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, in limit. 1. & in proprijs terminis, mandati: Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 7. titul. 22. num. 12. his verbis: *Et hoc quidem intelligitur quando abſentia fuit cauſa finalis mandati: aliud verò dicendum eſt, ſi fuerit cauſa impulſiua. l. 1. §. ſi eum, ff. de poſtul. gloſſ. in l. qui mutua, §. non ideò minus, ff. de poſtul. gloſſ. in l. qui mutuam, §. non ideo minus, ff. mand. Ioan. Andr. & Gemin. in cap. penult. num. 3. & Franch. num. 2. de procuratorib. lib.*
76 *6. nam ſimili modo, ſi Epiſcopus, propter abſentiam ſuam, Vicarium conſtituerit, cum primùm reuerſus eſt, mandatũ tacite intelligatur reuocatum, ſi abſentia fuit cauſa finalis; ſecus ſi fuit cauſa impulſiua. Ioann. de Selua, de beneficijs, p. 2. quæſt. 14. num. 19.* Et ita fuit deciſum in Rota Rom. vt habetur in deciſ. 8. ante num. 1. & num. 8. in fin. & num. 9. in 2. part. nouiſ. diuerſor. facti Palatij, ibi enim illa verba: Cauſa, & occaſione monitorij, ſiue mandati de manutenendo, adiecta in inſtrumento procurationis, denotabant cauſam impulſiuam, ob quam procuratores fuerunt inſtituti. Et ita non reſtringunt mandatum: ſic igitur in noſtro caſu, licet ceſſauerit cauſa impulſiua, ob quam dictus Balaguer conſtituit procuratorem, dictũ Carauajal; non tamen finalis: & ſic non expirauit mandatum.

Nec

Nec obſtat quarto, l. fin. ff. de ſolut. in illis verbis: *Ei autem, cui iuſſi debitorem meum, poſt mortem meam ſoluere, non recte ſoluitur, quia mandatum morte diſſoluitur*: quia iuxta verum intellectum, ibi non fuit mandatum, vt poſt mortem, ſolueretur: ſed ſimpliciter, vt debitor ſolueret, & ille poſt mortem mandantis, ſoluerit. Quem intellectum dedit gloſſ. 1. in dict. l. fin. in illis verbis: *Item cōtra ſupra de donat. cauſa mortis, l. mortis cauſa 5. §. Titia ſolutio*: ibi mandauit, vt poſt mortem daret inſtrumēta debitoribus, hic vt in vita mea; & ſecundū hoc, hæc verba: poſt mortem meam, determināt verbum illud, ſoluitur, & non verbum ſoluere, & ita iuxta gloſam, ſenſus dictæ legis eſt: ei autem, cui iuſſi debitorem meum ſoluere, in vita mea, nō rectè ſoluitur poſt mortem meam. Et hunc intellectum ſequitur Angelus Peruſinus, Odofred. & Alberic.

77 In eadem l. & ſubiungit Alberic. quod ſi mandatum de ſoluendo, cōferatur poſt mortem, non reuocatur morte: imò, morte adueniente, incipit habere effectum, & ſolui poteſt, niſi expreſſa reuocatio interceſſerit. Et hoc aperte dixit Cuiacius lib. 1. obſeruationum, cap. 38. in 4. tom. ſuorum operum, impreſsionis Lugduni, anno 1614. colum. 1365. his verbis: *Eſt erratum, ni fallor, hac re, in lege vltima, ff. de ſolutionib.* Ibi: *Ei autem cui iuſſi debitorem meum, poſt mortem meam ſoluere, non recte ſoluitur: quia mandatum, morte diſſoluitur. Quæ verba videtur aliena eſſe à principijs iuris ciuilis. Nam ſi ſimpliciter iuſſi debitorē meum ſoluere, fateor equidem, extingui morte mandatum. At ſi iuſſi; meum debitorem, poſt mortem meam ſoluere, non video cur morte mādatum finiatur, quod in tempus mortis nominatim collatum eſt l. ſi vero non remunerandi, §. vltimo, & l. proxi, ff. mandat.* Et inferius addit hæc verba: *Quam ob rem, ſic exiſtimo; reſtituendam eſſe legem vt timam: ei, qui mandato meo ſtipulatus eſt, poſt mortem meam recte ſoluitur; quia talis eſt lex obligationis: ideoque, etiam muito me recte ſoluatur: ei autem, cui iuſſi debitorem meum ſoluere, poſt mortem meam, non recte ſoluitur: quia mandatum morte diſſoluitur.*

Ex quibus fuit deliberatum in S.S.R. C. nō eſſe nullam ſententiā, latam in fauorē dictæ dominæ Philippæ de Ceruellon, Comitiſſæ de Sedilo, contra dictum don Franciſcum Eſcano de Caſtelui: quia nō aderat defectus mādati in dicto Cauajal, & fuit prouiſſum, ex deliberatione dicti ſupremi Conſilij: quod procederetur ad vltiora, in executione, contra dictum don Franciſcum Eſcano de Caſtelui: non obſtante exceptione nullitatis, per eum allegata, nec alijs in contrarium deductis. Et ita fuit pronūtiatum die 10. Octobris 1629. Actuario, Ioanne Hieronymo Serra, & pro eo Ioanne Hieronymo Ricarte. Quæ prouiſio in gradu reuiſionis fuit confirmata, cùm alia facta per Dominū Regentem Don Saluatorem Fontanet, ex deliberatione eiuſdem S. S. R. Conſilij, die 12. Februarij 1630.

DE-

DECISIO XXXIII.

LIcèt regulariter, prius debeat declarari, an concedi debeat, vel non, dilatio petita ad producendum teſtes. Et ſic expediri dictus articulus tanquam præiudicialis ante ſententiam: Falit tamen in caſibus hic relatis, & ita fuit iudicatum: declarando in cauſa repulſis articulis.

1 *CAuſa præiudicialis prius diffiniēda eſt. Et num. 6.*

2 *Exceptio excuſationis, eſt præiudicialis ad iudicium agentis hypothecaria contra tertium bonorum poſſeſſorem.*

3 *Sententia lata, non cognito prius articulo præiudiciali, eſt nulla, & notorie iniuſta.*

4 *Proceſſus eſt nullus, quando iudex omiſſa exceptione præiudiciali, procedit ad vlteriora.*

5 *Cognitio articuli præiudicialis, eſt pars principalis totius cauſæ cognoſcendæ: & ideo illa cognitione ignorata, quod geritur, eſt nullum.*

7 *Cognitione cauſæ præiudicialis neglecta, peruertitur ordo naturalis.*

8 *Cognitionis cauſæ præiudicialis ordine ſublato, ſequerētur inconuenientia, & daretur quidam circuitus inutilis.*

9 *Articulus præiudicialis, debet prius terminari, & facit ſilere negotium principale.*

10 *Articulus præiudicialis non debet terminari prius, ſi proceditur ſine figura iudicij.*

11 *Iudex, vbi proceditur abſque figura iudicij, non habet neceſſe pronuntiare ſuper emergenti prius, ſeu principali, & non eſt neceſſe, quod ſeparatim ſuper eo pronunciet.*

12 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta plus importat, quam illæ aliæ clauſulæ, ſummarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

13 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, facit, vt iudex poſſit procedere, vt Deus qui ſola veritate innititur.*

14 *In Regno Valentiæ iuxta for. 6. in Rubric. de Clam. non mutando, fol. 32. in omnibus cauſis ciuilibus poteſt procedi abſque figura iudicij, ſola facti veritate attenta.*

15 *Teſtes non poſſunt produci in articulo reuiſionis, petitæ a ſententia interlocutoria.*

16 *Proceſſus primi iudicis, in cauſa appellationis ab interlocutoria, ex nobis, vel de nouo probandis, iuſtificari non poteſt, vel etiam impugnari: ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram primo iudice.*

17 *Iudex, ſi videt ſolo animo differendi, opponi exceptionem calumnioſam, poteſt pronuntiare diffinitiue, reiecta tali exceptione.*

18 *Probationes, ſi ſunt apparenter impertinentes, vel non admittendæ, iudex nō debet admittere, neque etiam in illa proteſtatione: ſaluo iure impertinentium, &c.*

19 *Repulſis articulis, fuit interlocutoria cōfirmata ex deliberatione ſacri ſupremi Conſilij.*

PRocurator D. Franciſci Eſcano de Caſtelui, beneficio reuiſionis, ſupplicauit: reuocari prouiſionem, contra eum factā & in fauorem Dominæ Philippæ de Cer-

Ceruello, Comitiſſæ de Sedilo, die 2 10. Octobris 1619. cum qua fuerat prouiſum: quod procedatur ad vlteriora in executione, contradictum Don Franciſcum; non obſtante exceptione nullitatis, per eum allegata, nec alijs, in contrarium adductis. Et in articulo reuiſionis, poſuit quoſdam articulos, ad quos probandum, teſtes ſibi recipi, & dilationem concedi poſtulauit. Pars vero dictæ 3 Comitiſſæ, ſupradictam prouiſionē confirmari ſupplicauit, repulſa dilatione petita. Dubitatum fuit: an deberet prius declarari, ſuper admiſſione, vel repulſa, dictorum articulorum, quam ſuper confirmatione, vel reuocatione prædictæ prouiſionis.

Et videbatur: prius fore declarādum: an deberet concedi, vel denegari dilatio, petita ad teſtes producendum, tanquam in articulo præiudiciali ad cauſam principalem, l. 2. C. de ordin. cognitio. cuius verba ſunt: *Si de hæreditate, & libertate con-*
1 *trouerſia eſt, prius agi cauſa libertatis debet.* Ex quo text. notat Menoch. de arbitrar. caſu 167. num. 16. quod ea ratione, illud contingit: quia illa cauſa, ſtatus præiudicialis eſt; & obid ſuper ea, ante diffinitiuam, eſt pronuntiandum, & ibidem num. 18. ait ſic etiam intelligi text. in cap. 1. de ordin. cognit. ibi: *Intelleximus, quod eum quædam mulier peteret quemdam in virum, teſtes, ad ſuæ intentionis aſſertionem induxit, per quos pars viri futurum ſibi præiudicium metuens, exceptionem conſanguinitatis obiecit: ex qua intendit petitionem mulieris elidi.* Pariter, ſi agenti hypothecaria; contra tertium bonorum poſſeſſorem, opponitur exceptio excuſsionis, non facta, illa eſt præiudicialis ad iudiciū principale actionis hypothecariæ, vt inquit Maranta de ordin. iudic. 4. part. diſtinct. 20. præiudiciale, & nō præiudiciale, num. 11. pag. 213. per text. in authent. hoc ſi debitor, C. de pignoribus.

Vnde Scaccia de ſentent. & re iudic. gloſſ. 14. quæſt. 19. pag. 536. ita ait: *Formo is igitur præmiſsis regulam affirmatiuam; quod ſententia lata, non cognito prius articulo, ſeu cauſa præiudiciali, eſt nulla, & notorie iniuſta, per ea, quæ ſcribunt Bald. conſil. 975. præmiſſo ſtatuto ſub. nu. 1. & 2. lib. 5. Paul. de Caſtr. conſil. 231. in caſu iſta quinque ſub num. 5. verſic. Secundo quia & verſus finem, lib. 1. & Cranet. conſil. 19. quondam num. 1. verſic. Tertio redditur, & conſil. 280. inquietautur, ſub num. 2. verſic. Et adeo, & per rationes, quas nūc addam poſt quam Bald. ſupra citatus videtur locutus per ſaltum, & quaſi tumultu ariæ, & Paul. de Caſtr. incerta tantum ſpecie, de qua nos infra num. 23. illat. 1. & quod proceſſus ſit nullus, quan-*
4 *do iudex omiſſ a exceptione præiudiciali, procedit ad vlteriora, ſequutus ſum, c. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. membr. 7. ſub num. 60. verſic. confirmatur, & limit. 47. membr. 1. num. 99.*

5 *Prima ratio, ad confirmandam hanc regulam eſt; quia cognitio cauſæ, ſeu articuli præiudicialis, eſt pars principalis totius cauſæ cognoſcendæ: & ideo illa cognitione ignorata, quod geritur eſt nullum, argumento text. in l. quæro 3 ff. de eo qui pro tutore, & curatore. Late ſcripſi ſupra*

ſupra, gloſ. 4. num. 3. & ſequentibus,
num. 11. 15. & 16. & cap. ſequenti, dict.
6 *limitat. 6. membr. 7. ſub num. 60. verſi.*
Confirmatur, & in ſpecie, quod prius
cognoſci debeat, de articulo, ſeu cauſa
præiudiciali, patet ex l. vnica, C. quan-
do ciuil. act. præiud. criminal. & in alijs
iuribus, allegatis per Nattam conſi. 138.
magnifici num. 1. & Crauet. dict. conſil.
280. num. 1. & dixit cap ſeq. quæſ. 1.
limit. 47. membr. 2. ſub. num. 2. verſic.
Secundò quando.

7 *Secunda ratio eſt: quia neglecta cog-*
nitione cauſæ præiudicialis, peruertitur
ordo naturalis, & quaſi ponitur currus
ante boues, & proinde eluſorium poteſt
reddi iudicium, vt aliquando contingit
his, qui alta deliberant infra annum eri-
gere palatia, & infra menſem, vix cœp-
to ædificio, diem claudunt extremum, cũ
de morte nullam haberent cognitionem;
quæ tamen, omnibus huius ſæculi deſide-
rijs, debet ſemper eſſe præiudicialis.

8 *Tertia ratio eſt: quia ſublato iſto or-*
dine naturali, cognoſcendi prius de cau-
ſa præiudiciali, tria ſequerentur in con-
uenientia: primum: quia ferretur ſen-
tentia, ſine neceſſaria cauſæ cognitione,
contra ea, quæ diximus ſupra gloſſ. 13.
num. 2. & ſequentibus, & conſequen-
ter de facili fieret iniuſtitia. Secundum:
quia vel reo tolleretur neceſſaria defen-
ſio, vel actori amputaretur debita facul-
tas probandi ius ſuum. Tertium: quia
iuſtitia, & iniuſtitia ſententiæ, pende-
ret à futura ſententia, poſtea ferenda ſu-
per cauſa præiudiciali, ita, vt tota illa
prior cognitio, & vexatio redderetur ſu-
perflua, & daretur quidam circuitus
inutilis. Cardinal. Tuſch. tom. 6. practi
car. in verbo, præiudicialis, concl. 492.

num. 1. pag. 349. dixit, quod articulus
præiudicialis debet prius terminari, & fa
9 *cit ſilere negotium principale.* Hactenus
Scaccia. Cum igitur in caſu noſtro
iſte articulus receptionis teſtium, ſit
præiudicialis ad deciſionem reuiſio-
nis, petitæ à dicta prouiſione, facta
die 10. Octobris 1620. prius ſuper eo
eſt declarandum, quam ſuper con-
firmatione, vel reuocatione dictæ
prouiſionis.

Sed his non obſtantibus: contra-
rium fuit deciſum.

Primò: quia licèt, regulariter ve-
rum ſit: iudicem prius debere decla
rare ſeper articulo emergenti, quam
ſuper cauſa principali; hoc tamen fal
lit, vbi proceditur ſine figura iudicij:
tunc enim non tenetur pronuntiare
10 prius ſuper emergenti. Ita Maran-
ta de ordin. iudic. 4. part. diſtinct.
9. num. 26. ibi enim, cum num. 12.
cœpiſſet tractare de effectibus clauſu
læ, ſine figura iudicij, num. 25. ſub-
11 iungit hæc verba *Nono operatur, vt*
iudex, non habeat neceſſe pronuntiare
ſuper emergenti, ſeu principali, & non
eſt neceſſe, quod ſeparatim ſuper eo pro
nuntiet, ita dicit Bald. in l. ait Prætor,
§. permittitur, verſic. Item nota, ff. de
12 *minorib.* Idem Maranta inferius nu.
32. loquendo clauſula: ſola facti ve-
ritate inſpecta, ſubiungit hæc verba.
Quod iſta clauſula plus importat, quam
omnes illæ clauſulæ ſummarie, ſimpliciter,
de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudi-
cij: adeo, quod cenſentur ſublatæ omnes
ſolemnitates iuris poſitiui. Idem tenet Fe-
lin. in cap. olim, colum. penult. de accuſ.
in tantum, quod dicit pulchre Franc. de
13 *Aret. in cap. dilecti, col. 3. de iudic. quod*

pur

per iſtam clauſulam, iudex poteſt procedere, vt Deus qui ſola veritate innititur. & illud dictum Anton. de Butr. ſequitur Alexand. in conſil. 6. colum. 2. in principio, in 3. volum. vnde ſequitur ex hoc, quod dicta clauſula importet omnia illa, quæ importat clauſula, ſine figura iudicij.

Et ita fuit obſeruatum in hoc S. S. R. C. ſententia, lata in fauorem ſyndici, officij Fabrorum Ferrariorũ ciuitatis Valentiæ, contra Dominam Annam Ribot, vxorem Don Chriſtophori Moñoz, & Beatricem Verbegal, & procuratorem Regij patrimonij, publicata per Michaelẽ Corella, die 18 Nouembris 1610. His verbis, adiectis in fine dictæ ſententiæ: *Repulſis articulis pro parte fiſci, & patrimonij Regij procuratoris, die 8. Nouembris currentis anni, præſentatis:*

Quod, ideo factum fuit: quia in Regno Valentiæ, iuxta forum 6. in rubr. de clam. non mutando fol. 32. in omnibus cauſis ciuilibus, poteſt procedi abſque figura iudicij, ſola facti veritate attenta, & quia illa cauſa erat Valentina, fuit ita obſeruatũ. Et in hoc S.S.C. in quo ſententiæ proferuntur nomine Regis, qui iudicat vt Deus, & ſic ſola facti veritate attẽta, hoc recte obſeruari poteſt, quando ſupremo Conſilio ęquũ videtur. Secundo: cum ſimus in articulo reuiſionis, petitæ à ſententia interlocutoria, in eo non poſſunt produci teſtes. Clement. appellante, de appellatio. cuius verba ſunt: *Appellanti ab interlocutoria, vel a grauamine iudicis nõ licet alias cauſas proſequi quã in appellatione ſua nominatim dumtaxat expreſſas: Nec proceſſus primi iudicis, ex nouis, vel de nouo probandis, iuſtificari poteſt, vel etiam impugnari: ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo.* Ita Rota Roman. in recollectis per Bellamera, deciſ. 150.

Tertio: vbi iudex videt ſolo ani-
17 mo differendi opponi exceptionem calumnioſè, poteſt pronuntiare diffinitiuè, reiecta tali exceptione, l. 2. incipienti: ſatis aperte, C. ad l. Corne. de falſ. cuius verba ſunt. *Satis aperte duorum parentum meorum reſcriptis, declaratum eſt, cum morãdæ ſolutionis gratia, a debitore falſi crimen obijcitur: nihilominus ſalua exceptione criminis, debitorem ad ſolutionem compelli oportere*, l. 1. C. de calum. c. ſuſcitata 6. extra de in integr. reſtit. l. 1. C. de calum. & inquit Farinac. tom. 3. practic. crim. q. 100. nu. 103. pag. mihi 157. vbi quis, per calumniam quærit differri iudicium, audiendus non eſt, & ibi late
18 confirmat, & Cæſ. Barc. deciſ. Bon. 67. nu. 21. ita ait: *Quando probationes ſunt apparenter impertinentes, vel non admittendæ (prout in caſu iſto arbitrati ſumus) iudex non debet eas admittere, neque etiam cum illa proteſtatione: ſaluo iure impertinentium, &c. Eſt gloſſ. commun. approbata in capit. cum contingat. in verſic. Nihilominus, de officio delega. Tradunt poſt alios, quos referunt Iaſon in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, numer. 34. de iure iurand. & Pariſ. conſil. 67. column. final, nu. 39. cũ duabus ſequentibus, vol. 4.* In caſu autẽ noſtro, viſum fuit deducta in dictis articulis pro parte dicti D. Franciſci Eſcano, præſentatis, etiam ſi eſſent probata, non releuare, & tan-

tantum peti dilationem ad illos pro
bandum, animo differendi; & ita me
19 rito fuit declaratum per Dominum
Regētem D. Saluatorem Fontanet,
ex deliberatione S.S.R.C. prouiſio
ne facta die 11. Februarij 1630. con
firmando dictam prouiſionem. Die
10. Octobris 1629. repulſis articulis
ablatis per procuratorem dicti Don
Franciſci Eſcano de Caſteluí.

DECISIO XXXIV.

MVlier, quę pro marito principaliter ſe obligauit, renuntiando Senatus Conſulto Velleiano, & iuribus hypothecarum; & pręſtito iuramento, promiſit, non venire contra promiſſa, ſi remaneret indotata, ſoluendo pro marito; an ſibi pręiudicet talis obligatio.

1 *Obligatio facta pro marito, de iure non tenet.*

2 *Obligatio facta ſimul, & inſolidum à muliere cum marito non valet.*

3 *Mulieris obligatio facta pro marito, etiā cum iuramento, ſi remaneat indotata, non valet. Et num. 15. & num. 31.*

4 *Mulier enormiter læſa, poteſt contrauenire renuntiationi, non obſtante iuramēto. Et num. 14. 28. & 30.*

5 *Dolus ex enormi læſione præſumitur.*

6 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

7 *Dolum interueniſſe, re ipſa, vel ex propoſito, paria ſunt.*

8 *Metus reuerentialis mariti præſumitur in vxore propter enormem læſionem. Et num. 24.*

9 *Læſio enormis facit præſumere dolum. Et num. 25.*

10 *Iuramentum, ratione doli redditur inefficax. Et num. 26.*

11 *Abſolutio iuramenti datur maiori propter enormem læſionem. Et num. 27.*

12 *Enormis læſio facit, quod contractus, & iuramentum cenſeatur metu reuerentiali exortum, etiam ſi non interuenerint verba. Et num. 13.*

16 *Dotes mulierum, interſt Reipublicæ conſeruari.*

17 *Obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, ex obligatione mulieris, facta pro marito, etiam cum iuramento,*

18 *Cauſa principali non ſubſiſtente, non ſubſiſtit acceſſorium.*

19 *Deſtructo principali, corruit acceſſorium.*

20 *Iuramentum in cōtractu vxoris pro marito ſe obligante, non habet comitem iuſtitiam.*

21 *Enormiſsima læſio, ſi concurrat cum metu reuerentiali, ſufficiens eſt ad reciſionem contractus.*

22 *Abſolutio a iuramento debet dari mulieri, vt reſtitutionem obtineat, ne remaneat indotata.*

23 *Abſolutio a iuramento poteſt peti a muliere, & venire contra renuntiationē, a contractu, in quo remaneat indotata; etiam ſi in tali renuntiatione interueniſſet conſenſus conſanguineorum, & iudicis decretum.*

29 *Mulieri, quando ſe obligauit cum iuramento pro marito, ſi ei remaneat dimidia pars dotis, tenebit tunc obligatio. Et num. 30.*

32 *Mulier poteſt iuri hypothecarum ſuæ dotis renuntiare.*

35 *Iuramentum confirmat contractum, alias inualidum, & reprobatum a iure ciuili. Et num. 34.*

Iura-

35 *Iuramentum ſi appoſitum ſit cōtra bonos mores, vel continet turpitudinem, vel rem illicitam, non eſt obſeruandum.*

36 *Obligatio ciuilis, licet non oriatur ex cōtractu facto lege prohibente; bene tamen oritur naturalis ex conſenſu. Et num. 48.*

37 *Pupillus, licet non obligetur ciuiliter, citra tutoris auctoritatem; bene tamen obligatur naturaliter. Et num. 49.*

38 *Obligatio naturalis oritur ex contractu facto à minore, vel muliere, non ſeruata forma, data ipſis ab ſtatuto ad contrahendum.*

39 *Mulier, ſi ſe obligauit pro marito cum iuramento, licet remaneat indotata, cōpelli poteſt adſoluendam. Et nu. 41.*

42 *Bonū publicum ciuile conſiſtit in fœlicitate, & tranquilitate temporali ciuium.*

43 *Fauori, pro ſe introducto, poteſt quis renuntiare.*

44 *Dolus, alius eſt ex propoſito, & alius re ipſa.*

45 *Iuramentum, ſi ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, eſt ſeruandum.*

46 *Vtilitas, quæ reſultat Reipublicæ, ne mulieres remaneant indotatæ, eſt ſecundaria: principaliter eſt mulieris.*

47 *Iuramentum omnino confirmat actū, ſeu contractum, prohibitū iure ciuili præcipue; aut ſane principaliter propter priuatam vtilitatem, etiam ſi minus principaliter, & vt aiunt, ſecundario, publicam vtilitatem contineant.*

50 *Obligatio oritur Deo ex promiſsione iurata.*

51 *Obligationem, Deo quæſitam, non poteſt legiſlator, vti inferior irritare.*

52 *Iuramentum ſemper eſt obſeruandum.*

53 *Princeps, cum non poſsit tollere vinculum iuramenti, in ſua prohibitione, quantū uis generali, non intelligitur prohibere promiſsionem iuratam.*

54 *Iuramentum, vti à lege non prohibitum ſubſiſtit.*

55 *Lex, cū non cenſeatur prohibere iuramētum, iurans non videtur venire contra prohibitionem legis.*

56 *Acceſſorium tenet, licet principalis cauſa non ſubſiſtat, quando eſt diuerſa ratio.*

57 *Iuramētum debet obſeruari, quando fuit tempore obligationis liber conſenſus, mulieris; & non inductus ex dolo, ex propoſito, nec metu, ſeu vi.*

58 *Abſolutio à iuramento obtenta, ad effectum agendi, non tollit vim iuramenti, confirmantis contractum, factum per mulierem.*

IOannes Dioniſius Rubinats, & Dioniſia Dorothea Veana cōiuges, publico inſtrumento, recepto, vndecimo Maij milleſimo ſexcenteſimo quinto, vendiderunt curatoribus filij & hæredis Petri Alzo Olazaual, tres mille ſolidos annui redditus, ſiue cenſuales, pretio duarum mille ducentarum & quinquaginta librarum, & in dicto inſtrumento dicta Dorothea ſuo nomine proprio, principaliter, & in ſolidum ſe obligauit iam dicto eius viro, præſtito per eam juramento, contra promiſſa in dicto contractu non venire, renuntiando, virtute eiuſdem iuramenti beneficio Senatus Conſulti Velleiani, dotique, & ſponſalitio, & iuribus Hypothecarum, ei competentibus, & omnī alij iuri, in fauorē mulierum introducto, quomodolibet virtute dicti inſtru-

inſtrumēti. Fuit inſtata executio per Eſperantiam Pauia, ad quā iura dicti filij, & hæredis Petri Alzo Olazàual, ſpectabant, contra dictam Dioniſiam Dorotheā Veana, & de Rubinats, tam pro penſionibus, quam pro luitione ſeu redēptione dicti annui redditus, ſiue cēſualis, & in dicta executione, facta fuit, auctoritate iudicis, venditio plurium bonorum dictę Dorotheæ, vxoris dicti Rubinats:

1 Prædicta Dorothea, ad inſigendam dictam obligationem, & executionē, iudicium ordinarium intentauit in Regia Audientia Valentina, prætendendo: præfatam obligationē fuiſſe per eam factam propter metū reuerentialē; ex quo, & propter enormiſsimam læſionē, quam paſſa fuit cum ſi illius virtute ad ſolutionem compelleretur omninò remaneret indotata, eo, quod dos per eam cōſtituta dicto Dominico Rubinats, ſolum efficiebat ſummam duarum mille dncentarum nouem librarum ſexdecim ſolidorum, ſupplicauit: prędictam obligationem annullari, tanquam metu, & coactè factam, & cōtra bonum publicum: & quia etiam abſolutionem obtinuerat à prędicto iuramento. Pro parte autem curatorum filij, & hæredis dicti Petri Azo Olazaual fuit prætenſum: dictā obligationem eſſe validam, & abſolutionem à iuramento per eam obtentā, ei non ſuffragari: quia nō tollit vires confirmationis contractus. In qua cauſa fuit lata ſententia in dicta Regia Audiencia Valentina, publicata per Don Ioannem Daça, Regij mādati ſcribam die 6. Martij 1620. declarando: dictam executionem ſore inſigendam, tanquam inſtatam virtute obligationis, nulliter factæ, pro eius viro, interueniente enormiſsima læſione: quia remaneret indotata. A qua ſententia ſupplicauit dicta Eſperancia Pauia, & cauſam introduxit in hoc S.S.R. Conſilio, vbi fuerūt examinata ſequentia. Primò pro parte dictæ Dorotheæ Veana vrget: nam obligatio facta pro marito, de iure non tenet authent. ſi qua mulier, C. de Senat. Conſult. Velleianiuius verba ſunt. *Si qua mulier, crediti instrumento, conſentiat proprio viro, aut ſcribat, & propriam ſubſtantiam, aut ſe ipſam obligatam faciat iubemus, hoc nullatenus valere, ſiue ſemel, ſiue multoties huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat, ſiuè priuatum, ſiue publicum ſit debitum; ſed ita eſſe, ac ſi neque factum quicquam, uel quod ſcriptū eſſet, niſi manifeſte probetur: quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint.* Qui text inducit decretum irritans, Ibi: *Nullatenus valere*, ita gl. in verbo, nullatenus, in Clem. 1. de ſequæſtr. poſſeſ. & fruct. gl. in Clem. 1. de ætat. & qualit. verbo nullatenus, & idem tenet Acurſ. in d. authent. ſi qua mulier, Ibi: *Nulla cēſetur ipſo iure, etiam ſi iurauerit.*

2 Secundo: hoc procedit, etiam ſi mulier ſimul, & inſolidum cū marito ſit principaliter obligata. Ita pluribus relatis Roderic. de annu. reditib. lib. 2. q. 5. n. 17. videlicet, hanc opinionem eſſe communē, & quod ab ea recedere, eſſet temerariū, & iuxta eā ita fuit deciſum in Senatu Sabaudię teſtatur Anton. Faber in ſuo Codice Fabriano, lib. 4. titul. 21. ad Sena-

tum

tum Conſult. Velleian. diffinit. 20.
3 Tertio: quamuis interuenerit re-
nũciatio mulieris, facta cum iuramẽ-
to, ſi remaneat indotata, talis obliga-
tio facta pro marito non valet. Ita
Andræ. Gail practic. obſeruat. lib.
2. obſeruat. 77. num. 11. 12. & 13. his
4 verbis. *Notandum tamen: quod ex com-
muni Doctorum opinione mulier enormi-
ter læſa, poſsit cōtrauenire renuntiationi,
non obſtante iuramento: quia ex enormi
læſione dolus præſumitur, text. in l. omnes
5 §. Lucius, ff. quæ in fraud. credi. ibi: Reſ-
pondit: quamuis non proponatur conſiliũ
fraudãdi habuiſſe, & vniuerſa bona ſua
alienauit, intelligendus eſt fraudandorum
creditorum conſilium habuiſſe, & in l. ſi
6 præſtiti, § fin. C. de dolo malo, & iuramẽ-
tum non debet eſſe vinculum iniquitatis,
text. in cap. quanto, de iur. iurand. & in
7 cap. 1. §. quis vero, eod. titul. in 6. &
paria ſunt dolum interuenire reipſa, vel
ex propoſito, text. in l. 2. ff. de doli ma-
li, & met except. & in l. ſi quis cum ali-
ter, ff. de verbor. oblig. it. communiter
DD. Dec. dict. conſil. 189. num. 7. vbi
communem, dicit, & infinitas authorita-
tes adducit, idem conſil. 101. num. 1. &
2. incipit ſatis notabilis.* Gratian. deciſ.
Rotæ Marchiæ 165. num. 9. vbi red-
8 dit rationem: quia propter læſionẽ
enormem præſumitur metus reue-
rentialis mariti, & iuramentum eſſet
relaxandum. Alciat. in cap. cum cō-
tingat, num. 9. de iur. iurand. Gu-
tierr. de contractib. iura. cap. 55. nu.
7. in titul. de obligat. vxor. pro ma-
9 rito: enormis enim læſio facit præſu-
mere dolum. Bart. in l. vltim. in fine,
de Prætor ſtipulat. Bald. in l. 3. C. de
10 dotis promiſ. Ancharr. conſi. 205. Et
ideo ratione doli, iuramẽtũ redditur
in efficax, c. ſi vero de iur. iur. Felin.
in c. in præſentia, n. 8. de probat. ſub-
dens: etiam maiorẽ propter enormẽ 11
læſionem abſolui à iuramento, Bald.
in l. penul. de arbit. Abb. in c. quinta
ualis, col. 25. de iur. iur. cũ declaratio-
nibus, de quibus per Guald caut. 19.
n. 4. de arte teſtand tit. de adquir hæ-
red. Gabr. de minor. concl 5. in fine.
Alios refert Theſau. deciſ. 223. nu. 9.
12 ibi: tunc enim contractus, & iuramẽ-
tum præſumitur, ſaltem metu reuerẽ-
tiali extortũ, l. 1. §. quæ venerandæ, ff.
quar. rer. actio non dat. etiam ſi ver-
bera nō interueniãt, Alex. ad Bart. in
d. §. quæ onerando, poſt Petr. de An-
charr, & Paul. Caſtr. per eum relatos
Barboſ. conſil. 60. lib. 1. Bald. in §. Sa-
cramenta, n. 8. de pace iuram. firman
Socin. conſil. 263. col. 3. lit. B. & col.
7. lit. B. Curt. iun. in conſil. 141. n.
11. & 18. vbi dicit: præſumi dolum,
13 & metum, Ruin. conſi. 170. n. 17. lib.
1. & conſi. 60. n. 10. lib. 3. Caſtrenſ. cō-
ſil. 174. contra ſuperius, lib. 1. Socin.
conſil. 273. colu. 3. in princ. lib. 2. Et
ob hanc rationẽ dicit Caſſador. de-
ciſ. vnic. de empt. & vẽd. fuiſſe reſciſ-
ſam per Rot. Rom. venditionẽ *iura-
tam*, cum clauſula ex certa ſcientia, &
alijs apponi ſolitis: ex quo domus
fuerat vẽdita pro mille ducatis, quæ
erat valoris duorũ mille & tercẽtorũ
& n. 7. ſubiungit hæc verba. *Nō poteſt
excludi ratione iuramenti, ex eo, quod nō
cogitauit tantum damnum.* & inferius
ibi: *Ex quo eodem errore, aut deceptione
ex animo, ſeu reipſa fuit iuratum, ſi-
cut contractum.* Et Gratian. diſcepta.
14 forenſium, tomo 1. cap. 108. n. 10.

14 dicit: propter enormiſsimam læſionem, non obſtare iuramentum, & refert deciſionem Rotæ per Cardinalem Arigonium 5. Iulij 1593. in cauſa Romana fideiuſſoris, vbi fuit annullata fideiuſsio vxoris, de repreſentando maritum, ſub pœna debiti, non obſtante iuramento decreto viſitæ, & pro libratione viri, è carceribus; cum remaneret penitus indotata.

Quarto: ſi mulier remaneret in-
15 dotata, obligatio per eam facta etiã cum iuramento, non valet: quia reſultaret contra publicam vtilitatem:
16 intereſt enim Reipublicæ dotes mulierum conſeruari, l. 1. ff. de ſoluto matrim. quo caſu contractus confirmatur iuramento, Abb. conſil. 8. num. 6. lib. 2. Lup. in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. nu. 17. verſic. Intelige tamen prædicta.

Quinto: Ceuallos in ſuis com-
17 munibus contra communes, quæſt. 727. num. 17. vtitur hoc argumento: quãuis obligatio mulieris facta pro marito, ſit iurata, extante prohibitione legis in d. authent. ſi qua mulier, C. ad S.C. Vellei. nõ potuit naſci, nec ciuilis, nec naturalis obligatio. ita dicit Gutierr. de contract. iura. cap. 1. nume. 40. & allegat text. in l. cum lex, & ibi Bart. ff. de fideiuſſor. & in l. non dubium, C. de legibus, & in l. 1 §. ſi quis ita, de ver-
18 bor. obligation. & ita non confirmauit dictum contractum nullum iuramentum, quod eſt acceſſorium: quia cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur, l. cum principalis 38. ff. de regul. iur. & ita
19 deſtructo principali corruit acceſſorium, vt in l. fideiuſſor eius, ff. de donation. Ibi: *Fideiuſſori eius, qui donationis cauſa, pecuniam, ſupra legis modum promiſsit, exceptio dari debet, etiam inuito reo.* l. qui contra 11. ff. de fideiuſſorib. l. ſi mulier con-
20 tra, ff. ad Velleian. Item: quia iuramentum, in contractu vxoris, pro marito ſe obligantis, non habet comitem iuſtitiam: quia non fuit iuſtum contrahere cum muliere cõtra legis prohibitionem.

21 Sexto: vt inquit Molin. de Hiſp. primog. lib. 2. cap. 3. n. 11. ſi cum metu reuerentiali enormiſsima læſio cõcurrat ad reciſionem cõtractus, ſufficiens erit, vt ex pluribus probat Franciſc. Aretin. conſil. 24. col. 2. Deci. in cap. cauſa matrimonij de offic. deleg. n. 5. in fin. Aimonius, qui in renuntiatione, etiam iurata verum eſſe profitetur, conſi. 11. col. penul. Couarr. in epito. ad quartum, cap. 3. §. 6. n. 4. quo argumento in hac quæſtione vtitur, Ceuall. in ſuis practic. quęſtion. com. contra com. q. 727. n. 21. & ibi per totam noſtram quæſtionem latiſsime per tractatat. & hanc defendit opinionem.

Septimo: dict. Dorothea Veana, & de Rubinats, antea quã ageret, obtinuit abſolutionẽ a iuramẽto, quod ſufficit, vt fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, vt dicit Ant. Fab. in C. Fabr. lib. 4. tit. 21. ad. 5. C. Vellei. diffi. 10.
22 pag. 329. mulieri ſuccurri, ne fiat indotata; tamen abſolutionem a iuramento, & reſtitutionẽ obtinere debere, & Stephan. Gratia. deciſ. Rotæ Marchiæ 155. n. 7. cum tribus ſeqq.

his

Digitized by Google

his verbis: *Quarto concluſum fuit*: mu-
lierem ex excluſiua læſione, poſſe pe
tere abſolutionem a iuramento, &
venire contra renuntiationem, vt de
magis commun teſtatur Gabriel
concluſ. 1. num. 11. de iure dotium,
Guald. de arte teſtandi, titul de ac-
quirenda vel repudianda hæreditat.
23 caut. 19. num. 4. etiam, quod in ta-
li renuntiatione interueniſſet conſen
ſus conſanguineorum, & iudicis de
cretum. Gabr. ibidem num. 15. &
16. Sicuti etiam poteſt peti in caſu,
quo mulier conſentit alienationi rei
dotalis, cum iuramento, propter
enormem læſionem. Campeg. poſt
Federic. & Ancharran. per eum al-
legatos de dote, quæſt. 15. part. 4.
24 Ratio eſt, quia propter læſionem
enormem, præſumitur metus reue-
rentialis mariti, & iuramentum eſ-
ſet relaxandum. Alciat. in cap cum
contingat, num. 9. de iur. iurand.
Gutierr. de contract. iur. cap. 55. n.
7. in titu. de obligat. vxor. pro ma-
rit. Enormis enim læſio facit præſu-
25 mere dolum. Bart. in l. vltim. in fi.
de prætor. ſtipulat. Bald. in l. 3. C.
de dot. promiſ. Ancharran. conſil.
203. & ideo ratione doli, iurametnũ
26 redditur in efficax, cap. ſi vero illa.
1. de iure iurand. Felin in cap. in præ
ſentia, num. 8. de probationib. ſub-
27 dens: etiam maiorem, propter enor
mem læſionem abſolui a iuramento
Bald. in l. penult. C. de arbitr. Ab-
bas in cap. Quintaualis. colum. 25.
de iur. iuran. cum declarationibus,
de quibus per Gualdenſ. cautel.
19. num. 4. de art. teſtan. tit. de ac-
quiren, Gabr. de minor. cõcl. 5. in fi,

28 Octauo: nam vbi mulier enor-
miter læditur, ita, vt remaneat indo-
tata, etiam ſi ſit obligata cum iura-
mento; talem obligationem ei non
nocere, tenuit. Gratian. diſcept. fo-
renſ. lib. 1. cap. 108. num. 7. cum ſe-
quentib. & ita fuit iudicatum in Se-
natu Pedemontano, teſte Theſaur.
deciſ. 223. nu. 13. poſt medium. vbi
ſubiungit hæc verba: Senatus poſt
multas diſputationes, & reclamanti-
bus aliquot ex dominis, ſententiam
meam reuocauit, exiſtimãs eſſe: præ-
iudicium publicum, & contra publi
cam vtilitatem, talia iuramenta ob-
ſeruare, quibus mulieres omnino in-
dotatæ remanerent. Et ex inde, ſem
per Senatus hoc iure vſus eſt, cum
hoc temperamento, vt ſi mulieri re-
maneret dimidia pars dotis, tunc te
neret obligatio iurata: & ideo ſi mu-
lier habens mille in dotem, fide iu-
bendo pro viro tantam amittit, cum
nihil ab eo conſequi poſsit, nihil om
nino valet contractus iuratus, tan-
quam dolo extortus: ſi vero promi
ſiſſet tantum ſcutos quingentos, vel
minus tunc ſubſiſtat contractus iu-
ratus. Et Gaſp. Anton. Theſaur. in
29 additio ad eandem deciſionem, nu.
30 13. ita ait: pulchra orta fuit quæſtio-
in contingentia facti: ſi mulier habẽs
in dotem 200. aureos, obligauerit
ſe pro primo viro, in aureos 100. de-
inde, fauore ſecundi mariti, erga
alium creditorem, in alios 100. an
vtraq; obligatio deſtruatur. Et mul-
ta hinc inde in Senatu dicebãtur. Tã
dem placuit: primam obligationem
ſubſiſtere: quia mulier non niſi in
dimidia dotium lædabatur: ſecun-

dam vero annullandam: quia tempore illius remanebat indotata. Et
31 ita iudicatum pariter: quod ſi mulier remaneat indotata, obligatio facta pro marito non teneat, fuit deciſum in Rota Romana. teſte Seraphin. deciſ. 1187. nu. 2. in 2. part. & recurſus in eadem Rotæ, vt habetur in deciſ. 74. in deciſ. criminalibus, impreſsis poſt 2. tom. conciliorum. Farinac. de qua etiam meminit, idẽ Farinac. in deciſ. Rotæ Rom. nouiter nouiſsim. tom vnic. deciſ. 112. n. 6. ad fin. Et idem fuit deciſum in eadem Rota, vt habetur in eodem volumine Farinac. deciſ. 247. & deciſ. 851. & in Senatu Cathaloniæ ita fuit iudicatum, vt teſtatur Iacob. Cãcer. tom. 3. variar. cap. 15. num. 108. & Fontan. de pact. nuptialib. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 6. num. 11. pagin. 590. Et in Senatu Sabaudiæ fuiſſe iudicatum: mulieri ſuccurri, inquit Anton. Faber in ſuo Codice Fabria. lib. 4. tom. 1. ad Senat. Cõſult. Velley. diffinit. 10. pag. 329. Gaſpar: Anton. Theſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 65. ante numer. 1. ait; quod vxor pro viro fideiubens non poteſt remanere indotata: vnde ad dimidiam dotis ſolet reſtitui aduerſus obligationem iuratam, ex antiquo ſtylo Senatus. Et aliam in hoc caſu ſubiũgit quæſtionem. Et idem fuit deciſum in ſacro Cõcilio Neap. vt teſtantur Matthe. de Afflict. deciſ. 322. num. 5. in fin. & num. 11. refert Dominos antiquiores de Concilio dixiſſe: quod eorum temporibus ſemper fuit obſeruata opinio. Anton. de Butr. in cap. cum contingat, num. 3. & 8. de iur. iurand. quod ratione enormiſsimæ læſionis, conceditur abſolutio à iuramento, & quod diſpoſitio dicti capitis, cũ cor tingat, & cap. quamuis pactum in 6. procedat, quando læſio eſſet medioctis: ſecus vbi eſſet enormiſſima. Et rurſus in eodem Neapolitano Conſilio, idem fuiſſe iudicatũ teſtatur Cæſar Vrſilis in additione ad deciſ. 311. Matth. de Afflict. nu. 4. & Flau. Amendola, in additio. ad deciſ. 84. Vincent. de Franch. ante nu. 1. ita ſcribit: verum eſt, quod ſi ipſa mulier abſolutionem à iuramento obtineret, vel peteret tanquã enormiſsime læſa, quod deberet admitti, & iudex laicus cogere emptorem, ad relaxationem iuramenti, vt dicunt Modern. in noſtra conſuetudine Neapolis, ſub tit. de conſenſu mulieris, & dicit deciſum per ſacrũ Concilium. Vrſil. in deciſ. 311. poſt Salern. in dict. conſuetu. 1. & quod mulier, in ſubſidium, debeat admitti pro patria Comæ eſt deciſio in proceſſu. fol. 646. penes Iubenum actuarium ſacri Coucilij, referente Conſiliario Conſtancio, Regentis Fulceij genitore.

32 Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deliberatum in hoc S. S. R. Conſilio Aragonum. Primo: quia mulier poteſt iuri hypothecarũ ſuæ dotis renuntiare. l. etiam 11. C. ad Vellei. ibi: *Etiam conſtante matrimonio ius hypothecarum, ſeu pignorum marti remitti poſſe explorati iuris eſt.* l. iubemus 21. C. eodem titul. cuius verba ſunt. *Iubemus licere mulieribus, & pro vno contractu, vel cæteris contra-*

ctibus

ctibus, ſeu pro vna, vel cæteris perſonis ſeu rebus iuri hypothecario, ſibi competenti, per conſenſum proprium renuntiare.
33 Et iuramentum confirmat cõtractum, alias inualidum. Authent. Sacrament. puber. C. ſi aduerſus venditio, cuius verba ſunt: *Sacramenta puberum ſponte facta, ſuper contractibus rerum ſuarum, non retractandis inuiolabiliter cuſtodiantur.* Et in noſtro caſu hoc deciſum eſt, in cap. cum cõtingat 28. extra de iur. iurand. cuius verba ſunt. *Cum contingat interdũ, quod conſtante matrimonio, mulieres alienationibus, ſuper rebus dotalibus propter nuptias conſentiant, ne vlterius contrauenĩãt, proprio ſacramento firmando, ac ſoluto proceſſu, temporis matrimonio contrauenire nitantur, vtrum hoc eis liceat; a nobis tua fraternitas requiſiuit. Nos autem fraternitati ſuæ taliter reſpondemus. Quod & ſi mulierum conſenſus in talibus non videatur obligatorius, ſecundũ legitimas ſanctiones; ne tali tamen prætextu viam contingat periurijs apperiri, mulieres ipſæ ſeruare debent huiuſmodi iuramenta, ſine vi, & dolo ſponte præſtita, cum in alterius præiudicium non redundet, nec obſeruata, vergant in diſpẽdium ſalutis æternæ.* cap. quamuis pactum, de pactis in 6. ibi: *Quamuis pactum patri factum à filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex ciuilis; ſi tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito, firmatum fuerit, ab eadem omnino ſeruari debebit: cũ non vergat in æternæ ſalutis diſpẽdium, nec redundet in alterius detrimentum:* Cum igitur mulier, quæ ſe obligauit pro marito, & cum iuramento, renuntiauit Velleiano, & hypothecæ dotis, poſſit ſeruari iuramentum abſque interitu ſalutis æternæ, quamuis remaneat indotata, non poteſt ſub hoc prætextu, ſe excuſare à ſolutione quantitatis, pro qua ſe obligauit.

34 Secundo: vt inquit Ioann. Gutierr. de contract. iurat. ſiue de iuramento confirmator. cap. 55. num. 7. tom. 6. tract. part. 2. num. 7. ad medium: iuramentum regulariter confirmat contractum omnino nullum & reprobatum à iure ciuili, vt in authent. Sacramenta puberũ. C. ſi aduerſ. venditio. Et probatur in dict. cap. quamuis pactum, & in dict. c. cum contingat. Præterquam in caſi-
35 bus ſpecialibus, quando iuramentũ eſt contra bonos mores, vel continet turpitudinem, vel rem illicitam iure naturali, vel quando adeſt dolus, metus, aut vis, vel ſimulatio, vel in alijs caſibus ſimilibus. Et idẽ Gutierr. num. 8. ad medium, inquit: quod quamuis lex prohibeat aliquid
36 fieri, & ita ciuilis obligatio non oriatur; naturalis tamen obligatio bene oritur ex conſenſu; vt videmus in pupillo, qui nullo modo poteſt obli-
37 gari citra tutoris auctoritatem, vt in l. obligari, in princip. ff. de auctorit. tutor. & tamen obligatur naturaliter, vt in l. 1. in fin. ff. de nouat. & dixit latè in repetitio. l. nemo poteſt, num. 145. & alijs tribus, num. ſequentib. ff. de legat. Et ideo inquit Gutierr. placet mihi hæc opinio Mẽchac. Illud tamen aduertit in propo-
38 ſito: ipſum nunc non loqui, quoties ſtatutum prohibet: mulierẽ, vel mi-
norẽ

norem aliquem contractum facere, & celebrare, abſque licentia viri, vel conſanguineorum. Et ſic certa forma ſeruata id poſsit: an tunc ex contractu celebrato omiſſa illa forma, requiſita à ſtatuto, oriatur obligatio naturalis. Nam in hoc caſu, dicit: eſſe communem opinionem, quod neq; naturalis obligatio oriatur, vt dixit ſupra cap. 1. & tradit etiam Mench. vbi ſupra: ſed loquitur in terminis dict. authent. ſi qua mulier, & dict. l. Regia, in quibus omnino prohibetur mulier fideiubere, vel ſe obligare pro viro ſuo; quo caſu lex ciuilis, non potuit tollere obligationem naturalem, quæ ex conſenſu ſimplici oritur.

39 Tertio: quamuis mulier remaneat indotata, ſi ſe obligauit pro marito cum iuramento, quod compelli poſsit ad ſoluendum. tenuit Theſaur. deciſ. 223. nu. 13. vbi dicit: quod ſemper exiſtimauit, quod mulier iuramento obligatur, & quod ita ipſe iudicauit. Eandem opinionem amplexi fuerunt ibi per eum allegati, n. 12. Nimirum Lupum, Palac. Rub. ad rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. num. 33. verſic. Poteris limitare. Boer. quæſt. 23. num. 9. Afflict. deciſ. 311. num. 4. dicens: ita teneri communiter per Canoniſtas, & ita iudicatum fuiſſe in conſil. Neapolitano, & communem dicit Alciatus in dict. cap. cum contingat, nu. 64. extra de iur. iurand. Et magis communem dicit Burſat. in conſil. 56. n. 15. lib. 1. Roland. conſil. 70. num. 2. lib. 20. etiam ſi omnino indotata remaneat. ſola ad nouas conſtitutio. ſub eod. titul. de aliena. mulier. fol. 43. num. 13. alias gloſſ. 4. num. 13. pag. 676. Cancer. tom. 3. variar. cap. 15. de renuntiat. num. 106. cum ſequentibus, his verbis. *Prædicta concluſio eſt limitanda, vbi dicta renuntiatio fuiſſet iuramento vallata: nunc enim vallata erit omnino reuntiatio, etiam ſi vir ſit non ſoluendo, & ſic mulier remaneat indotata, vt in ſpecie notat Vincent. de Franch. deciſ. 84. part. 1. Vital. de Cãban. in tract. clauſular. in verſic. Nunc videamus an beneficio. num. 6.* Et ſubiungit Cancer. hæc verba: Et iſtam ſententiã in noſtro ſenatu ad relationẽ bene eruditi Anto. Oliba. obſeruatam legi. Eandem tenuerunt Paulus Caſtrenſ. in authent. ſi qua mulier, C. ad Senat. Conſult. Veleian. Gregor. Lop. in l. 3. titul. 12. part. 5. in verbo, renuntiando, in fi. Matienç in l. 9. tit. 3. gloſſ. 1. num. 8. vbi idem tenet Azeuedo, num. 9. & Gutierr. de iuram. confirmat. 1. par. cap. 55. num 6. in fin. vbi dicit: quod ita practicatur quotidie. Et hanc opinionem dicit communem Alciatus in cap. cum contingat, de iur. iuran. num. 64.

40 Quarto: pro eandem opinione facit forus 1. in rubric. ne vxor pro marito, in volu. fororum, Val. fol. 95. pag. 2. vbi ponitur regula: quod vxor non poteſt obligari, nec conueniri pro marito, & ſubiungitur limitatio, niſi nomine proprio principaliter ſe obligauit cum iuramento, & Dominus Doctor Ioannes Scatis ſenior, qui fuit Regens in hoc S.S.R.C. pro Regno Valentiæ, in ſuo Reportorio, verbo, vxor, fol. 229.

229. pag. 1. & Dom. Doct. Ioann. Perez de Bañatos, qui per multos annos fuit Auditor in Regia Audiētia Valentina, & poſtea Fiſci, & Regij patrimonij Aduocatus in hoc ſupremo Conſilio, in ſuo lib. manuſcripto, in verbo, vxor, fol. 189. pagin. 1. in fine teſtantur: praxi receptum: quod ſi vxor ſe obligauit, & iurauit, etiam quod nō ſint alia bona, ex quibus poſsit dotem repetere, obligatur iuramento.

41 Denique cum hęc cauſa in gradu ſupplicationis, in hoc S.S.R. Conſilio tractaretur, conſideratum fuit aperiri viam multis litibus: Si vxor, quæ cum iuramento ſe obligauit pro marito, & renuntiauit Senatus Cōſultus Velleian. & iuribus hypothecæ dotis, admitteretur ad impugnādum talem obligationem, & ſe defendendum, ſub prætextu, quod ſi voluerit pro marito, remaneret indotata. Plures enim mulieres, quæ ſe obligant pro maritis, cum iuramēto creditoribus, qui alias ſuas pecunias non præberent maritis, niſi cū obligatione vxoris, & ſæpe conſumant pecunias mariti, in ornamētis ſuarum perſonarum, & domuum, & in delitijs. poſtea ſi ſuas dotes exigere non poſſent ex bonis mariti, ſe defenderent allegando, quod ſi ſoluerent remanerent indotatæ, & creditores eluſi remanerent. Et aperta hac via quotidie ſimiles lites ſuſcitarentur, quas hactenus in Regno non intentarunt, ſcientes iuxta dictum forum primum, ne vxor pro marito, non eis prodes ſe hanc exceptionē, & ita, vt præcludatur via multis litibus viſum fuit: expedire hanc vltimam opinionem, praxi receptam ſequi, in quo bonum publicum vertatur. Nam vt inquit Barboſa l. 1. ſolut. matrim. 1. part. num. 65. pagin.
42 222. bonum publicum ciuile conſiſtit in fœlicitate, & tranquillitate temporali ciuium, ad quod allegat, ita tenentes, Diuum Thomam, & Nauarrum Azpilcuera. Et iuxta hoc inquit text. in l. 1. ff. de vſucap: bono publico vſucapio introducta eſt: licet enim iniqua videatur, quem dominio rei ſuæ priuari, mediante vſucapione, tamen ob bonum publicū, ad ſedendas lites, & ne dominia rerum diu eſſent in incerto, illa fuit introducta.

Ad contraria reſpondetur in modum ſequentem.

Ad primum: quod licet iuxta authent. ſi qua mulier, C. ad Velleia. mulier ſi ſe obliget pro marito, non tenet obligatio; hoc tamen benefi-
43 cium in eius fauorem fuit introductum, cui poteſt, cum iuramento, renuntiare, l. etiam, & l. iubemus, C. ad Velleia. & dixit expreſſe tex. in cap. cum contingat extra de iure iurand. & in cap. quamuis pactum de pactis in 6. late multis relatis Camil. Borrel. in ſumma deciſio. tom. 3. tit. 13. num. 122. cum ſeqq.

Secundo argumento reſpondetur eodem modo.

Tertio alterius partis fundamento reſpondetur. in contrarium deducta fundari in eo, quod iuramentū dolo præſtitum nō eſt ſeruandum, dict. cap. cum contingat de iur. iur. & quod ex enormiſsima læſione reſulta;

reſultat dolus reipſa, & ita, interue-
niente dolo, ſi mulier remaneat in-
dotata non tenet obligatio. Aduer-
tendum tamen eſt: quod mulier, tē-
pore factæ obligationis pro marito
ſponte conſenſit, & nullus dolus ex
propoſito interuenit, & alius eſt do
44 lus ex propoſito: alius vero reipſa, vt
tractās de hac quæſtione ſcribit An
ton. Faber, ſuper 4. C. tit. 21. diffi-
nit. 10. pag. 329. & de dolo ex pro-
poſito videtur loqui dictum. caput.
cum contingat: vnde cum mulier, tē
pore factæ obligationis, non poſsit
dici dolo decepta: ſed eius conſenſus
liber fuerit, & confirmatus iuramē-
to, ceſſat ratio, in qua fundatur opi-
45 nio contrarium *ſenſientium*: & cum
hoc caſu iuramentum à muliere pręſtitum, ſine interitu ſalutis æternæ
poſsit ſeruari, illud ſeruandum eſt.
dict. cap. cum contingat, extra de
iure iurando.

Neque obſtat quartum: quia vti
46 litas, quæ reſultat Reipublicæ, ne mu
lieres remaneant indotatæ, eſt ſecun
daria: principaliter autem hæc vtili-
tas eſt mulierum. ita Couarruu. in
cap. quamuis pactum, 2. part. §. 1.
num. 6. his verbis: *Iuramentum om-
nino confirmat actum, ſeu contractum
47 probibitum iure ciuili: præcipue, aut ſa-
ne principaliter, propter priuatam vtili-
tatem, etiam ſi minus principaliter, & vt
aiunt, ſecundario publicam vtilitatem cō
tineat. Probatur hæc concluſio in dict. c.
cum contingat de iur. iurand. & cap. li-
cet eodem titul. in 6. Nam etiam ſi Rei-
publicæ interſit fœminarum dotes augeri,
ſaltem conſeruari potius quam minui. l. 1.
ff. ſolut. matrim. atque ideo lex ciuilis
probibuerit alienationem fundi dotalis
vt tradunt Iuriſconſulti in rubric. ff. de
fund. dot. quia tamen ea prohibitio præ-
cipuè priuatam vtilitatem, & fauorem
ſpectauit, & etiam ſi nihilominus, &
publicum commodum reſpexerit; minus
tamen principaliter, nihilominus aliena-
tio fundi dotalis, iuramento confirmatur,
ſicuti probatur in dict. cap. cum contin-
gat.*

48 Ad quintum reſpondeo: quod
quamuis lex annullet obligationem
factam per mulierem, in fauorem
mariti, non tamen tollit naturalem
obligationem, quæ oritur ex conſen
ſu, per eam præſtito. Ita Gutierrez
de contract. iura. cap. 55. numer. 8.
ad medium, Ibi: *Naturalis tamen
obligatio oritur ex conſenſu, vt videmus
in pupillo, qui nullo modo poteſt obliga-
49 ri citra tutoris auctoritatem, vt in l. obli
gari, in princip. ff. de auctorit. tutor. &
tamen obligatur naturaliter, l. 1. in fin. ff.
de nouatio.* Et probat late Gutierrez
in l. nemo poteſt, de legat. 1. nu. 145.
cum ſequentib. & cum talis promiſ
ſio ſit iurata, obligatio quæritur,
50 Deo cap. debitores, & c. & ſi Chri-
ſtus, de iur. iurand. ex illo conſen-
ſu obligo me Deo: quod obſerua-
bo parti id, quod interpoſito iura-
51 mento illi promiſi. Hanc ergo obli-
gationem Deo quæſitam, legiſlator
tanquam inferior irritare non potuit
c. cum inferior, de maiori, & obed.
Clemt. ne Romani de electione: at-
que proinde ſemper iuramentum eſt
obſeruandum. ſcribit Alexand. con-
52 ſil. 59. num. 4. ad medium, libr. 1.
Fortun. de vltimo fine iuris, nume.
301. & latius confirmat Guillel in c.
Ray-

53 Raynuntius, verbo duas habens filias, à num. 258. & facit: quia cum Princeps non poſsit tollere vinculũ iuramenti, propter rationem, de qua ſupra, in ſua prohibitione, quantum cumque generali, non eſt eredendũ intellexiſſe de promiſsione iurata, quam prohibere non poterat: argument. cap. à nobis de ſentent. excõmunic. & doctrinæ Bart. l ſi quis ſub conditione, de conditio. inſtitu. & in ſpecie probat in cap. conſtitutus, de reſcript. Ex quo ſequitur:
54 quod iuramentum, vtpote a lege nõ prohibitum, ſubſiſtat, atque ita ſit obſeruandum, vt aduertit Paul. authent. ſacrament. puberũ, num. 23. & ibi Corn. num. 11. C. ſi aduerſ. vendit. Fortun. de vltim. fin. iuris, num. 314. Aimon. Crauet. conſil. 272. num. 20. Conſequitur, etiam
55 quod cum lex non cenſeatur prohibere iuramentum, iurans non videtur venire contra prohibitionem legis.

Et hoc caſu, iuramentum non eſt acceſſorium ad ciuilem obligationem, reprobatam à iure ciuili: ſed ad naturalem ortam ex cõſenſu per mulierem præſtito.

Secundo reſpondeo: quod hic ſumus in caſu limitationis, quam adfert Decius in l. cum principalis 138. ff. de regul. iur. num. 30. quod regula illius text. non procedit quando eſt diuerſa ratio, & ibi num. 4. late probat: quod licet principalis
56 cauſa non ſubſiſtat; tamen vbi eſt diuerſa ratio acceſſorium tenet. Sic videmus quod iuramentum regulariter confirmat actum omnino nullum, & reprobatum à iure ciuili, vt in authent. ſacram puber. C. ſi aduerſus venditio, & in cap. cum cõtingat, de iur. iurand, & in cap. quãuis pactum de pact. in 6 ibi: quam uis pactum patri factum à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex ciuilis; ſi tamen iuramento, non vi, nec dolo præſtito, firmatum fuerit ab eadem omnino ſeruari debuit.

Ad ſextum reſpondeo: ex metu reuerentiali mariti, & ex enormiſsima læſione, ex qua reſultat dolus re ipſa bene reſcindi contractum, vbi non interuenit iuramentum. Et fateor, multos tenuiſſe: etiam interueniente iuramento, obligationem
57 mulieris, tanquam dolo factam nõ tenere; tamen vbi non fuit inducta dolo ex propoſito, nec metu ſeu vi, & liber fuit conſenſus mulieris tempore obligationis, per eam factæ virtute iuramenti, debet obſeruari, vt ad literam, dicit text. in capit. cum contingat, de iure iurand. Et hæc opinio tanquam verior obſeruatur in Regno Valentię, licèt negari non poſsit: contrariam hodie eſſe magis communem.

58 Ad ſeptimum reſpondeo: abſolutionem à juramento obtentam ad effectum agendi, non tollere vim iuramenti, confirmãtis contractum, factum per mulierem, ex quo fuit ius quæſitum tertio, in cuius præiudicium non potuit concedi dicta abſolutio: ſed tantum illa operabitur, vt poſsit agere abſque præiudicio, & ſi probauerit contractum, & obligatio-

gationem fuiſſe non ſponte: ſed dolo, vel vi, poſsit obtinere illius reciſſionem, vel annullationem: ſed vbi ſponte pro marito ſe obligauit, & iurauit ad implere promiſſa, virtute eiuſdem iuramenti, renuntiando Senatus Conſulto Velleiano, & iuribus hypothecæ, compelli poteſt, & debet ad obſeruantiam iuramenti, cum non reſultet in diſpendium ſalutis æternæ.

Ad octauum, & vltimũ reſpondeo: hanc quæſtionem eſſe valde cõtrouerſam: & ita diuerſimodè fuiſſe iudicatum in grauiſsimis Senatibus, & Regijs Conſilijs, aliquando pro alia parte, & hodie reperiri plures deciſiones pro alia parte; tamen cum hæc reperiatur praxi recepta in Regno Valentiæ, & videatur magis tuta in concientia, & ad tollendum lites, quæ cotidie orirentur, ſi mulieres agere poſſent ad reciſsionem obligationum cum iuramento, per ipſas cõtractarum fauore maritorũ, ſub prætextu, quod remanerent indotatæ. Viſum fuit S.S. Regio Conſilio, beneficio ſupplicationis, ſentẽtiam latam in Regia Audientia Valentina die ſexto Martij milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, reuocare.

Et ita ex prædictis fuit deliberatum: dictam Dorotheam Veana & de Rubinats, eſſe compellendam obligationem, per eam factam cum iuramento, pro debito mariti adimplere. Et ita fuit pronuntiatum, ſententia lata in hoc S.S. Regio Aragonum Cõſilio, publicata per Michaelem Codorniu, Regij mandati ſcribam, die 7. Iunij 1621.

A qua ſententia, cum ſupplicaſſet dicta Dorothea Veana, ad idem ſupremum Conſilium, in eo fuit cõfirmata, cum alia publicata per dictum Codorniu, die 17. Octobris 1623.

DECISIO XXXV.

Appellatio non poteſt interponi coram honeſtis perſonis; vbi iudicis copia haberi poteſt, & non interuenit iuſtus metus.

Iuriſdictio iudicis appellationis, vel ſupplicationis, vbi non eſt radicata, non poteſt talis iudex cognoſcere de meritis cauſæ, quamuis vtraque pars coram eo, de cauſa principali diſputauerit.

1 *Appellatio coram honeſtis perſonis valet, ſi condemnatus, propter iuſtum metum, non audet coram iudice appellare.*

2 *Metus ob cauſam, quæ fiunt, non obligãt ſi fuerit proteſtatus metum patiens.*

3 *Proteſtatio, ſi non fiat propter metum, coram iudice a quo, debet fieri coram honeſtis perſonis.*

4 *Appellatio regulariter debet interponi coram iudice a quo.*

5 *Appelatio interpoſita corã iudice a quo, eſt nulla, & non operatur effectum deuolutiuum, neque ſuſpenſiuum, & iudex a quo, non obſtaute apqellatione, poterit ſuam ſententiam exequi.*

6 *Appellatio non interpoſita coram iudice a quo, per inde eſt, ac ſi interpoſita nõ fueſſet.*

7 *Appellare minus ſolemniter, & non appellare, paria ſunt.*

Appel-

8 *Appellationis ſchedula poteſt præſentari Notario intra tempus datum.*
9 *Appellatio coram honeſtis perſonis valet, quando iudex a quo eſt abſens.*
10 *Metus quando dicatur iuſtus, relinquitur iudicis arbitrio.*
11 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, niſi opponatur. Et num. 18.*
12 *Appellatione non interpoſita, commiſsio cauſæ appellationis eſt nulla.*
13 *Commiſsio non poteſt dare iuriſdictionē, ſuper eo quod non eſt.*
14 *Iuriſdictio expirat, poſt deſertionem cauſæ, & poteſt opponi de nullitate iuriſdictionis.*
15 *Iudex, de ſtylo Rotæ Romanæ, poteſt confirmare ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, per deſertionem appellationis; non tamē eam infirmare.*
16 *Iuriſdictio non eſt radicata ex commiſſione cauſæ appellationis, ſi appellatio eſt nulla; licet vtraque pars de cauſa principali diſputauerit.*
17 *Nullitas, ſi ex facie actus reſultat, iudex ne ſe fundet in actu nullo, poteſt, & debet, ex proprio officio ſupplere.*

BAartholomæus Segui oppidi de Maho inſulæ Minoricarū, in carceribus detentus, cum pendibus ferreis: quia imputatus de homicidio Gabrielis Cardona, ſartoris eiuſdem oppidi, cum fuiſſet condemnatus ex meritis proceſſus, adſoluendum decem mille argenteos Caſtellanos, & in pœnam exilij perpetuis a dicta Inſula, cum ſententia lata per Gubernatorem, & Capitaneum Generalem dictæ Inſulæ, die 11. Decembris 1626. a dicta ſententia appellauit die 18. eiuſdē menſis corā Gabriele Guells Præſbitero, Doctore Theologo, & Pręposito, & coram Iacobo Valle, etiā Pręsbitero, exiſtens in carcere, dicendo: quod non audebat appellare corā dicto Gubernatore, ob metum, ne illum amplius detineret in eiſdem carceribus. Et ita proteſtabatur: quod ſi faceret aliquos actus tacite, vel expreſſe, per illos non intēdebat renuntiare dictæ appellationi, & quod tales actus contrarios faceret, & inuitus, & metu vexationis, ſibi inferendæ, & non alias, petendo vicibus geminatis Apoſtolos reuerentiales. Et dicti duo Præsbiteri coram quibus appellauit, dixerunt, quod ſi & in quantum de iure poterant, & permittitur admittebant dictam appellationem, coram eis interpoſitam. Procurator dicti Bartholomæi Segui prædictam appellationis cauſam introduxit coram S. S. R. Conſilio vbi fuit proceſſum admiſſa introductione, ſi, & in quantum, quod expedirentur literæ iuxta ſtylum. Quæ fuerunt expeditæ, & cum eis fuit mandatum procuratori Fiſci Regij Gubernationis Minoricæ, vt intra tres menſes à die primæ tutæ transfretationis, poſt earū præſentationem, certiorem faceret Fiſci Regij procuratorem in Curia reſidentem de omnibus ſibi occurrentibus, & in dicta cauſa neceſſarijs, eumque inſtrueret, & ad dictā cauſam conferentia, tranſmitteret. Quod omni cum effectu factū fuit, & primitiuus proceſſus, pro parte dicti Segui exhibitus, & concernētia ad ſuam defenſionem allegauit in

in iuſtificationem appellationis, cu-
ius beneficio petijt: dictam ſenten-
tiam, tanquam grauatoriam reuo-
cari. At vero procurator Fiſci Re-
gij, èconuerſo ſupplicauit:in grauio
rem pœnam eundem ſequi condem
nari meritis proceſſus attentis, & cũ
in cauſa eſſet concluſum; & facta re 2
latio in Senatu Conſilio de duobus
fuit dubitatum.

Primum: an ex quo dictus Segui
non appellauit coram dicto Guber 3
natore, nec coram ipſius aſſeſſore;
ſed tantum coram dictis duobus
Præsbiteris, probis viris, ſiue hone
ſtis perſonis, poſſet dici fuiſſe appel
latum; vt beneficio appellationis,ex
meritis cauſæ in dicto Senatu Con-
ſilio cognoſci poſſet.

Secundũ an non oppoſita excep-
tione rei iudicatæ, caſu, quo appel-
latio non valeret, poſſet iudex ad
quem, eam ſupplere, & ex officio
repellere eum, qui abſque legitima 4
appellatione cauſam introduxit: an
vero, ex quo ambæ partes, nimirũ
dicti Segui, & Fiſci procurator de
meritis cauſæ tractarunt, & iudex
ad quem, de eis cognouit, pronun-
tiare poſsit, quamuis ſententia eſſet
tranſacta in rem iudicatam.

In primo dubio videbatur: ſuf-
ficere appellationem interpoſitam
1 coram dictis probis viris, ſiue ho-
neſtis perſonis. Nam ſi condemna-
tus non audeat, ob iuſtum, vel pro 5
babilem metum appellare coram iu
dice à quo,ſufficit,quod appellet co
ram honeſtis perſonis,cap. fin. extra
de appellat. ibi: *Si iuſtus metus,quominus appellaueris, te excuſat, ad appellationis reputaris beneficium conuolaſſe,dũ modo, infra tempus, quo licet, prouocatur coram iudice, a quo appellaſſe volueras, vel ſi habere eius copiã,nequiuiſti, in præſentia bonorum virorum, proteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſas appellationis duxeris exprimendas.* Et ibi gloſſ. in verſic. excuſat, inquit; *Quod ea, quæ per metum fiunt nõ obligant, & ita pro appellante habetur, ſed nõ ſufficit niſi illud proteſtetur.* Scaccia de appell. q.6. n.8.qui alios allegat, & n.9.10.& 12. ſubiungit: vt ſi quis, obiuſtum metum, timeat facere prædictam proteſtationem coram iudice à quo,proteſtatio habeatur pro facta; & ideo venit appellandum coram honeſtis perſonis, pręmiſſa dicta proteſtatione:quod non audet appellare coram iudice a quo; & plura allegat Scaccia in confirmationem.Et hoc factũ fuit per dictum Segui:& ita videtur quod teneat appellatio.

Sed contrarium fuit in hoc articulo reſolutum: regulariter enim appellatio debet interponi coram iudice a quo, cap. vt debitus 59. verſic. Cum autem, extra de appellat. ibi: *Cum autem ex rationabili cauſa, putauerit appellandum coram eodem iudice,cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat.* cap. fin. eod. titul in 6. late probat Scacc. de appellat. quæſt. 6. num. 1. 6. & 7. vbi plures allegat & dicit: quod ſi non ſit interpoſita coram iudice à quo, appellatio eſt nulla,& ita non operatur, neque effectum ſuſpenſiuum, neque deuolutiuum: & per conſequens iudex a

quo

quo, non obſtante appellatione, po
teſt ſuam ſententiam mandare execu
tioni. Specul. eod. tit. §. qualiter, n.
8. Socin. conſil. 45. n. 1. lib. 1. refert
& ſequitur Rota Rom. deciſ. 396. n.
6 3. in recentior. recollect. per Farin.
tom. 1. part. 2. pag. 387. vbi dicit:
7 quod appellatio non interpoſita co-
ram iudice a quo, perinde habetur, ac
ſi interpoſita non fuiſſet: cum paria
ſint non appellare, vel minus ſolẽni-
ter appellare. Et ita ait deciſum fuiſ-
ſe in Rot. Et iterũ deciſ. 595. n. 1. in re
collect. per eũdem Farin. part. 1. tom.
2. pagin 137. vbi dicitur: dominos de
Rota cenſuiſſe: conſtare de re iudic.
cum ſententia lata in Rota non fue-
rat intra legitimum tempus appella-
tum; licet procurator ſchedulam ap
pellationis, vltima die termini in ma
nibus notarij dimiſiſſet: debuit enim
appellare coram iudice, & non corã
notario. Veſtr. in pract. c. 3. n. 27. & 57
lib. 7. licet hoc vltimum nõ ſeruatur
8 Valentiæ, vbi ſufficit, quod intra de
cẽ dies ſchedula appellationis præſen
tetur notario, qui ponat Calendariũ
in eadem, dummodo poſtea deſe-
ratur ad iudicem a quo, vt inter-
loquatur circa admiſsionem, & cõ
ceſsionem Apoſtolorum. Et ita ſer
uari de conſuetudine, dicit Scaccia,
de appellat. quæſt. 6. num. 40. In
caſu autem noſtro, nunquam fuit
dicta appellatio iudici à quo præſen
tata. Nec iudex a quo erat abſens,
quod erat neceſſarium, iuxta textũ
in dict. cap. fin. de appellar. vbi glo.
in verbo, coram iudice, inquit, quod
9 ſi poteſt habere copiã iudicis a quo,
debet prouocare, non debet coram
alio proteſtari: ſed hic demum cum
iudicem alium habere non poteſt.
Nec conſtat, quod iuſtus metus in
teruenerit, ob quem non potuerunt
appellare coram iudice, tantũ enim
proteſtatus fuit coram honeſtis per-
ſonis: quod erat detentus in compe
dibus ferreis; & hic metus non eſt iu
ſtus; cum enim eſſet condemnatus
ratione homicidij, debebat detineri
in carceribus. In arbitrio iudicis re ſi-
det: an debeat detineri captus incom
pedibus ferreis. Et pariter relinqui-
10 tur arbitrio iudicis, quãdo metus di-
catur iuſtus. Scacc. dict. q. 6. num. 13.
poſt Franc. in cap. vlt. ſi iuſtus, num.
12. & Card. Alex. notab. 1. ſub nu. 2.
quos ipſe allegat, & Regio Conſilio
viſus fuit is metus non iuſtus. Et ita,
quod non tenebat dicta appellatio.

Ad ſecundum dubium deue-
niendo, videbatur: exceptionem
rei iudicatæ eſſe opponendã. Nam
vt inquit Surdus conſil. 160. nnmer.
11 51. lib. 2. exceptio rei iudicatæ non
obſtat, niſi opponatur. Ita Felin. in
capit. inter Monaſterium 20. extra
de ſententia & re iudicata, numer.
23. verſic. Limita octauo: ſed in ca-
ſu noſtro, nedum procurator Re-
gij Fiſci nõ oppoſuit exceptionem
rei iudicatæ: ſed imò, è conuerſo pe
tijt reo appellanti pœnam agrauã-
ri; ergo poterit cognoſci de meritis
cauſæ.

Sed contrarium fuit delibera-
tum in S. S. Regio Conſilio, ex
quo enim appellatio non fuit legiti-
me interpoſita coram iudice a quo,
per inde eſt, ac ſi interpoſita non
fuiſſet, & appellatione non inter-

12 poſita, comiſsio facta de cauſa appellationis eſt nulla. Bellamer. deciſ. 100. & deciſ. 22. vbi diſtinguit: quod aut iudex ad quem vult pronuntiare nulliter appellatum in modum cauſæ, vel principaliter pronunciat ſuper iſto, videlicet: ſe non eſſe iudicem: & tunc poſsit, l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. capit. ſuper literis, in vltim. reſponſ. extra de reſcriptis. Aut vult pronuntiare nulliter appellatum, ad hunc finem, vt pronuntiet bene proceſſum, & confirmet proceſſum iſtum, & tunc nō poteſt; quia iuriſdictionem non habet: nam commiſsio non poteſt da
13 re iuriſdictionem ſuper eo, quod non eſt. Ruginel. de appellatio. §. 6. gloſſ. 4. numer. 7. verſic. Et aduertendum, pag. 250. Marcheſanus de commiſsio. tom. 1. part. 2. titulo de commiſſ. appellat. diuerſor. p. 1. num. 25. pagin. 1294. Scaccia de appellation. quæſt. 3. artic. 2. num. 3. qui ſupradictos, & alios allegat: & Cæſar de Graſsis, deciſ. 140. alioqui, in titul. de appellat. inquit: *Quod licet regula ſit de iure cōmun.* Quod iu-
14 riſdictio expirat poſt deſertionem cauſæ, per notat. in Clement. ſi appellationem, de appellat. Et poteſt opponi de nullitate iuriſdictionis. Couarruu. practicar. quæſtion. cap. 26. numer. 6. Pariſ. conſil. 98. num. 22. & 23. lib. 3. Felin. in capit. quoniam contra num. 30. de probat. idē in cap. cum contingat, de probatio. num. 7. 8. & 9. de offic. deleg. cap. inter Monaſterium, num. 23. verſi. Temperatio, de re iudic. Ægid. in cap. ſuper literis, num. 8. Alexand. conſil. 59. colum. 3. nu. 7. in 4. cum pluribus concordan. Tamen de ſty-
15 lo Rotæ Romanæ, iudex poteſt cōfirmare ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, per deſertionem appellationis; non tamen ea in firmare iuxta deciſ. Moheda. 293. hoc tamē procedit de ſtylo Rotæ, non de iure. Et ita S.C. non tenetur dictum ſtylum ſequi.

16 Et cum occurrenti caſu appellatio ſit nulla, & comiſsio cauſę appellationis non teneat, non fuit radicata iuriſdictio in S.S. C. & ita nō potuit cognoſcere de meritis cauſæ: quamuis vtraque pars de cauſa principali diſputauerit. Ita dicit Felin. in cap. inter Monaſterium, num. 23. ad fin. verſic. Tempera tertio, extra de ſentent. & re iudic. his verbis: *Tempera tertio dummodo iudex, coram quo fit hæc noua diſputatio ſit aditus per viā aptam ad faciendum eum idoneum cognitorem: alias non.* Et quamuis pars non oppoſuerit hanc exceptionem rei iudicatæ, ex qua reſultat defectus cōmiſsionis cauſæ appellationis, & iuriſdictionis iudicis ad quem; poteſt dictus iudex ad quem hanc nullitatem ſupplere: nam, & recte dicit Vant. in tractat. de nullit. titul. quis poſsit dicere de nullit. n. 10. quando
17 nullitas ex facie actus reſultat, iudex ne ſe fundet in actu nullo, poteſt, & debet ex proprio officio ſupplere, vt voluit Card. in Cle. 1 q. 19. de re iud: Alex. conſ. 227. pōderatis, col. 1. verſi. 3. lib. 6. Anchar. conſ 9. viſo. colu. 3. verſic. Contrarium credo, & nouiſsime, pluribus relatis Moſcatell. in praxi ciuili. part. 1. gloſ. in verbo, nulli-

nullitas, num. 10. ad fin. & 11.

Nec obſtat: quod parte non opponente exceptionẽ rei iudicatæ, de meritis cauſæ principalis tractante, iudex poteſt, & de eis cognoſcere; hoc enim procedit, quando iudex
18 habet iuriſdictionem, veluti quando per appellationem, & legitimam commiſsionem, iuriſdictio eſt fundata penes iudicem ad quem, iuxta ea, quæ ſupra deduxi. Et in his terminis procedit: quod fuit deliberatũ in hoc S.S.R.C. ſupra in deciſ. 26. in cauſa Domnæ Vincentiæ Ayerdi, & de Centelles: nam ibi per ſuplicationem ab ea interpoſitam à Regia ſententia, lata in Regia Audientia Valentina, fuerat cauſa deuoluta ad S. C. in quo, per eã fuerat introducta, & ſic radicata in eodẽ Conſilio iuriſdictio, prorrogari ex tacito cõſenſu partium ad cognoſcendũ de his, quæ erãt deciſa in capite, in quo ſententia tranſierat in rem iudicatam: ſecus tamẽ eſt in caſu noſtro, in quo nulla fuit fundata iuriſdictio ex defectu appellationis, & quia introductio fuit nulla: & ita de meritis cauſæ cognoſci non poteſt. Et ex his patet ſolutio ad cõtraria, ex quibus, in hac cauſa fuit lata ſententia, referente. D. Reg. Don Franciſco Vico, declarando: ſententiam latam, per gerentem Vices Generalis Gubernatoris in inſula Minoricenſi, contradictum Bartholomæum Segui, tranſitum feciſſe in rem iudicatam, & vt talem exequendam fore, remittendo illius executionẽ iudici a quo. Et ita fuit pronunciatum, ſententia publicata per Ioannem Hieronymũ Ricarte, Regij mandati ſcribam, in locum Ioannis Boer, Regij mãdati, & dictæ cauſæ ſcribæ. die decimoquarto Augusti 1629.

DECISIO XXXVI.

PActum de retrouendendo perpetuum, an præſcribatur ſpatio triginta annorum.

1 *Pactum de retrouendendo perpetuò: an præſcribitur ſpatio 30. annorum.*

2 *Pactum de retrouendendo, extante dictione (perpetuo) non præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

3 *Præſcriptio non currit, quando conuenit vt in perpetuum retroemere liceat. Et num. 62.*

4 *Præſcriptio non currit, quando in diſpoſitione ponitur verbum, quandocumq; vel verbum, perpetuo. Et num. 5.*

6 *Præſcriptio non currit cum mala fide. Et num. 66.*

7 *Præſcriptio non habet locum, ſi venditor decipitur.*

8 *Pactum de retrouendendo, fauorabile cenſetur; quia res reuertitur ad ſuam naturam, id eſt, ad dominum, qui rem vendidit.*

9 *Purgatio moræ non admittitur, quando loco pœnæ, res, quæ prius mea erat, ad me reuertitur.*

10 *Iuri offerendi nullo tempore præſcribitur. Et num. 15. 16. 78.*

11 *Iuri luendi pignus, nullo tempore præſcribitur.*

12 *Creditor pignoris, non ſibi poſsidet; ſed debitori.*

13 *Mens contrahentium, in contractibus potius, quam verba, conſiderari debet.*

14 *Ea, quæ ſunt facultatis, nunquam, præſcribuntur. Et numer. 81. 84.*

17 *Obligatio, & actio, ex conuentione partium, poſſunt extendi in infinitum. Et numer. 92.*

18 *Præſcriptio triginta annorum, ſi procederet in pacto de retrouendendo perpetuo: verba (perpetuo) vel ab carta de gratia perpetua, nihil operaretur. Et num. 97.*

19 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, liberatur lata ſententia; ſi autem promittat ſiſtere quandocumque, tenet etiam poſt ſententiam.*

20 *Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum, non habet locum vbi adeſt conuentio partium.*

21 *Decretum iudicis non valet, ſi cauſa, quæ ipſi fuit propoſita, non fuerit ſequuta: dicetur enim ei obreptum; ceſſat tamen in caſu noſtro. num. 99.*

22 *Decretum obreptitium non valet.*

23 *Pactum de retrouendendo perpetuo, præſcribitur ſpacio triginta annorũ, & n. 60. vbi referuntur per multi Doctores.*

24 *Actio perſonalis, vel præſcriptis verbis, oritur ex pacto de retrouendẽdo, quæ dicitur perpetua.*

25 *Actio perſonalis, licet perpetua, præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

26 *Verba perpetuo, vel ab carta de gracia perpetua, intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam materiam, id eſt, per 30. annos continuos. Et num. 27. & 36.*

28 *Ex communicatio dicitur perpetua, id eſt, quouſque pœniteat.*

29 *Verba, ſemper, & quandocũque reſtringitur a lege ad triginta annos. Et nu. 37. & 63. & 64.*

30 *Partes indubio videntur, voluiſſe contrahere ſecundum legis diſpoſitionem. Et num. 65. & num. 80.*

31 *Verba ſemper, vel quandocumque, in materia præſcriptionis, non inducunt infinitatem: quidquid ſit in alijs caſibus.*

32 *Contrahentes, non creditur, voluiſſe per verbum, quandocumque totam præſcriptionis obſeruantiam, & ſubtilitatem excludere.*

33 *Statutum, ſi diſponat: quod nulla poſſit opponi præſcriptio debet reſtringi de præſcriptione minoris temporis triginta annorum.*

34 *Dotis cauſa perpetua eſt, & perpetuo priuilegiata.*

35 *Actioni dotis præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

38 *Eccleſia ſemper debet illæſa ſeruari.*

39 *Eccleſia, poſt quadrienium non reſtitur.*

40 *Ruſticitati, eſt legibus Conſultum.*

41 *Ruſticitati, in multis caſibus, non ſubuenitur.*

42 *Infinitas eſt euitanda.*

43 *Pactum de retrouendendo, licet habeat dictionem, perpetuo, non eſt intelligendam infinitum: ſed tantum ad triginta annos, quod eſt longiſſimum tempus.*

44 *Spoliatus eſt reſtituendus ad ſuam poſſeſſionem, quacumque conditione tẽporis non obſtante.*

45 *Spoliatus, ſpatio triginta annorum excluditur.*

46 *Præſcriptiones ordinariæ, propter vtilitatem publicam ſecundariam introductæ ſunt.*

47 *Ius publicum, priuatorum pacto tolli nequit. Et num. 53.*

48 *Præſcriptioni ordinariæ renuntiari non poteſt.*

Præſ.

49 *Præſcriptioni triginta annorum renuntiari non poteſt, quia eſt introducta ob publicam vtilitatem: vt ſit litium finis.*

50 *Præſcriptio triginta annorum eſt in odiũ negligentis inducta.*

51 *Iuri in odium introducto, renuntiari nequit.*

52 *Præſcriptio triginta annorum, fauore publico introducta eſt, ne dominia tanto tempore ſtent in incerto.*

53 *Pactum de retrouendendo perpetuo, habet in ſe tacitam conditionem, ſi venditor pretium reſtituerit intra triginta annos.*

54 *Promiſsio, in pacto de retrouendendo, ab emptore facta, eſt conditionalis, ſi intra triginta annos ei fuerit ſolutum pretium.*

55 *Conditione non adimpleta, actio non quæritur.*

56 *Repudiatione ſequuta, perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet ius quæſitum.*

57 *Quod ademptum eſt, id, nec datum quidem intelligitur.*

58 *Contrahentes, præſumuntur contraxiſſe ſalua præſcriptione.*

59 *Contrahentes præſumitur, non ignorare leges, diſponentes; omnem actionem; præſcriptione 30. annorũ tolli. Et n.75*

60 *Reſtitutio in integrum in Regno Valentiæ, non datur, contra præſcriptionem 30. annorum, quæ currit contra maiorem 20. annorum.*

61 *Pactum de retrouendendo perpetuo, non præſcribitur ſpatio triginta annorum, ſi interueniat iuramentum.*

62 *Mala fides, licet impediat præſcriptionẽ ad adquirendum dominium; non tamẽ impedit ad confirmationem dominij acquiſiti;*

68 *Emptor, dicitur bonæ fidei poſſeſſor; quia nunquam fuit interpellatus.*

69 *Præſcriptio currit, quando quis non tenetur ſatisfacere abſque interpellatione*

70 *Emptor rei, cum pacto de retrouendendo non tenetur dare, vel facere cum effectu, ante implementum.*

7 *Debitor propriè non eſt, qui poteſt ſe exceptione tueri.*

72 *Emptor, cum pacto de retrouendendo, nũquam fuit in mala fide; quia nunquam venditor declarauit velle recuperare rem venditam. Et num. 74.*

73 *Hæres rectè præſcribit aduerſus legatarium, ante acceptationem.*

76 *Pactum, quantumuis fauorabile, non debet fieri pro eo interpretatio, vbi lex reſiſtit propter bonum publicum.*

77 *Lex pœnalis, & odioſa, licet extra ſignificatum proprium nullatenus extendatur, tamen quando in fauorem publicum tendit, extenſio admittitur.*

79 *Ius offerendi quo modo intelligatur.*

82 *Facultati præſcribitur quando procedit ex aliquo contractu, & ex actione inde orta; quia ſicut præſcribitur actioni ſpacio triginta annorum, ita conſequenter, facultati aliquid faciẽdi. Et num. 91.*

83 *Facultas reſtituendi pretium emptori, oritur ex contractu, & dicitur ſequela actionis ortæ ex dicto contractu.*

85 *Facultas, ſi alicui competit per modum iuris, præſcribitur.*

86 *Facultas adeundi præſcribitur.*

87 *Facultas offerendi pretium, & redimendi, in pacto de retrouendendo, dicitur competere per modum iuris.*

Digitized by Google

88 *Conditio videtur ad impleta, quando eſt in poteſtate venditoris facere, quod oriatur actio, offerendo, vel ſoluendo.*

89 *Qui poteſt facere, vt poſsit conditioni parere, iam poſſe videtur.*

90 *Ius offerendi pecuniam, poſt tolli præſcriptione.*

93 *Infinitas toleratur, quando verba videntur apta, ad infinitatem.*

94 *Infinitas temporis, non eſt toleranda, quando agitur de obligatione ſeruanda, & actor ius ſuum neglexit.*

95 *Infinitas toleratur, quando agitur de infinitate numeri.*

96 *Expreſsio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur.*

98 *Conuentionis, verbum, multoties, non ſumitur pro pacto: ſed pro conuentione iudiciali.*

100 *Facultati luendi pignus creditori, non præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

102 *Pactum de retrouendendo perpetuo, præſcribitur triginta annis, vbi talis præſcriptio, bona fide perfecta fuit.*

NObilis Domna Margarita Gari, vxor quę fuit in primis nuptijs Don Caroli Sanz, & in ſecundis, Don Franciſci Bou, inſtrumento, recepto per Ioannem Guardiola Notarium, die 7. Martij 1580. vti curatrix Domnæ Annæ Mariæ Sanz, eius filiæ, nec non filiæ, & hæredis dicti Don Caroli Sanz, Domini oppidi, ſiue loci de Annahuir (præcedente decreto gerentis vices generalis Gubernatoris in Regno Valentiæ) dicto curatorio nomine, ſibi metipſi nomine proprio vendidit, & in ſolutum dedit dictum locum de Annahuir, pretio duodecim mille, & centum librarum, monetæ Vallentinæ, cum pacto de retrouēdēdo, ſeu (vt vulgo dicitur) cum perpetua carta de gratia pacto adiecto, quod ratione melioramētorum, nō poſſet conſequi; dicta Domna Margarita Gari vltra triginta mille ſolidos, ſiue quindecim mille argēteos caſtellanos, caſu, quo virtute pacti de retrouendendo ad venditorem dictus locus reuerteretur; quamuis maiorem quantitatem expendiſſet emptrix in dictis melioramentis. Tranſactis quadraginta tribus annis Franciſcus Pardo Miles, vti ſucceſſor, iure fideicommiſsi, in bonis dicti Don Caroli Sanz fecit intimare, Domnę Angelę Bou & de Leo nurui meæ, filię dictæ Domnæ Margaritæ Gari, dictum locum de Annahuir poſsidenti, quandam ſupplicationem per eum oblatam in Regia Audiencia, prætendēdo, ex eo, quod fuerat reſeruata facultas recuperandi dictum oppidū, ſiue locum, pro eodem pretio, cum carta de gratia perpetua, poſſe vti eadem facultate, & dictum locum, ſiue oppidum, oblato eodem pretio recuperare. Cōtra quam petitionem fuit oppoſita exceptio, pręſcriptionis longiſsimi temporis 30. vel 40. annorum: ſi eſſemus in Regno Aragoniæ hęc exceptio locum non haberet, iuxta ea quę ſcribit Dominus Regens Sentis ſenior in ſuo Repertorio manuſcripto fol. 187. pag. 1. ad medium, his verbis. ¶ Pactum de retrouendendo, factam etiam ſine verbo, quandocumq;

documque vel ſemper, eo ſolum, quod ſit ſimplex, ſine aliquo tempore nunquam præſcribitur in Aragonia. Et ita vidi, quod reſoluebant Aduocati Regis Cęſaraugustæ, in cauſa de Ayerbe, dicentes: hoc eſſe per forum dicentem, in Aragonia eſſe ſtandum cartę. Et quod ita fuit obtentum in contradictorio iudicio, & tunc eſſe morem vſitatiſsimum: & in dicta cauſa erant lapſi ducentum anni, & non timebatur pręſcriptio. Et poſtea ita fuit iudicatum in Curia Iuſtitiæ Aragonum, in anno 1567. in dicta cauſa de Ayerbe. Et ita, etiam vidi declaratum in hoc ſupremo Conſil. Aragonum pro nobili Ioanne de Palafoix, contra nobilem Hieronymam de Palafoix, ſuper Baronia de Calp: quia pactum de retrouendendo fuit factum in Aragonia, licèt Baronię lis ſuper redemptione eius, fuerit in Regno Valentiæ, & agebatur de præſcriptione triginta annorum extra Aragoniam.

1 Sed quia hæc quęſtio ventilata fuit in Regia Audientia Regni Valentiæ, vbi non extat lex illius Regni, aliquid de hoc diſponens, videndum eſt, in terminis Iuris Cæſarei, quæ nam ſit magis vera, & cõmunis opinio. De ea loquens Gaſpar. Anton. Theſaur. quęſt. forenſ. lib. 2. quęſt. 72. num. 2. pag. 143. ita ait: ¶ Et hoc eſt pulchrum & ſubtile dubium, dicit Gomez. lib. 2. varia. reſolut. cap. 2. num. 2. & 8. Et iſtam quęſtionem egere Cæſarea deciſione, dicit Borgnin. deciſ. 16. num. 1. pag. 2. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num. 69. & ſequentib. illam examinãdo dicit vtilem & frequentem, & aſſerit; non tamẽ bene à Doctoribus ennucleatam. Et quod extante dictione, *perpetuo*, non pręſcribatur pacto de retrouendendo, pręſcriptione 30. annorum, tenuerunt multi, relati per Ioannem Ficardum in ſuis communibus opinionibus, verbo, pacto de retrouendendo, in 2. tom. com impreſsionis Lugduni Anni 1581. fol. 157. his verbis. ¶ Contrariam vero

2 opinionem antiqui Doctores, fere omnes tenuere: nempè Rogerius in Dialog. de præſcript. Mart. Vinc. Iacob. de Rauena, Petr. Cin. & plerique moderni ſuo tempore, vt ipſe Cinus commemorat. in l. cum notiſſimi, §. ſed cum illud, alias eodem iure, de præſcript. 30. vel 40. annorum. Et Bald. conſil. 341. ſuper eo, quod quæritur, volum. 1. Hanc partem tenere, allegantur Guido de Suz. Guil. de Cugno. in l. ſi rem, §. omnis, ff. de pignor. Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in cap. quoniã frequenter, vt lite non conteſtata. Eos ſequitur Abbas Panormit. eandem tenet Aluarotus in tit. de feudo dato in vim legis commiſ. in vſibus fœudorum. Bar. Salicet. in d. §. eodem iure, Paul. Caſtrenſ. in l. pignori, & l. nec creditores, ff. de pignorat. act. pract. Papien. in forma reſponſ. rei conuen. in verſi. Preſcriptio, poſt num. 25. Ex recentioribus autem Ludou. Gomez. in §. item Seruiana, num. 38. inſtitu. de acti. Vldar. Zaz. ſibi cõtrarius in §. actionum, verſic. Et quia dici debi-

Y 4 torem,

torem, &c. eodem titul. pro vt ecs
refert Didac. in dict. cap. 9. Fabian.
à Sancto Sabino in tract. de empt.
III. quæſt. 7. quæſtion. princip. Bar-
bac. conſil. 51. num. 9. volum. 1 Pa-
riſienſ. conſil. 92. num. 28. volum.
3. & rurſus conſil. 22. in vltim. dub.
vol. 4. Ioann. Crot. in l. nemo po-
teſt, verſi. Vltimo nota, de legat. 1.
Paul. Pariſ. conſil. 92. num. 28. vo-
lum. 3. vbi in fine concludendo di-
cit: quod hęc opinio ſit in iure veriſ
ſima, & optima, & concludentibus
rationibus fundata: ideoque ſequē-
da in conſulendo, & iudicando: cū
eā ſuadeat etiam fauor animæ, quæ
cunctis rebus ſit præferenda. Petrus
Gerard. ſingular. 18. Igneus in l. in
cognitione, num. 76. ff. ad Sylla-
nianum. Alciat. in rubr. de præſcrip.
num. 64. Barthol. Caſaneus ſuper
conſuetud. Burg. rubr. 5. §. 1. & ple
nius conſil. 11. per totum. Et ipſe-
met Didacus in dict. cap. 9. hanc
poſteriorem retinet, fortiterque de-
fendit. Quā nouiſsime ſequutus eſt
etiam Ioannes Franciſcus Zoane. in
dict. l. 2. num. 36. Denique eandem
vtpote iuri, & rationi, & æquitati
magis conſonam, non attenta com
muni opinione, & in iudicando ſe-
qui ſolet ampliſsimus Senatus iudi-
cij Cameræ Imperialis, vt teſtatur
Minſiger. obſeruat. 16. centur. 1. &
obſeruat. 4. centur. 4. ſecundum
primam edition. Itaque, totam hanc
cōtrouerſiam apud nos Germanos,
in Imperio de inceps ſopitam fore
ſpero, conflictentur porrò ſuper il-
la qui volēt. Hactenus Ioannes Fi-
cardus. Bernard. Gravzius, practic.
concluſ. lib. 2. concl. 18. conſiderat.
1. ita ait: Nec minoris, inter pragr
maticos controuerſiæ: an pacto de
retrouendendo præſcribatur: nam,
& ſuper huius quæſtionis reſolutio-
ne in contrarias itum eſt ſententias.
Negantium (vltra D. Gaill.) pro-
pugnatores ſunt, ex recentioribus
Minſinger. qui explicitè comprobat
& in ſummo Imperiali iudicio, ſic
decidi aſſeueranter prodidit, obſer.
16. cent. 1. & obſeru. 70. cent. 1. idem
Minſig. reſp. 2. ſub. n. 128. verſi. Quia
etiam pacto retrouendendi, vbi etiā
ſubdit, ex Caſane. in Parlamento
Burgūdiæ iudicatum extitiſſe, deciſ.
13. Fichard. conſil. 42. num. 2. vbi
veriorem, & æquiorem eſſe reſpon-
dit, lib. 2. Sichard. conſil. feud. 6.
num. 49. vbi veriorem eſſe laudat.
Barch. item. de vſur. cap. 6. num.
18. qui & ipſe veriorem arbitratur,
& conſtitu. Saxo. approbatam ibi-
dem ad finē, refert Angel. Mathæa-
tius de fideicommiſ. lib. 4. cap. 2. vbi
latiſsime à num. 12. hanc quæſtionē
per tractat. & num. fin. dicit verio-
rem eſſe ſententiam: pacto tolli pręſ
criptionem iuris recuperandi rem
iudicatam, licèt nu. 12. fateatur diu
floruiſſe & adhuc vigere communē
opinionem in contrarium.

Eādem opinionem tenuit Fabia.
de Monte in tract. de emptio. & vē
dit. in 7. quæſt. princip. num. 4. cum
ſequentib. tom. 6. tract. nouiſsimæ
part. 2. fol. 63. pag. 2. Pariſ. conſil.
52. num. 28. Crot. in l. nemo poteſt,
verſic. Vltimo nota, de legat. 1. Ia-
cob. Cancer. lib. 1. variar. cap. 13. de
empt. & vendit. num. 18. vbi fatēdo
prio-

priorem opinionem eſſe communẽ, ait: hanc poſteriorem eſſe veriorem, & vti talem, teſtatur Regiam Audientiam Cathaloniæ eam amplecti Anton. Gom. tom. 2. variar. cap. 2. de emption. & vendit. num. 28. poſt medium, verſic. Sed his non obſtãtibus, Decian. reſponſ. 26. num. 11. vbi in fine hanc dicit eſſe magis receptam. Ceuall. practic. quæſtio. cõmun. contra commun. quæſt. 207. vbi refert Doctores vtriuſque partis & hanc ſequitur num. 14. & 33.

3 Et pro hac ſententia facit primo: quia vbi conuenit, vt in perpetuum retroemere liceat, non currit præſcriptio, l. quod ſi nolit 31. §. ſi quid ita venierit, ff. de ædilit. edict. ibi: *Si quid ita venierit, vt niſi placuerit intra præfinitum tempus, redhibeatur, ea conuentio rata habeatur, ſi autem de tẽpore nihil conuenerit, in factum actio, intra ſexaginta dies vtiles, accomodatur emptori ad redhibendum, vltra non: ſi vero conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, putô hanc conuentionem valere.*

4 Et ibi Bald. in lect. antiq. dicit hæc verba. *Vbi in diſpoſitione apponitur verbum, quandocumque, vel verbum, perpetuo, nunquam currit præſcriptio ſtatutaria, vel legalis.* Cum igitur in caſu noſtro, ſint adiecta illa verba, carta de gracia perpetua, non poteſt allegari præſcriptio.

5 Secundo facit text. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. cuius verba ſunt: *Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt, vt ſiue ipſi, ſiue hæredes eorum emptori pretium, quandocumque, vel intra certa tempora obtuliſſent, reſtueretur, teque parato ſatisfacere conditioni dictæ, hæres emptoris non paret, vt contractus fides ſeruetur, actio præſcriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quantitatẽ, ex eo fundo, ad aduerſarium peruenerunt.*

6 Tertio facit: quia cum mala fide nunquam currit præſcriptio, cap. fin. extra de præſcriptionib. ſed emptor, qui promiſit rem perpetuo retrouẽdere, quandocumque venditor, vel eius ſucceſſor, eandem rem emere voluerit, idem pretium reſtituendo, eſt in mala fide, cum ſciat, ſe obligatum ad reſtituendum rem emptã, accepto pretio: ergo præſcribere nõ poteſt etiam lõgiſsimo tempore 30 vel 40. annorum.

7 Quarto: quia ſi præſcriptio locum haberet, deciperetur venditor, qui abſque dicta facultate recuperandi rem, perpetuo, ſiue carta gratiæ perpetua, non vendidiſſet, quod permittendum non eſt, l. 1. §. magiſtrum 2 in verſi. Omnia, ff. de exercit. act. ibi, alioquin contrahentes deciperentur.

8 Quinto: quia pactum de retrouendendo fauorabile cẽſetur, ex quo res reuertitur ad ſuã naturam, id eſt ad priorem dominum, qui rem vendidit, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. ergo per interpretationem iuuandum. Facit quod cõſuluit Fulgoſ. conſil. 179. ad fin. ſecundæ column. quod quando loco

9 pœnę, res, quę prius mea erat ad me reuertitur, tunc etiam, de ęquitate canonica, non admittitur purgatio morę, quę in alijs pœnis admitteretur, iuxta notata per Alexand. & alios

alios in l. ſi quis maior, C. de tran-
ſactionib.
10 Sexto: quia iſtud eſt ius quoddam
offerendi, cui nullo tempore præſ-
cribitur, vt poſt gloſſ. in l. cum no-
tiſsimi, §. ſed cum illud, C. de præſ-
cript. 30. vel 40. annor. Tenent mul
ti relati per Decian. conſil. 13. num.
47. volum. 2. vbi ait: hoc ius tuen-
di pignus, eſſe facultatis, & tempo
11 re præſcribi: fuit deciſum in Senatu
Sabaudiæ, teſte Anton. Fabro in ſuo
Cod. Fabrian. lib. 7. titul. 13. de præſ
cript. 30. vel. 40. annor. diffinit. 7.
pag. 273. Qui huius rei duplicem ra
tionem reddit vnam: quia creditor
12 non ſibi poſsidet, ſed debitori, l. pig-
nori 13. ff. de vſucap. alteram: quia
in mera facultate debitoris conſiſtit
offerre creditori, ad tuẽdum pignus
potius, quam in iure.
13 Septimo: quia in contractibus,
mens contrahentium potius, quam
verba, conſiderari debet. l. ita ſtipu
latus, la grande, verſic. Sabinus au-
tem, ff. de verbor. obligat. l. in ven
ditione, cum gloſſ. ff. commun. præ
dior. l. fin. ff. quæ res pignori oblig.
poſſ. Sed mens contrahentium, ap-
ponendo pactum de retrouenden-
do perpetuo eſt, vt ſine præfinitione
temporis venditor, oblato pretio,
rem venditam recuperare poſsi: er-
go non poteſt contra eum allegari
præſcriptio 30. annorum. Qua ra-
tione motus fuit Cancer. lib. 1. var.
cap. 13. de emption. & vendit. num.
18. in fine, ad tenendum: han opinio
nem, iuxta quam dicit, vti veriorem
in Regia Audientia Cathaloniæ fuiſ
ſe iudicatum.

14 Octauo: quia ea, quæ ſunt facul-
tatis nunquam præſcribuntur, l. viã
publicam, ff. de via publica, ibi: *Viã*
publicam populus, non vtendo, amittere
non poteſt. Et ibi Bart. reddit rationẽ;
quod ire per viam publicam, faculta
tis noſtræ eſt. Hinc ſcribunt Abb. in
cap. inter cætera, ad finem, de reſ-
cript. & Card. conſil. 38. colum. 1.
verſic. Secundo quia: quod in his,
quæ ſunt facultatis, ex longa obſer-
uantia, non introducitur conſuetu-
do, vel præſcriptio. Corroboratur
ſupradicta ratio, per Caſſaneum cõ-
ſil. 11. num. 16. & 17. vbi allegat do-
ctrinam Paul. Caſtrenſ. in l. pigno
15 ri, num. 2. ff. de vſucap. dicentis:
ius offerendi, quod competit pro ac
tione, non dum nata, ſed vt faciat
eam naſci, dici potius, quandam fa
cultatem, & non ius, & ita non præſ
cribi: quia actio, ante oblatum pre-
tium non erat nata. & idem do-
cuit Bart. in l. pignori 13. ff. de vſu-
16 cap. his verbis: *Quandoque ius offeren*
di, eſt ſequela actionis competituræ, vt
in caſu propoſito: quia pignoratitia non cõ
petit, niſi ſoluam, & tunc ſolum ius of
ferendi non præſcribitur.
Nono: quia ex conuentione par
17 tium, obligatio, & actio, poteſt ex-
tendi in infinitum, l. ſi ita ſtipulatus
à Seyo 55. ff. de fideiuſſor. & ibi no-
tat Bart. ſed in noſtro caſu illa ver-
ba, ab carta de gracia perpetua: ſunt
apta ad infinitatẽ; ergo per tempus
infinitum, cenſetur conceſſa facul-
tas recuperandi rem venditam pro
eodem pretio.
18 Decimo: nam ſi per præſcriptio-
nem 30. annorum, venditor eſſet ex
clulus

Digitized by Google

cluſus à facultate recuperandi rem
venditam, pro eodem pretio, illa
verba: ab carta de gracia perpetua,
nihil operarentur: cum etiam ſine il-
lo verbo perpetua huic pacto non
præſcribetur, niſi per ſpacium 30.
annorum, prout multis probat Ti-
raquell. de retract. conuent. §. 1. gl.
2. à num. 1. hinc. dicit Bartol. in l. ſi
quis reum, §. 2. ff. de cuſto. reor.
19 quod ſimplex fideiuſſor, de iudicio
ſiſti, liberatur lata ſententia, & preſ-
cribitur actioni contra eum, dicto tẽ
pore, tamen ſi promittat, quando-
cumque ſiſtere, tenetur etiam poſt
ſententiam, & ſic impeditur dicta
præſcriptio, vt verbum illud, quan-
documque aliquid operetur. Bartol.
ſequitur Roman. in l. Græce, §. &
poſt litem, ff. de fideiuſſ. Alexand.
in l. ſi finita in princip. ff. de damn.
infect. & Marſil. in rubr. de fideiuſ.
num. 140.

20 Vndecimo: vbi adeſt conuentio
partium, non habet locum preſcrip
tio triginti, vel quadraginti annor:
l. cum notiſsimi, §. quam ob rem,
C. de præſcript. 30. vel 40. annor.
cuius verba ſunt: *Quam ob rem, iube-
mus hypothecarum perſecutionem, quæ re
rum mouetur gratia, vel apud debitores
conſiſtentium, vel apud debitorum hære-
des, non vltra quadraginta annos, ex quo
competere cæpit prorrogari, niſi conuen-
tio, aut ætas (ſicut dictum eſt) interceſ-
ſerit.* Sed in caſu noſtro interceſsit
conuentio in pacto de retrouenden
do, quod perpetuo poſsit pro eodẽ
pretio, dictum locum de Annahuir
recuperari: ergò non obſtat præſ-
criptio.

21 Duodecimo: in caſu noſtro, & quod
ad vendendum, ſiue inſolutum do-
tis, dandum dictum opidum, ſiue
locum de Annahuir, quia erat Dõ-
næ Annæ, minoris ętate, præceſsit
decretum Prætoris, cui fuit expoſi-
tum: dictam venditionem, ſiue in-
ſolutum dationem, fieri cum pacto
de retrouendendo perpetuo: & ita
licere minori, quandocumque pre-
tio oblato, illum recuperare. Et hac
ratione, inter alias, motus prætor
conceſsit facultatem dictæ Domnæ
Margaritæ, curatrici, ſibi met ipſi,
in ſolutum dare dictum oppidum.
Et ſi hæc cauſa non eſſet iuſtificata:
quia minori non liceret, poſt 30. an-
nos, dictũ decretũ non valeret: eſſet
enim obreptũ iudici, ſi cauſa obreptũ
vera, quæ fuit propoſita iudici, pro
qua decretum fuit interpoſitum, nõ
fuit ſequuta. Ita Corn. conſil. 207.
22 num. 3. lib. 3. Tuſch. in practic. con
cluſ. verbo, decretum, concluſ. 125.
num. 2. pag. 425. & decretum ob-
reptitium non valet, l. magis putò,
§. penult. ff. de reb. eor. ibi: *Manet
actio pupillo, ſi poſtea poterit probari, ob
reptum eſſe Prætori.*

23 Sed his non obſtantibus: contra
ria eſt vera, & magis communis opi
nio, quam fere omnibus ſupradi-
ctis contrarijs argumentis relatis ſe-
quitur, & bene confirmat Cagnol.
in l. 1. C. de pact. inter empt. & vẽ-
dit. num. 73. cum ſequentibus, vſq;
ad num 85. incluſiue, & probat ex
ſequentibus.

24 Primò: nam ex pacto de retro-
uendendo oritur actio perſonalis,
præſcriptis verbis, vel ex vendito, l.

2.C.

2. C. de pact. interempt. & vend. & conſequenter dicitur perpetua,inſtit. de perpet. & temp. action. &
25 ibi notat gloſſ. & DD. atqui actio perſonalis, quamuis perpetua,præſcribitur ſpatio triginta annorum, l. ſicut in §. fin. C. de præſcrir. 30. vel 40. annorum, ibi: *Hæ autem actiones, annis triginta continuis extinguntur, quæ perpetuæ videbantur.* Ergo ſpatio 30.annorum ſublata eſt hæc actio,& ius redimendi, ſeu recuperandi.

26 Et illa verba, ab carta de gratia perpetua, intelligenda ſunt, ſecundũ ſubiectam materiam, l. ſi vno, ff.locati, alias l. ex conditio, §. Papinianus,ff. eod. & ita verbum perpetuo intelligitur, id eſt,per triginta annos continuos, ex notat. per Alexand. in l. vnica, C. quando non petent, part. & Roderic. Suar. in l. 8. titul. de las herencias, lib. 3. for. leg. no. 44. & ſeq. qui dicunt gloſ.1.in dict. l. vnic. verſic. ſin autem eſſet in poteſtate: quæ dicit:ius in miſcendi, in ſuis, durare perpetuo debere intelligi per 30. annos; quia tanto tempore durat ius.in miſcendi in ſuis.

27 Secundo: facit gloſ. in l. Prætor ait, §. hoc interdictum perpetuo,ff. de noui oper. nuntiat. vbi exponit, perpetuo, id eſt vſque ad 30.annos, inſtitut. de perpet. & tempor.act.& gloſ. etiam optima, in cap. ea enim, §. perpetua, verſic. Perpetua 10. q. 2. quæ exponit verbum, perpetua, id eſt, vſque ad 30. annos, vt inſtit. dict. titul. perpetua id eſt, quandiu viuit, vt in l. 1. ff. pro ſocio, & in c. præcariæ, eadem cauſ. & quæſt. vel perpetua, id eſt, quandiu penſio ſol

28 uitur, vt in §. adeo, inſtitut. locati, ſicut ex communicatio dicitur perpetua, id eſt quouſque pœniteat, vt in cap. quia 10. quæſt. 1. & capit. viduis 26. quæſt. 1. Ex qua gloſſ. optime conſtat: quod perpetuum dicitur ſecundum naturam actionis, ſiue actus, cui interponitur, id eſt ſecundum ſubiectum materiam, iuxta regulã, l. ſi vno, cum ſimilib. ff. locati. Et in terminis dictionis, *quan*
29 *documque*, probat, & tenet cũ Bald. & Catelli. Cota, Tiraquell. de vtroque retract. titul. 2. §. 1. gloſſ. 1. n. 9. & ibidem in numer.10.in dictione ſemper, & iſta verba ſemper, & quandocumque reſtringuntur à lege ad 30.annos,gloſ. in cap. 1.in verſic. Quandocumque, de feudo dato in vim leg. commiſſ. vbi Bald. in 5. verſic. Nota ſingulariter,& Præpoſ. colum. 1. ad med. ſub. numer. 3. Et
30 partes in dubio videntur voluiſſe cõtrahere ſecundũ legis diſpoſitionem l. quæro, §. inter locatorem, ff.loca
31 ti, l. quidam cum filium, ff. de verbor. obligat. Maximè, in materia præſcriptionis, in qua illa verba,non inducunt infinitatem, quidquid ſit in alijs caſibus. Bald. in l. 1. colum. vltim. in fin. verſic. Item nota hic, de dictione, ff. ſolut.matrim. Adquę facit text. in l. minor, §. qui ſta-
32 tu liberum, ff.de euict. vbi DD. declarant,perpetuo:id eſt ad 30.annos: quia non eſt credendum, contrahentes vtendo illo verbo, *quandocumque*, totam præſcriptionis obſeruantiam, & ſubtilitatem velle radicitus excludere, argum. text. in l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. Ideo dixit gl.

& poſt

Digitized by Google

& poſt eam Paul. in l. 1. C. de bon.
33 matern. in fin. quod ſi ſtatutum diſponat: quod nulla poſsit opponi præſcriptio, debeat reſtringi ad præſcriptionem minoris temporis, quã triginta annorum. Quod etiam tenuerunt Alexand. in cap. 1. de capit. Corrad. & ibi Afflict. num. 33. Iaſ. in l. 1. colum. penult. in princip. C. de ſeru. fugitiu. quare in hoc caſu, non poteſt colligi clara intentio contrahentium, quod voluerint iſtam præſcriptionem tollere, Alexand. cõſil. 170. viſis ſtatutis, column. 2. in princip. verſic. Nec prædictæ concluſioni, num. 5. lib. 7. Socin. iun. conſil. 145. num. 43. lib. 1. Cagnol. in l. 2. num. 80. verſic. Ad quartũ, C. de pact. inter emptio. & vendit. Roland. conſil. 21. num. 48. cum ſequentib. lib. 2.

Tertio facit ſimile de dotis cau-
34 ſa, quæ licet perpetua ſit, perpetuo quoque priuilegiata, l. 1. ff. ſolut matrimonio, ibi; dotis cauſa ſemper, &
35 vbique præcipua eſt; tamen illi actioni præſcribitur ſpacio triginta annorum, l. in rebus, §. omnis, C. de iure dot. & ibi notant DD. Accedit, quod notat Camil. Viſitar. in l. 1. n. 92. ff. ſolut. matrimon. quem refert, & ſequitur Roland. à Valle, conſil. 21. num. 31. lib. 2. vbi dicit: quod
36 verbum, *perpetuo*, quo ad effectum agẽdi reſpicit dumtaxat tempus triginta annorum, & quod dictũ verbum in materia præſcriptionis, intelligitur de triginta annis, & ſubdit; quod in dubio, lex per dicta verba,
37 *perpetuos*, & *omni tempore*, non videtur tollere præſcriptionem triginta ann. quia illa verba recipiunt interpretationem ab alia lege, & ſic intelligitur vſque ad triginta annos. Ita
38 ad propoſitum arguit Tiraquell. in tract. de retract. §. à tel. temps, nu. 10. vbi affert duos text. nempè cap. 1. de reſtitut. in integr. & cap. 1. eod. titul. in 6. In priori ſcribitur: Eccleſiam ſemper debere illæſam ſeruari, ex quo aliqui exiſtimabant: etiam poſt quadrienium eſſe reſtituẽdam;
39 & tamẽ contrarium deciditur in poſteriori loco. allegat etiam text. in l.
40 fin. C. de teſtam. vbi in princip. ſcribitur: ſemper ruſticitati fuiſſe legibus Conſultum: & tamen certum
41 eſt iiſdem non ſubueniri in multis caſibus, collectis à gloſſ. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Si ergo dictio, ſemper, & perpetuo, non excludũt præſcriptionem, non eſt ſublata in iſto caſu.

42 Quarto: & principaliter hæc opinio in eo fundatur, quod infinitas eſt euitanda, l. qui bona, §. fin. ff. de damn. infect. ibi: *Neque enim in infinitum obligatus eſſe debet ſtipulatione.* Et ibi gloſſ. in verbo, debet, cap. cũ
43 in multis, de reſcript. lib. 6 ergo quãuis in pacto de retrouendendo, ſit adiecta dictio perpetuo, non intelligitur in infinitum; ſed tantum vſque ad triginta annos, quod eſt longiſsimum tempus.

44 Quinto facit: textus in cap. reintegranda 3. quia vbi ſpoliatus eſt reſtituendus ad ſuam poſſeſsionem, quacumque conditione temporis non obſtante; & tamen recepta eſt
45 DD. ſententia: hunc ſpoliatum ſpatio triginta annorum excludi, prout de

Digitized by Google

de cōmmuni ſententia teſtatur Menoch. de recuperand. poſſeſſ. rem. 15. numer. 418. & 422. & ita arguit conſil. 143. num. 11. lib. 2. ergo idē dicendum eſt in noſtro caſu.

Sexto: vt inquit Hieronym. Gabriel conſil. 144. num. 11. in fin. cū ſequentibus, volum. 2. deficit poteſtas tollendi præſcriptionem, in eo, qui ponit pactum de retrouendendo: quia cum omnes præſcriptiones
46 ordinariæ, propter vtilitatem publicam ſecundariam introductæ ſunt. l. 1. de vſucap. quod ius, pacto priuatorum tolli nequit, l. ius publicū,
47 vbi Bald. & Paul. de pact. l. de die, l. Attilianus, de pact. dotal. receptius eſt: nulli ordinariæ præſcriptio-
48 ni renuntiari poſſe. Bart. Paul. in l. 1. de vſucap. & notat Bart. in l. nemo poteſt, de legat. 1. num. 22. vbi Alexand. num. 26. Crot. 45. Balb. de præſcript. in dict. 5. part. in princip. quæſt. 6. Pariſienſ. in rubric. de præſcript. num. 23. & Bern. num. 27. & idem Hieronym. Gabr. ait illud ſine dubio eſſe receptum: præſcriptioni triginta annorum, renuntiari
49 non poſſe: quia etiam eſt introducta propter publicam vtilitatem, vt ſit litium finis, vt omnes fatentur in d.
50 l. 1. de vſucap. & dict. l. nemo. & in ſuper, eſt odio negligentis inducta: l. fin. vbi gloſſ. & DD. C. de edict. Diui Adrian. tollend. iuri autem, in
51 odium introducto, renuntiari nequit, l. tam & ſi, ad Macedon. & conſequenter huius præſcriptionis renuntiatio, duplici ratione prohibetur. & idem Gabr. num. 18. ſubiungit hanc eſſe veram, & communiter approbatam, idem ait Cagnol. in dict. l. 2. C. de pact. interempt. & vendit. num. 77. & 78. dicens: hu-
53 ius opinionis firmiſsimum eſſe fundamentum: quia præſcriptio triginta annorum, fauore publico introducta eſt; ne dominia, tanto tempore, ſtent in incerto. l. 1. ff. de vſucap. cui fauori, & iuri publico, priuatorum pactis derogari non poteſt, l. ius publicum, ff. de pact. Bart. in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. quem ſequuntur cōmuniter DD. & ibi per Alexand. Iaſ. Ruin. & alios, & ita etiam argumentatur Roland. à Valle, dict. conſil. 21. num. 36. & ſeqq. lib. 2. & Menoch. dict. conſ. 143. num. 22.

53 Septimo: Vazq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nūm. 39. ait: quod pactū de retrouendendo, habet in ſe tacitam conditionem, ſi venditor pretium reſtituerit, & licet adiecta ſit dictio, *perpetuo*, vt ſupra probaui
54 mus, intelligitur intra triginta annos & ita promiſsio, ab emptore facta, eſt conditionalis, ſi intra 30. annos ſoluerit pretium, & melioramenta, in re empta facta. Et cum conditio,
55 nunquam fuerit impleta; quia intra triginta annos venditor non ſoluit; iuxta eius opinionem, nunquam ei effectualiter fuit actio quæſita, imò videtur: quod venditor repudiauerit huiuſmodi ius conditionale, ex
56 quo intra triginta annos, nunquam obtulit pretium Et ſequuta repudiatione, perinde habetur, ac ſi nunquā fuiſſet ius quæſitum, l. ſeruum filij 44. §. 1. de legat. 1. ibi: *Si vero repudiauerit, retro videtur res repudiata fuiſſe*

ſe hæredis. l. quibus diebus, in §. quidam Tirio, ff. de condit. & demõ-
57 ſtrat. ibi: *Nam quod ademptum eſt, id nec datum quide n intelligitur*. Et hac ratione motus Vazquius inquid: quod elapſo tempore, venditor in caſu noſtro, excluditur, non quaſi illud ius ſit præſcriptum; ſed quaſi ipſe, ad illud ius nunquam fuiſſet inuitatus. Quam opinionem non approbat in eo, quod dicit, non eſſe natã actionem ante oblatum pretium, iuxta ea quæ dicam infra num. 88. cum ſequenti; bene tamen videtur, quod repudiauerauerit in effectu ius ſibi competens, virtute pacti de retro uendendo: cum intra triginta annos, a lege praſixos eo vſus non fuerit, & quod ei eſt praſcriptum, vt late ſupra probaui.

Corroborantur ſupradicta: quia dicta Domna Margarita Gari, adijciendo dictum pactum de retrouendendo, & conditionem, quòd nõ poſſet ratione melioramentorũ, conſequi maiorem quantitatem triginta mille ſolidis pro melioramentis, quæ faceret in dicto loco de Annahuir, tacite ſenſiſſe, & dixiſſe videtur, vt intra triginta annos, ſibi reſtitueretur pretium, quod ſoluit, & ſolueretur valor melioramentorũ quæ faceret in dicto loco: non enim eſt credibile, quod aliter reſtrinxiſſet valorem melioramenrorum, ad ſolos triginta mille ſolidos, ſi tranſactis triginta annis abſque vlla temporis præſcriptione, poſſet ſucceſſor dicti Don Caroli Sans, dictum locum de Annahuir recuperare, ſolutis tantum triginta milles ſolidis, pro meliorationibus: ſi enim in eodem loco fierent maiores meliorationes (prout factæ fuerunt) lapſis triginta annis, computatis a die inſolutum dationis, non eſt credendum; quod ea voluiſſet gratis donare, maxime perſonæ extraneæ, qualis eſt dictus Franciſcus Pardo, ſucceſſor dicti Don Caroli Sans, eius primi viri, vt late probat Menoch. de arbitrar. caſu 88. n. 1. cum ſeqq. Nam donare eſt perdere, & nemo præſumitur: velle iactare ſuũ. Et melioramenta facta in dicto loco excedũt ſummã ſexaginta mille ſolidorum, & ſi nõ poſſet recuperare niſi trigintamille donatio eſſet exceſsiua in fauorẽ extranei. Vnde dicendum eſt: dictam Domnam Margaritam, emptricem dicti loci de Annahuir reſtrinxiſſe valorẽ melioramentorum, ad triginta mille ſolidos, hac cognitione, quod intra triginta annos, non facere meliorationes, quæ excederent dictã ſummam; eo autem tempore lapſo, cũ iam euanuiſſet ius recuperandi rem venditam, ex non adimplemento, poterat liberè meliorare dictum locum emptum, cũ eſſet ſecura, quod poſsideret irreuocabiliter dictum locum, ab ea emptum.

58 Octauo: contrahentes præſumũtur contraxiſſe ſalua præſcriptione, nec ignorare leges, diſponentes: om-
59 nem actionem præſcriptione triginta annorum tolli. Quod maxime procedit in Regno Valentiæ, in quo contra præſcriptionem triginta annorum, quæ cucurrit contra maiorem viginti annorum, non datur in integrum reſtitutio. for. 3. de præſcrip.

cript. & in dicto Regno, actio hypothecaria præſcribitur triginta annis, foro 6. in fin. eodem tit.

1 Et hanc opinionem, quod pactũ de retrouendendo, etiam ſi dictũ ſit perpetuo, præſcribatur triginta annis, tenuerunt Bald. conſil. 303. in princip. ad euidentiam, n. 3. & 4. lib. i.

2 Angel. de Peruſ. eius frater, conſil. 55. num. 3. cui (inquit Steph. deciſ. 17. nu. 1.) ſe ſubſcripſerũt noſtri penè omnes.

3 Ancharran. conſil. 331. num. 1. verſic. Tertio aduertendum.

4 Conarru. lib. 1. variar. cap. 9. n. 6. verſic. Secundum, vbi adeſt bona fides, vt in caſu noſtro.

5 Imol. in l. cum ſtipulatus ſim à Proculo, num. 4. verſic. An autẽ, de verbor. obligat.

6 Franciſc. Aretin. in eadem lẽg. n. 4. verſic. Sed quæritur.

7 Alexand. ibidem num. 7. & conſil. 228. lib. 6. colum. fin. & conſil. 46. in 2. dub. col. 3. & conſil. 170. col. 2. vol. 7.

8 Corn. per illum text. cum gloſ. in l. 1. nume. 13. C. de bon. matern. qui dicit; hoc perpetuo memoria retinendum.

9 Franc. Balb. de præſcript. in 4. p. 5. part. princip. quæſt. 3. num. 4. in fin.

10 Socin. iun. in conſil. 145. lib. 1. vbi late.

11 Signor. conſil. 139. caſus à pretio. Morla in empor. iur. 1. part. tit. 9. quæſt. 16. num. 5. fol. 418.

12 Franciſc. Stephan. deciſ. 17. nu. 1.

13 Ioann. Faber, in l. cum notiſsimi, per illum textum, in princi. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annor.

14 Felin. in cap. cum acceſsiſſent, n. 27. verſi. Secundo declaratur, extra de conſtit. & conſil. 25. à numer. 17.

15 Iaſ. in l. petens, nu. 10. C. de pactis, & in l. ſi mater, ante fin. C. de inſtit. & ſubſtit.

16 Hieronym. Gab. conſil. 144. vol. 2. num. 6. cum ſeqq. licèt in dict. conſil. teneat: quod vbi eſt appoſitum iuramentũ, non procedit.

17 Claud. de Sayſello, in dict. l. petens, num. 6. C. de pact.

Iacob. à Sanct. Georg. ibi col. 2. verſic. Amplius dico vobis.

19 Philipp. Dec. in dict. l. petens, C. de pact. num. 6. & conſil. 164. non fuiſſet propoſiti, num. 4. verſic. Venio ad aliud dubium.

20 Ioann. Pute. in eadem l. petens char. 2.

21 Zayzel in eadem lege.

22 Maſuer: titul. de empt. & vend. §. item ſæpè in vendit.

23 Carol. Ruin. conſil. 110. colu. 3. & conſil 167. numer. 17. & ſeq. lib. 1. & conſil. 150. ex his, quæ in facto, per tot. lib. 4.

24 Thom. Parpal. in l. 2. colum. 2. ff. ſolut. matrim.

25 Afflict. in tract. de iure protomiſſeoſ. in verſic. Licet autem, ſupra, num. 20. tom. 17. trac. nouiſsimorum, fol. 11.

26 Ioann. Maria Riminald. conſil. 296. num. 3. volum. 2.

27 Cagnol. in l. 2. num. 77. 78. & ſeqq. C. de pact. int. empt. & ven.

28 Ge-

28 Gerar.à Petra,notab.18. nota diligenter.

29 Stephan.Bertran.conſil. 181. col. 2. verſic. Sed vbi,& ſeq. vſq, ad fin. lib.3.

30 Franciſc.Ripa, in repet.l vltim.in 64.quæſt. C. de reuoc.donat. & in l. nemo poteſt.num. 121. ff. de legat.1.

31 Anton Rub. conſil. 3. & conſil. 95 circa medium.

32 Rebuf. in l. 1. in 1.notab.numer. 53. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

33 Ioann.Montalon. in ſuo promptuar. vtriuſque iur. in verſi. Emere.

34 Hieronym. Schiurpero,conſ. 41. num. 8. & conſil.70.

35 Honded. conſil.139.

36 Anton. Gabr. lib. 5.commun.titul.de præſcript.concl. 6. num. 1. &2. vbi dicit commu.

37 Viui. lib. 2. commun.opin. 202.

38 Alciat. reſponſ. 403. num.3.

39 Gaſpar Theſaur.quæſt foren.lib. 2. quæſt. 72. numer. 2. in fin. vbi hanc dicit: magis commun:

40 Ioannes Botta conſil. 82. nu.53.

41 Celſus Hugo conſil. 61.nume. 4. cum ſequenti.

42 Crauet. in tract.de antiq. temp. 4. part. in ſect. circa præmiſſa, n. 35. in fin.

43 Tiraquell de retract. conuent §. 1. gloſſ.2. num. 7.

44 Camill. Viſitat. in l. 1. num. 91. ff. ſolut. matrim.

45 Ioann. Annib. in l. nemo poteſt num.357.verſi.Secundo facit lex, ff. de legat.1.

46 Crot. conſil. 61. num. 31. & 32.

47 Roman. in l. cognitione, num.1. ad Syllan.

48 Curt. iun. in l. petens, num. 14. C. de pact.

49 Bolognet. ibidem num.42.verſic. Sed magis placet.

50 Roland.à Valle conſil. 21.per totum, volum. 2. vbi late.

51 Cephal. conſil. 496. numer. 24 lib. 4.

52 Anguiſola conſil. 31. lib. 2.

53 Menoch. conſil. 143. per tot. volumin. 2. vbi latiſsime conſil.201. 606. & 962. vbi allegat 43. DD. pro hac opinione.

54 Moſsi.de contract.titul.de empt. & vendit. num. 28.

55 Stephan. Gratian. diſceptat. 2. à num. 1. lib. 1.

56 Cardin. Mantic. de tacit.& ambig. conuent.lib. 4.titul. 31.num. 22. pag 281.

57 Ioann. Gutierr. de iuram. confirmat. part. 3. cap. 1.num. 9. in fine, vbi hanc opinionem communem, & magis communem dicit.

58 Igneus, in dict. l. in cognitione, num. 75. ad fi. vbi ait: anno 1522. ita fuiſſe deciſum in Parlamento Rothomagenſi iuxta dict.Romani ſententiam.

59 Tuſchus in verbo,pactum,de retrouendendo,conſil. 31.nu. 1. vbi multos allegat, hanc dicentes: communẽ, & magis cõmunem.

60 Tiber. Decian.reſponſ.10. num, 50.verſic.Venio, cum trib.ſeq.volum. 1. & reſponſ.21.num.22.vol. 1. Plures alios allegans.

61 Vazqui. de ſucceſ.creat. lib.1.cap. 10. num. 39.
62 Barboſ. de præſcrip. ad l.cum no tiſsimi, C.de præſcrip.30.vel.40. annor. num. 83. pag. 259.
63 Alexand. Raudenſ. deciſ. Piſan. 12.num. 56. pag. 188.
64 Seraphin. deciſ. 1360. num. 11. & ſequentibus, vbi dicit, ita decciſſum in Rota Romana.
65 Domini eiuſdem Rotæ corã Cardinali Pamphil. Florent. bonor. 19. Februarij 1593.& coram Cardinali Lancelloto reatina tenutæ 13. Decemb. 1576. ſeu 3. April. 1579. prout teſtatur Gratian.dict. diſceptat. 2. num. 5.
66 Et ita etiam fuiſſe deciſſum in Senatu Pariſienſi teſtatur Tiraquel. de retract. conuent. §.1. gloſſ. 2. num. 7. prope fin.& n.31.ait cum hæc opinio arreſto,ſupremæ Curiæ fuerit approbata, ea omnino ſequenda eſt: nam, & ea quoque communior eſt, & Doctoru maioris doctrinæ,& auctoritatis.
67 Paponius lib. 2. titul. 3. de præſcript. arreſto 71. vbi aliam refert deciſionem eiuſdem.
68 Senatus Pariſienſ. de anno 1578.
69 Et Additionator. ibi, qui aliam refert de anno 1577.
70 Et etiam Senatu Sabaudiæ, ita fuiſſe deciſum dicit Anton. Faber in ſuo Codice Fabrian.lib. 7. titul. 3. de pręſcript. 30. vel. 40. annor. diffinit. 1.
71 Et in Senatu Mantuan. Surdus deciſion. 2. numer. 7. & ibi dicit, quod hęc opinio ita eſt commun. vt non ſit curandum de his qui aliam partem tenuerunt.
72 Et in Senatu ſupremo Regni Luſitaniæ Gamma deciſ. 247. n. 1. in fin. & num. 3.
73 Boer. deciſ. 182. vbi dicit: ita cõmuniter in Curijs ſeruari, & deciſio. 351. numer. 6. & in conſuetudin. Bituricen. titul. de præſcriptionib. §.1. gloſſ. 1. in fin.

61 Et hæc eſt magis communis opinio, quando non interuenit iuramẽtum. Cacheran. deciſ. 69. num. 12. ad med. licèt eo interueniente, non præſcribi dicto tempore triginta annorum fuit deciſum in 5.cap. Neapolit. vt refert Riccius in collect. ad deciſ.285. part. 2. pag. 261.

62 Nec obſtat in contrarium adducta; Non primum: quia text. in l. quod ſi nolit, in §. ſi quid ita, ff. de ædilict. edict. vbi dicitur: quod ſi conuenerit, vt iu perpetuum redhibitio fiat, valet conuentio, & ibi Bald. in lectu. antiqua, dum ait: hoc caſu, non obſtare præſcriptionem legalem, non dicunt: non obſtare præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum, imò ipſe Bald. in conſil.303. numer. 3. & 4. libr. 10. proponendo de dicto textu dicit: pręſcriptionem triginta annorum, non eſſe ſublatam, & ita quod dixerat de pręſcriptione legali, in dicto §. ſi quid ita, intellexit de pręſcriptione ordinaria decem, vel viginti annorum. Ita in proprijs terminis reſpondent Couarruu. variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. numer. 4. Cagnol. in l. 2. C. de pact. interemptor. numer. 78. Roland. à Valle, conſil. 21. numer. 46. volum. 2. Menoch. conſil.

ſil. 143. numer. 32. & ſequenti. lib.
2. Socin.iun.conſil.145.num.52.lib.1.
63 Nec obſtat l. 2.C.de pact interépt.
& vendit. Nam reſpondet Caguol.
vbi proxime, n.78.verſic. Et ſecun-
dum quod illud verbum, *quandocum
que*,intelligitur intra 30.annos.& ſic,
niſi ſit præſcriptum iſta præſcriptio-
ne longiſsimi temporis.
64 Et eodē modo reſpondet Couarr.
vbi ſup.n.4.Rolan.à Valle,d.conſil.
21.n.48.vol.2. Menoc.d. conſi. 143.
n. 34. vbi ſubiungit:hanc eſſe mentē
diſponentis,quod intelligatur dictio
65 *quandocumque*, id eſt intra 30. annos:
quia voluit ſuam voluntatem,eſſe cō
formem legi,iuxta l. hæredes mei, §.
cum ita,ff. ad Trebell.& in terminis
noſtris ita tenuit Rota Romana, vt
teſtatur Seraph. deciſ.360.num.10.
66 Ad tertium reſpondet Mantica
de tacit. & ambig.conuent.lib.4.tit.
31.n. 12. ad finē cum tribus ſeqq.his
verbis. *Neque obſtat, quod emptor ſcit:
ſe ex pacto teneri, quandocumque reſtitu
to ſibi eodem pretio, ad retrouendendum,
& mala fides impediat præſcriptionem,c.
vigilanti,& c.vlt.de præſcript.& c. Quia
67 reſpondetur primò; Quod licet mala fides
impediat præſcriptionem, ad adquirendū
dominiū; non tamen impedit ad confirma
tionē dominij,quod eſt adquiſitum, Bald.
in conſil 303.num.3 & 4.lib.1. & ſequi-
tur Rub. Alexand.conſil. 3.num. 10. &
Decian. conſil. 10. num. 64.lib. 1.*
68 *Secundo reſpondetur:quod emptor di-
citur bonæ fidei poſſeſſor: quia nunquam
69 fuit interpellatus, & quando quis non te-
netur ſatisfacere abſque interpellatione,
præſcriptio currit, Abb. in c. vltim. num.
21.de præſcript. Quæ reſponſio,licet indu
bium poſſit reuocari, quando ſola interpel
latio creditoris ſufficit ad conſtituendum
debitorem in mora; tamen quando ex par
te creditoris requiritur reale implementū,
veluti oblatio,vel datio, vt in caſu propoſi
to,hæc opinio caret dubitatione: quia emp
70 tor in hoc caſu,non tenetur dare,vel face-
re cū effectu, ante implementū,l.Iulianus,
71 §.offerri,ff.de action.empt. Et qui poteſt
ſe exceptione tueri,non eſt proprie debitor
l.debitor, ff.de verb. ſignif l. Marcellus,
ff.de regu.iur.Bart.in l 1.n.32.ff.ſi cert.
pet.& ideo,ſi non ſoluit,conſcientiā ſuam
nō lædit,ergo poteſt præſcribere:quia mor
talis culpæ reus eſſe non poteſt, Abb.in c.
vltim.num.21. de præſcrip. Ruin. conſil.
131. num. 17. lib.1.
72 Tertio etiā reſpondetur:quod emptor,
ante oblationē pretij,ſibi factā à debitore,
nō tenetur retrouendere: quia nō apparet:
venditorē velle redimere, vt poſt Anchar.
reſpondet Dec.in l.petens,n.7.C.de pact.
& Tiraq.in l.ſi vnquā,verſ. Reuertatur,
n.310.C.de reuoc.don.cū alijs.* Hactenus
Mant.vbi ſup. & Mathæaſ. de fidei-
com.lib.4.c.2.n.12.verſ. Sexto refert
emptorē nunquā fuiſſe in mala fide
eo,quod nunquam declarauit vendi
tor velle recuperare rem venditam
per ſpatium triginta annorū: & ita
per totum dictum tempus præſcrip-
tionis fuit in bona fide.
73 Facit in ſimili, quod ſcripſi deciſ.
62. num.25.lib. 1. hæredē rectè præſ
cribere aduerſus legatarium, ante ac
ceptationem,vbi allegaui Soci.Bald.
Rippam,Decium,Neguiſ.Pariſ.So-
cin. iun.relatos per Becci. conſil. 48.
Mohedan.deciſ.151.num.3.Gratian.
deciſ. 4. n. 5. verſi.Contrariū,vbi n.
10.allegat tex.in §. pro tēporali.in au

DD. quoddã eſt ius offerendi, quod cõpetit per modũ iuris, vt putã ſecũdus creditor habet ius offerẽdi, & cõfirmandi ſibi pignus, vt in l. 1. C. qui potior. in pign. habea. & hoc tollitur ſpatio 30. vel 40. annor. quoddã eſt ius offerendi, quod cõpetit per modũ facultatis, verbi gratia: debitor poteſt, quandocumq; vult offerre debitũ, & pignus luere, iſta facultas nũquã poteſt præſcribi, ſicut, nec facultas eũdi per viam publicã: cum igitur illud ius ſit ſequela actionis, procedentis à pacto de retrouendendo, & ſic in iudiciũ deducibile, præſcribitur ſpatio 30. annor. Ita reſpondet Cagn. in d l. 2. C. de pact. int. empt. n. 8. verſi. Ad ſextum, qui alios plures refert, & Menoch. conſil. 143. nume. 31. qui multis relatis bene confirmat.

80 Nec obſtat ſeptimũ: quia ibi mẽs contrahentiũ, quæ eſt legi conformis, fuit vt vltra 30. annos non poſſit intentari actio, virtute pacti de retrouẽdendo, vt probaui ſupra n. 30. & ſi hac ratione, fuit motus Regius Senatus Cathaloniæ ad ita iudicandũ, vt refert Cancer lib. 1. var. c. 13. n. 18. credendum eſt, quod ſi tũc DD. Regię Audientię, hanc ſolutionem cõſideraſſẽt, & vidiſſẽt, quæ poſtea ſcripta ſunt per grauiſſimos DD. ſupra relatos, & quod deciſum fuit in Rota Rom. in Senatib. Pariſ. Sabaudiæ, & Mantuæ, & in alijs Curijs, & quod hodie hęc eſt magis cõmunis opinio tam attẽto numero, quã auctoritate DD. contrariũ iudicaſſẽt. Nec mirãdũ eſt: viros doctos (quales eſſe ſolent Senatores dictæ Regiæ Audientiæ Cathaloniæ) ita iudicaſſe, multis annis retro: quia olim, illa opinio erat communis, vt conſtat ex ſupra relatis, in princip. nu. 1. & 2. Poſtea vero DD in iure ſcribentes, maximę auctoritatis, ea bene examinata, contrarium ſcripſerunt, & ita hodie hæc eſt ſequenda, tanquam verior, & receptior opinio.

Ad octauũ reſpondet Mariã. Socin. iun. conſ. 145. n. 37. cũ ſeqq. 1. p. his

81 verbis. *Non obſtat ergo primum dũ dicitur: quod facultati nũquam præſcribitur quoniã reſpondetur primo: quod argumẽtum procedit in ſimplici facultate, non procedente ex aliqua actione, vt ire ad Sanctum Iacobum, vel quid ſimile, & in his terminis loquuntur Bartol. & alij, in dict. l. viam, ff. de via publica.*

82 *Non autem procedit, quando facultas procederet ex aliquo contractu, & ex actione in ea orta; nam tunc, ſicut præſcribitur actioni ſpatio triginta annorum, ita etiam in conſequentiam, præſcribitur facultati aliquid faciendi, quæ eſſet ſequela actionis, & proueniret, ex cõtractu, prout eſt facultas, & ius offerendi, competens ſecundo creditori; nam ei præſcribitur vt l. cum notiſſimi, §. ſed cum illud, verſic. Eodem iure, C. de præſcript. triginta annorum. Ita declarat Bartol. in l. pignori, verſic. Et dic quandocumque, ff. de vſucap. Quam communiter, in hoc Doctores ſequuntur: ſed in propoſito iſta facultas, ſeu ius ſoluendi, & reſtituendi pretium emptori (quod in effectu, dicitur facultas, ſeu ius redimendi) oritur ex contractu, & dicitur ſequela actionis, ortæ ex d. cõtractu, de qua in d. l. 2. C. de pact. inter. empt & vend. & ſupra dixi: ergo ſequitur quod huic facultati, ſeu iuri offerendi, & redimendi*

ſimul cum ipſa actione, præſcribitur. Ita
in individuo reſpondet Angel. in dict. con:
ſil. 55. & ſequuntur Felin. Bonon. in lo-
84 *cis prædictis. Vel etiam ſecundo reſponde*
tur. quod argumentū procedit in his, quæ
ſunt meræ facultatis, in ſolo facto conſiſtē
85 *tis; non autē ſi quid competat per modum*
iuris; nam ſi facultas aliquid faciendi per
modū iuris, cōpetat, ei præſcribitur, prout
patet in facultate adeundi; nam ei præſ
86 *cribitur, vt l. licet, & ibi per Doctores,*
C. de iur. deliber. & hoc ex eo: quia per
modum iuris; ſeu quia ius quoddam di-
citur, competit vt ibi per DD. maxime
Bald. Salic. & modernos, & ita ſcribit
prædictus Ioan. Franc. Balb. in d. tract.
de præſcript. & in dict. 4. part. 5. partis
princip. in 1. q. prope fin. Sed iſta facul-
tas offerendi pretium, & redimendi, in
87 *caſu noſtro dicitur competere per modum*
iuris, ſeu potius dicitur quoddam ius, ex
contractu proueniens: ergo ei præſcribi
potuit. Eodē modo reſpondet huic
8. argumento. Menoch. dict. conſi.
193. num. 28. cum ſeqq. lib. 2:

Et argumento, quod facit Caſa.
88 conſil. 11. n. 17. ex doctrinis Paul Ca
ſtr. & Bart. in l pignori, ff de vſucap.
dicentiū: non eſſe actionē natam, dū
non offertur pretium virtualiter: reſ-
pondet Neguſan. in tract. de pign.
5. part. princ. 3. membr. 1. part. nu.
52. tom. 6. tract. p. 1. fol. 234. quod
cum ſit in poteſtate debitoris, ſiuè
venditoris, facere quod oriatur ac-
tio, offerendo, vel ſoluendo, vide-
tur adimpleta conditio, l. qui po-
teſt facere 134. ff. de regul. iur. ibi:
Qui poteſt facere, vt poſsit conditioni pa
89 *rere, iam poſſe videtur.* Et ita reſoluit
præſcribi iuri offerendi, & gloſ. in l. ſi
rem alienā, §. omnis pecunia, in verſ.
Pignoratitia: licet dicat, quod iuxta
illum text. debet eſſe pecunia ſoluta,
ad hoc, vt naſcatur actio pignorati-
tia, & ita præſcriptio non currit con
tradictā actionē, antequā naſcatur; af
90 firmat tamen, quod ius offerendi pe
cuniā, poteſt tolli præſcriptione, &
quod præſcribātur ea, quę ſunt facul
91 tatis, quando facultati eſſet coniūcta
actio: tenēt Olib. de act. p. 1. lib. 3. c. 3.
n. 86. & Cancer. lib. 3 var. c. 4. de ſer-
uit. n. 143. & d. Bart. doctrinā in d. l.
pignori falſam eſſe dicit Couar. to. 1
var. c. 9. n. 3. ad med in verſ. Deinde,
& Hierō. Gab. conſ. 144. n. 4. vol. 2:
ait contra Bart. in dict. l. pignori: eſ-
ſe magis communem opinionem.

Ad nonū argumentū reſpondet
92 idem Maria. Socin. d. conſil. 145. n.
58. par. 1. his verbis. ¶ Ex prædictis
patet reſpōſio ad tertium fundamē
tum, factum in cōtrarium, quia illud
procedere poſſet, niſi infinitas illa in
duceretur per modum, à lege repro
batum; ſi enim vellemus, quod in ca
ſu noſtro, per verbū, quandocumq;
induceretur infinitas agendi, certè id
eſt per modum renuntiationis præſ
criptionis, odio negligentis inductæ,
quod quidem per legē fori prohibe
93 tur, vt dictum eſt. Nec obſtat: quod
verba videātur apta ad infinitatem,
quo caſu videtur toleranda infini-
tas, ſecundum Bartol. in dict. l.
ſi ita ſtipulatus à Seyo, ff. de fide-
iuſſor. Quoniam, primo poſſet ne-
gari: quod in caſu noſtro, verba im-
portēt infinitatē ex intētione cōtrahē
tiū, cū mēs eorū videatur, vt & tenea
tur quandocūq; reuendere, dūmodo
ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet petatur infra tempus, a lege taxatum: ſecundũ quod dixi in prima ſolutione ad præcedens fundamentũ. Vel ſecundo dico: quod imò in iſto caſu, nõ eſt tolerãda infinitas,
94 cum ſimus in infinitate temporis, & agatur de obligatione ſeruanda, & actor ius ſuum neglexerit: his enim concurrentibus, omnino reijcitur infinitas, prout Magiſtraliter declarat Bart in diſtinc. ſua, l. qui bona, §. fi. 2. col. verſ. Si loquimur de infinitate tẽporis, ff. de dam. infect. & ita eũ ſentit Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, cũ ſe remittat ad prædictam diſtinctionẽ. & in hoc Bartol. cõmuniter approbatur; ſecus forte eſſet in infinitate
95 numeri, in qua poſſent procedere al legata in contrariũ, vt per Bart. in d. l. fi. col. fi. verſ. Aut loquimur de infinitate numeri, vbi ita intelligit d. l. ſi ita ſtipulatus, vt per eum. Et ſi põderentur verba, dict. l. ſi ita ſtipulatus 55. ff. de fideiuſſor. clarè conſtat: quod ibi loquitur de infinitate ſummæ, & non temporis, ita enim ait. *Si ita ſtipulatus, à Seyo fuero: quantam pecuniam Titio quaudocumque credidero, dare ſpõdes? Et fideiuſſores accepero deinde Titio ſæpius credidero, nẽpe Seyus in omnes ſumas obligatus eſt, & per hoc, fideiuſſores quoque. & id, quod ex bonis eius ſeruari poteſt, omnibus æquo iure proficere debet.* Et eodẽ modo huic argumento reſpondet Menoc. conſi. 143. num. 35. lib. 2.

Non obſtat decimum argumentũ, cui reſpondet Tiraquell. de retra. conuent. §. 1 gl. 2. nu. 30. non eſſe inconueniens, vt quod tacite intelligebatur, verbis exprimatur, nec aliud
96 operetur, ex illo vulgari axiomate, expreſsio eorũ, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, l. 3. de legat. 1. l. nõ rectè, C. de fideiuſ. cũ ſimilib. Nec tamen ſic omnino ſuperuacuum eſt: quia, vt ſupra dictũ eſt, ſunt qui oppinantur: hanc facultatẽ redimẽdi extingui ſpatio 10. annor. vt ſupra diximus; ideoque his verbis tollitur hoc dubiũ. Eidem argumento reſpondet Menoc. d. cõſ. 143. n. 37. & 38. his verbis. *Non*
97 *obſtat ſextũ argumentũ: quia reſpõdetur primo; quod teſtator non protulit hæc verba, vt operentur quid vltra ius cõmune: ſed vt ſuam diſpoſitionem, cum iure ipſo cõmuni conformẽ faceret, & ideo potius dicitur exprimere, quod tacite in eſt, quã vt aliquid vltra ſignificet. ſicuti declarat regula d. l. ſi quãdo, de leg. 1.* Rip. *in c. 1. n. 70. de reſcri. & idem tradit Soc. in trac. fallent. reg. 440. fall. 6. & vlt. & huc facit, quod reſpondit Dec. cõſ. 473. n. 11. verba diſpoſitionis debere intelligi, vt aliquid operetur, ſecundũ naturã actus.* Rurſus, *nihil verba operãtur, cũ non cõſtat de mẽte diſponẽtis. Ita Soc. iun. in conſ. 45. n. 25. lib. 1. cũ ergo hic nil conſtet de mẽte diſponẽtis; ſed ſæpius decõtraria, vt demõſtrauimus: ſequitur dicẽdũ: hæc verba nil vltra ius cõmune operari.* Hactenus Menoc

Nec obſtat vndecimum: quia in
98 l. cum notiſsimi, §. quam ob rem, C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, illud verbum, conuẽtio, non ſumitur pro pacto; ſed pro cõuẽtione iudiciali, id eſt, citatione, dictus enim, §. quã obrem. loquitur de ea conuentione, quæ expreſſa fuerat in principio eiuſdẽ, l. cũ notiſsimi, ibi: *Si non interruptũ erit ſilentium, vel lege cantum eſt, id eſt, etiam per ſolam conuentionem.* vbi gloſ.

Digitized by Google

per ſolam conuentionem, & ibi Bartol. num. 1. Bald. Alber. Paul. Caſtrenſ. Odofr. & reliqui DD. intelligunt de conuentione iudiciali, & nō de pacto, ſiue partium conuentione.

Nec obſtat duodecim: Decretū enim iudicis, concedentis facultatē
99 curatrici vendendi dictum pagum, ſiue locum de Annahuir, cum pacto de retrouendendo, perpetuo intelligendum eſt iuxta iuris diſpoſitionē hoc eſt, vt poſsit emere pro eodem pretio intra triginta annos: hoc enim longiſsimū tempus viſum fuit Prætori ſuficiens, vt poſsit minor facta maior, rem venditam pro eodem pretio recuperare. Quia Prætor voluit ſuam voluntatem eſſe conformem legi, iuxta ea, quæ dixi ſupra, num. 05.

Denique obſeruandum eſt: quod fere omnes Doctores allegati per Ficardum in ſuis communibus opinionibus, in verbo, pacto de retrouendendo, in verſic. Contraria, de qui-
100 bus ſupra, num. 1. & 2. loquuntur de facultate luendi pignus quam habet debitor, offerēdo pecuniam, debitam ſuo creditori, de qua loquitur Cin. in l. cum notiſsimi, §. ſed cum illud, in 3. quæſt. C. de ſubſcrip. triginta annorum, à Ficard. allegatus. Et huic facultati non negamus præſcribi non poſſe: ſed tantū affirmamus, pacto de retrouendendo præſcribi per emptorem, qui rei emptæ verus eſt dominus, contra vēditorem, qui intra triginta annos non intētauit actionem, virtute di-
101 cti pacti de retrouendēdo. Et quod dicit Ficard. vbi ſupra, quod Didac. Couarruu. lib. 2. variar. cap. 9. cōtrariam opinionē tenet, fortiterquè defendit, ſimpliciter ſumptum verum non eſt: licèt enim ibi late pertractat hanc quæſtionem, an pactū de retrouendendo præſcribatur ſpatio triginta annorum, vbi refert Angeli opinionem, conſil. 55. tenentis: præſcribi, etiam ſi ſit conceptum cum dictione, perpetuo: quam dicit communem, & num. 1. verſic. Quibus, & ſequentibus, refert fundamenta, contra hanc opinionem: ipſe tamen Couarruu. num. 6. verſ. Secundum, ita ait *Secundum conſtat* 102 *planè, vbi hæc triginta annorum præſcriptio, bona fide, quæ ſæpiſsime, & hic contingere poteſt, perfecta fuerit, veriſsimam eſſe Angeli, & aliorum ſententiam.* Vnde in occurrenti caſu pótius Couarruuias noſtram tenuit ſententiam, & Stephan. Gratian. deciſ. 17. num. 1. affirmat dict. Angeli opinioni ſe ſubſcripſiſſe fere omnes. Et ſi recte examinentur reliqui DD quos allegat Ficardus vbi ſupra, pauci ex illis dicunt id, ad quod allegātur, vel loquitur in caſu à noſtro diuerſo. Et pro noſtra opinione extant pluſquam ſeptuaginta Doctores, & grauiſsimorum Senatum deciſiones, vt dixi ſupra nume. 60. In cauſa, non fuit lata ſentētia: quia partes venerunt ad concordiam, & dictus Franciſcus Pardo, qui actionem intentauerat, virtute dicti pacti de retrouendendo renuntiauit iuri, liti, & cauſæ.

DECISIO XXXVII.

FOrus Valentiæ 51. ſub rubr. de teſtamentis, diſponens: quod teſtatores non poſsint relinquere bona ſua Generoſis, qui non ſint de foro Valentiæ, quomodo intelligatur.

1 *Lex Regni Valentiæ iuſta eſt, & valet in foro conſcientiæ, cum qua in foro 51. in rubr. de teſtamentis, libera fuit conceſſa libertas parentibus, diſponendi de rebus ſuis, ad liberas voluntates. Et quod non teneantur filijs ſuis legitimam relinquere. Et numer. 2.*

3 *Legitima, lege ciuili tolli poteſt; dummodo alimenta neceſſaria non deficiant. Et num. 4. & num. 5.*

6 *Forus 51. de teſtamentis diſponit: quod teſtatores non poſſunt bona ſua relinquere Generoſis, qui non ſunt de foro Valentiæ.*

7 *Forus 51. de teſtamentis, dum ait: quod teſtatores non poſſunt bona ſua relinquere Generoſis, qui non ſunt de foro Valentiæ, intelligendus eſt de perſonis Generoſis, qui habebant oppida populata, ad forum Aragoniæ, & nolebant vti foris Valentiæ, vel iuxta illos iudicari. Et ita fuit interpretatus cum regijs ſententijs, nu. 8. 9. & 12.*

10 *Populati in Regno Valentiæ, ad forum Aragoniæ, vt foros Valentiæ amplecterentur; diſpoſuit Rex Iacobus primus in foro 10. de rebus non alienan. Et in foro 27. in rubr. de donat. Vt tantum fruerentur conceſsionibus in dictis foris contentis, illi, qui vterentur foris Valentiæ.*

11 *Iuriſdictionem Alphonſinam in conceſsit Rex Alphonſus II. dominis pagorũ, ſiue locorum, qui conſentirent foris Valentiæ.*

1 LEge Regni Valentiæ, condita per Sereniſsimum Regem Petrum Secundum, anno 1358. nimirum foro 51. in rubrica de teſtamentis, fol. 152. libera facultas conceſſa eſt parentibus, diſponendi de rebus ſuis, ad liberas voluntates, & quod non teneantur in teſtamento filijs ſuis legitimam relinquere. Quæ lex iuſta eſt: quia per eam filij in obedientia paterna continentur, ſcientes quod pater eos exheredare poteſt, etiam ſine cauſa. Et valere in foro conſcientiæ, vt (de ea loquens) inquit Nauarro Alpizqueta, in Manuali Latino, cap. 26. num. 38. & Sarmien. in ſus Selectis lib. 2. cap. 14. numer. 6. fol. 92. & Caſtr. de lege penali, lib. 2. cap. 11. verſic. Si res hæc, fol. 481. quos refert & ſequitur Portoles in ſcholijs, ad Molinum, in verbo, teſtamentum, num. 45. pag. 425. & numer.

2 46. ſubiungit hæc verba. Quę ſententia poteſt etiam confirmari, quod infiniti DD. affirmãt: ſtatuto, vel conſuetudine induci poſſe: vt in cõſequentiam, pater liber ſit, filium legitima priuando. Vt ita tradit Io. Leciner. in tract. de primog. lib. 2. quæſt. 15. num. 7. & quæſt. 16. num. 2. & alijs, quos refert Ludou. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 1. num. 15. & 16. fol. 203. alias pag.

3 181. vbi dicit: legitimam lege ciuili tolli poſſe, in quantum alimenta neceſſaria non defuerint. Et Matienço lib.

lib. 5. Recopilat. titul. 7. de maiora-
tu, l. 6. gloſ. 3. num. 10. inquit: per
legem generalem, nulli dubium eſt:
4 filium poſſe legitima priuari: modo
alimenta non denegentur, vt pluri-
morum auctoritate probat Ferdin.
Vazquez, lib. 2. de ſucceſſ. creatio.
§. 20. num. 296. & pluribus ſequi-
tur poſt Roderic. Suar. in l. quoniã
in prioribus, 2. limit. legis Regiæ, C.
de inoffic. teſtam. num. 6. ad med.
& Couarruu. in epitom. ad quartũ
decretalium, 2. part. cap. 8. nume. 5.
5 verſic. Ex hac ſecunda, ait: legiti-
mã lege tolli protſus poſſe eo caſu,
quo filius habet bona, vnde poſſit
optime ſeipſum alere, ac ſibi alimé-
ta exhibere, vel ex artificio, ſibi ipſi
valeat neceſſaria acquirere. Allegat
pro hac ſententia, Panormitan. in
cap. Raynuntius, de teſtament. nu.
12. Ioann. Lupi, in cáp. per veſtias,
3. notabili, §. 4. in princip. de do-
nationib. inter vir. & vxor. Ioann.
Cirier. in tractat. de primogenitur.
lib. 2. cap. 16. vbi, hanc eſſe commu
nem opinionem aſſerit, & Andræ.
Gail. practic. obſeruat. lib. 2. obſer-
uat. 122. à num. 6. Hanc confirmat
ſententiam, & num. 9. ita ait: Hãc
partem tenent Dynus, late in d. cap.
indultum, Cin. in l. ſancimus, num.
6. & 10. C. de nupt. Alexand. dict.
conſil. 75. num. 11. volum. 1. Panor
mitan. conſil. 75. num. 9. volum. 1.
incip. primo eſt videndum, vbi cõ-
munem dicit Curt. iun. conſil. 10.
num 7. cum ſequentibus, incip. vi-
ſa, ac diligenter. Communem di-
cit Oldrald. conſil. 107. num. 2. &
3. incipit: circa municipale, Signor.
conſil. 37. per totum, incipit: factũ
ſic proponitur: vbi hanc opinionem
pluribus rationibus, & aliter quam
Din. in dict. cap. indultum, illuſtrat.
Eandem tenet Albert. Brun. in dict.
tract. ſtatut. artic. 1. num. 19. Capel.
Toloſ. quæſt. 437. Dec conſil. 525.
num. 1. incip. viſis his verbis, vbi
communem dicit. Idem, conſil. 19.
num. 6. incip. & pro tenui Natta
conſil. 309. num. 5. volum. 2. incip.
diſceſsit comes. Communem dicit
Bartol. in l. Titio centum, §. Titio
genero, num. 6. ff. de condit. & de-
monſtrat. & ita diſpoſitio dicti fori
51. de teſtam. tanquam iuſta, meri-
to obſeruatur in concuſa in Regno
Valentiæ, in fine tamen dicti fori
6 dicta libera facultas fuit reſtricta:
quod teſtatores non poſsint bona
ſua relinquere Generoſis, qui nõ ſint
de foro Valentiæ, vt ibi legitur, his
verbis. Declaram, empero, è orde-
nam per lo preſent fur: que les dites
perſones, les quals poden fer teſta-
ment, ò altra darrera voluntat, no
puguen donar, ò lexar lurs bens en
tot, ò en partida, a perſones Gener
roſes que no ſien de fur de Valẽcia.
Vnde cum Comes Coſentaynæ D.
Eximenus Perez Ruiz de Corella,
Don Rodericum Ruiz de Corella
hæredem inſtituit vniuerſalem extra
neum à Regno, & ſic, eum qui nõ
erat de foro Valentiæ, videbatur: nõ
poſſe eum ſuccedere in bonis ſitis in
Regno Valentię.

Sed contrarium fuit iudicatum,
7 vt infra dicetur: verba enim finalia,
dicti fori 51. de teſtamen. intelligẽ-
da ſunt, de perſonis Generoſis, quæ
habe-

habebant oppida populata ad forũ Aragoniæ,& nolebant vti foris Valentiæ, vel ſecundum illos iudicari.

8 Et ita fuit declaratum, in cauſa ſuplicationis, vertenti in S.S.R.C. ad relationem Domini Regentis Sora, in fauorem Don Franciſci de Perellos, contra Don Melchiorem de Perellos, ſententia publicata die 4. Iulij anni 1565. confirmando aliam, publicatam in Regia Audientia Valentiæ, cum votis ſupremi Conſilij per Franciſcum Ludouicum Dominguez, die 21. Nouembris 1562. in qua cauſa fuit oppoſitum: quod ex quo dictus Don Franciſcus de Perellos, non erat Regni Valentiæ, ſed Gotolanus, & ſic non erat de foro Valentiæ, non poterat ſuccedere in bonis ſitis in eodem Regno,& nihilominus pronunciatum fuit, in eius fauorem. Et ad faciliorem intellectum, obſeruandum eſt; quod ſcribit Belluga in Specul. Princip. rubr. 32. de populat. ad forum Aragoniæ ante num. 1. in verſic. Et quod iſte eſt ſenſus, fol. 156. his verbis: Patet

9 quia aliquæ villæ Regales, non acceptarunt pro tunc, dictos foros Regni Valentiæ, & reſtarunt ſub populatione antiqua, fororum Aragoniæ, vt patet in villa Burrianæ, & in villa Regali, quouſque acceptarunt foros Regni Valentiæ: imò illis non vocatis, & conſentientibus, Princeps voluit illas facere de foro Regni Valentiæ, vt patet in quadam prouiſione Regis Alfonſi, data in Curijs Generalibus, ante ſecundam publicationem, quæ incipit: Nos Alphonſus. Item, & id expreſſe firmat forus dicti Regis Alphonſi, in rubr. de locis, in quibus Senatus forus Aragonum, redactus ad forum Valentiæ, cap. vno, in quo expreſſe cauetur: quod domini locorum, qui in dictis foris conſenſerũt, in quibus locis ſeruabatur forus Aragonum, ſunt redacti ad forũ Valentiæ Regni. Et ſic patet: quod illi, qui non cõſenſerint foris iam dictis, reſtant in ſua obſeruantia, l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact.s dotalibus. & conſtat, quod domus de Luna, domus de Exerica, domus de Arenoſio, domos de Vrrea, vel de Alcalaten, non conſenſerunt dictis foris, neque villa Almaçore: imò, hodie viuunt ſub foris Aragonum, & illius obſeruantijs, & multi Reges in ſuis prouiſionibus, & priuilegijs, mandarunt obſeruari populatis illum forum Aragonum. Sereniſsimis Rex Aragonum, in Curia Moriueteris, cum ſua prouiſione mandauit tunc Gubernatori; quod iuraret foros, priuilegia, & libertates Regni Aragonum, populatis ad illũ forum, & ſic iurauit Regio mandato. ſimilique modo Rex Nauarræ, locũ tenens Generalis in Curij, quas celebrauit Aragonenſibus, per ſuum iuramentum, priuilegium conceſsit populatis in Regno Valentiæ, ad forum Aragonũ, debere obſeruari forus Aragonum, & in omnibus Curijs, populati ad forum Aragonum id expreſſe fuerunt proteſtati: quod non conſenſerunt foris, neque prouiſionibus, vel priuilegijs, editis, quatenus derogent ſuis foris, priuilegiis, libertatibus, obſeruantijſque Aragonum.

10 num. Hactenus Belluga. Vt autem populati ad forum Aragonum, ampleɛterentur foros Valentiæ, inuictiſſimus Rex Iacobus, primus Regni expugnator, diſpoſuit in foro 10. in rubr. de rebus non alienand. fol. 110. & in foro 27. in rubr. de donationibus, fol. 186. vt tantum fruerentur conceſsionibus, in dictis foris contentis, illi, qui vterentur foris Valẽtiæ, & ob eandem cauſam Rex Al-
11 phonſus Secundus, conceſsit iuriſdictionem, quam vocamus, Alphõſinam, dominis pagorum, ſiue locorum, qui conſentirent foris Valentiæ, vt dixi ſupra deciſ. 10. Et ita fo-
12 rus 151. de teſtamentis, dum loquitur de perſonis Generoſis, de foro Valentiæ intelligendus eſt, de illis perſonis Generoſis, quæ obſeruarũt foros Valentiæ, & obſeruare faciunt in ſuis oppidis, ſiue locis. Vnde cũ Comes Coſentaynæ, Don Ximenius Ruiz de Corella, in ſuo teſtamento, condito in Ciuitate Hiſpalis, die 11. menſis Aprilis 1601. declaraſſet, velle iuxta foros Valentiæ de ſuis bonis teſtari, prout teſtatus fuit, & diſpoſuit, relinquendo tantum ſingulis ſuis filijs, Singulas duplas auri, pro eorum legitima; & alijs iuribus in ſua hæreditate competentibus, & in reliquis alijs bonis, inſtituiſſe hæredẽ vniuerſalem, D. Rodericum Ruiz de Corella eius conſanguineum, extraneũ à Regno Valentiæ, in partibus Indiarum degentem; & lis fuiſſet mota per Comitiſſam de la Puebla, Domnam Mariam Ruiz de Corella, eius filiam legitimam & naturalem, contra Don Hieronimum Corella, in India natum, filiem legitimum & naturalem & hæredẽ dicti Don Roderici, prætendendo: illum non poſſe ſucedere in bonis dicti Comitis Coſentaynę, fuit lata ſententia in Regia Audientia Valentina, cum votis S. S. R. Conſilij, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, die 30. Iunij 1611. declarando intentionem dictæ Comitiſſe, non procedere, abſoluendo dictum Don Hieronymum Corella, & de Moncada minorem, ſeu illius curatorẽ. Et quamuis hæc ſententia, & alia cauſa, fuit poſtea reuocata, cum alia lata in S.S.R.Conſilio, die 1. Iulij 1619. tamen cum alia lata in eodem S.Conſilio Aragonũ publicata per Petrum Nauarro, in locum Adriani Bayarte, dictę cauſę ſcribæ, die 27. Ianuarij 1623. fuit cõfirmata dicta prima ſentẽtia, adiectis his verbis: quæ diſpoſitio cum in fauorem dicti Roderici, non populati in dicto Regno, rite, & rectè facta fuerit, iuxta dictos Valentiæ foros: valida quidem fuit, reſpectu omnium bonorum, dicti teſtatoris, exiſtentium in dicto Regno.

DECISIO XXXVIII.

DVobus, ad æquale officium administrationem iuriſdictionis habens, electis, pręcedere debet, qui prius cepit poſſeſsionem: licèt prius alter fuiſſet nominatus.

P*Racedere debet in eodem genere dignitatis, qui prius meruit dignitatem habere. Et num.* 5. 6. & 7.

2 Gra.

2 *Gratia, ſtatim, quod Rex dicit: fiat eſt perfecta.*

3 *Canonicus, cui auctoritate Apoſtolica collatus eſt Canonicatus alicuius Eccleſiæ, licet in ea non ſit receptus; præfertur in aſſecutione ſuæ præbendæ omnibus, quibus in ipſa Eccleſia, ſimilis gratia eſt conceſſa, licet illi primo ſuas literas præſentauerint. Et numer. 4. & 44.*

8 *Doctor antiquior iuniore præferri debet. Et num. 50.*

9 *Aduocati ſeniores præferũtur iunioribus.*

10 *Senes melius ſcire præſumuntur.*

11 *Magiſtri ſeniores, potius ſunt audiendi, quam iuuenes: & ius moribus præferuntur, ſi in cæteris ſunt æquales. Et num. 12.*

13 *Seniores, in electionibus, & ſuffragijs, iunioribus præponuntur.*

14 *Clauſula: ſine præiudicio iurium partium, præſeruat ius, quod habet; quia eſt præſeruatiua iurium, Et num. 15. 17. & 51.*

16 *Clauſula: ſine præiudicio iurium partium nullum ius tribuit, ſed præſeruat, ſi quod quis habet.*

18 *Clauſula; ſine præiudicio iurium partiũ, reddit quidquid geritur.*

Conditionale, & ideo operatur, quod quatenus inferatur præiudicium, per inde ſit, ac ſi actus non fuiſſet factus.

19 *Adminiſtrantes in officio, præferentur omnibus partis dignitatis, & officij.*

20 *Clericus poſsidens præfertur Clerico præſentato, & inſtituto.*

21 *Conſul actu exiſtens præfertur alteri, qui habitu prius fuerat Conſul. Num. 37. 41. 48. 49.*

22 *Officialis obtinens officium, quod habet annexam iuriſdictionem, non dicitur officialis, nec obtinebit officij priuilegia, niſi cœperit adminiſtrare. Et num. 39. 40.*

23 *Priuilegium conceſſum ratione officij, requirit officium in actu, & nõ in habitu tantum. Et nu. 27. 28. 29. & 40.*

24 *In officio tria requiruntur: electio acceptatio: & ingreſſus officij. Et n. 43.*

25 *Dignitas, licet ſit quæſita poſt creationẽ, & acceptationem; tamen non adquiruntur priuilegia dignitatis, niſi ſequuta adminiſtratione.*

26 *Prioritas poſſeſsionis in officijs attenditur, quamuis ſit per horam. Et n. 30.*

31 *In Beneficialibus præfertur ad præbendam obtinendum ille, qui potiorem datam habet.*

32 *Præferendus eſt ex ſtylo Senatus Luſitaniæ, ille qui prius poſſeſsionẽ eſt adeptus. Et num. 34. 35. & 36.*

33 *Prioritas datæ attenditur, quando gratia, per ſolam ſignaturam valet, nec requiritur de ſubſtantia gratiæ, quod literæ ſint de ea confectæ, aut expeditæ. Et num. 42.*

38 *Præfertur inter pares dignitate ille, qui prior eſt in tempore, niſi actus adminiſtrationis, qui non eſt in uno, faciat alium ante ire.*

46 *Poſterior tempore intelligitur in poſſeſsione officij.*

47 *Princeps poteſt præferre poſteriorem.*

52 *Conſiliarius, qui prius habet exercitium, debet præcedere alios.*

DOctor Vincentius Paulus Pellicer, fuit creatus à Domino noſtro Rege, Aſſeſſor gerentis Vices Generalis Gubernatoris in Ciuitate & Regno Valentiæ, in cauſis Criminalibus: quod

tendat auſpicia cedere, tamen illius temporis conſuli debeat, quo ipſe non fuerit: Vincent. de Franch. deciſ. 62. vbi refert fuiſſe iudicatum in ſacro Conſilio Neapolitano: Scipionem Pignatellum, Marchionem Lauri, praecedere debere Marchionem Orioli, licèt literæ executoriales Marchionis Orioli prius fuerunt expeditæ vigore Regiæ Pragmaticæ diſponentis: omnia priuilegia, expeditam per Regiam Maieſtatem debere mandari executioni in Regno, & ſuper eis, per pro Regem literas executoriales: ex quo dictus Marchio Lauri, prius fuerat nominatus, & reddit rationẽ Vinc. de Franch. n. 2. his verbis. quia
1 gratia ſtatim, quod Rex dixit: fiat ex perfecta. Bald. in l. humanum, in fin. C. de legib. Idem Bald. in l. fin. C. de commu. ſeruo. manumiſſo. Quẽ refert & ſequitur Felin. in cap. Rodulphus, num. 26. de reſcript. Caſa. in conſuetud. Burgund. in titul. des Iuſtices. droicts. num. 180. §. 2. Afflict. deciſ. 253. & ſcriptura dicebatur fieri ad finem facilioris probationis, text. in l. ſancimus, §. exceptis, C. de donat. Dec. conſil. 340. col. 1. l. qui ſoluend. non erat 42. ff. de hæredib. inſtitu. & ibi gloſſ. in verbo, Appollonios, ibi: Secus ſi diuerſorũ nominum eſſent: quia tunc primo nominatus. gloſſ. in Clement. vnica, in verbo, Regum, de Baptiſm. quam ſingularem dicit ibi Abb. gloſſ. in c. alienus 24. quæſt. 1. in verbo, vt conueniat. late Nicol. Boer. de auctorit. Magni Conſilij, ante num. 141. qui voluit, hoc caſu attendi ordinẽ ſcripturæ, poſt Bald. in cap. cum M Ferrarienſ. num. 65. de conſtit. & Guilielm. Benedict. in cap. Rainuncius, verbo, teſtamentum, el ſegundo, verſic. Et præmiſſa ſunt vera, num. 27. de teſtament. fol. 86. Fabius de Annan. conſil. 140. nu. 1ẽ

3 Secundo: in fauor Doctolris Pel. licer facit text in cap. eum cui 7. de præbend. in 6. cuius verba ſunt. *Eum cui Canonicatus alicuius Eccleſiæ, à Sede Apoſtolica eſt collatus, licet nondum ſit in ea receptus, decernimus in aſſecutione Præbendæ (iuxta ſuæ prouiſionis ordinem) omnibus præferendum, quibus poſtmodum in ipſa Eccleſia ſimilis gratia eſt conceſſa, licet iſti primo ſuas literas præſentauerint, & primo recepti fuerint in eadem.*

4 Tertio: pro eadem ſententia facit text in cap. capitulũ Sanctæ Crucis 30. extra de reſcriptis, cuius verba ſunt: *Quo circa mandamus: quatenus eo recepto in Canonicum, & in fratrem, aſsignatoque ſibi Beneficio Præbẽdali, qui ad eos prius mandatum Apoſtolicum reportauit, præfatas ſententias, iuxta formam Eccleſiæ, relaxetis, alteri ſuper præbendali Beneficio, in eadem Eccleſia ſilentium imponentes.*

5 Quarto facit: text. in l. vnicuiq. C. de proximis ſacrorum ſcriniorũ, lib. 12. cuius verba ſunt: *Vnicuique, qui in Sacris Scrinijs militat, ſui loci merita ſeruari opportere conſtituimus: & vniuerſos, qui vltra numerum ſtatutorum, in iiſdem ſcrinijs militant, ſui gradus reſpectu, per ordinem, quem ſortiti ſunt, in deficientium ſtatutorum, locum (vt tamen vltimis ſocientur) ſubire decernimus ſcilicet, vt nemini penitus liceat, cum ſit poſterior tẽpore, locum præcedẽtis ambire.*

Quin-

6 Quinto: facit text. in l. penult. C. de Conſulibus libr. 12. cuius verba ſunt. *Sancimus viris Excellentiſsimis Conſulatoribus omnibus, qui iam facti ſunt, vel poſtea fuerint, procedendi quoque, & re ipſa per annum gerendi conſulatus impetrato, videlicet, principali iudicio, legitimam tribui facultatem: ita, vt per acta, quam meruerint proceſsione, non nouum aliquid, vel quod nondum habeāt adipiſci: ſed conſulatus ius, quod ſemel eis conſularis detulerat proceſsio, iteraſſe beneficio videantur, & in adoranda noſtra purpura, vel in conſequentis cunctis conſulum honoribus, & priuilegijs, ex anteriore tempore prouectionis, ordinem ſibimet nouerint vindicandum.* Quem textum ſummant Bart. & Ioann. de Platea, his verbis. *Si cui conceditur adminiſtratio dignitatis diu ante conceſſa, non videtur dignitas de nouo concedi: imò illis potietur honoribus, quibus potiretur, ſi eidem ab initio adminiſtrationis, conceſſa fuiſſet.* Et ita fuit obſeruatum
7 in ſacro Supremo Regio Conſilio Aragonum. Nam cum primo fuiſſet nominatus, per Auum Domini noſtri Regis, ad officium Regentis Cancellariam in eodē ſupremo Regio Conſilio Dominus Martinus Baptiſta de Lanuça qui poſtea obijt Iuſtitia Aragonum, & poſtea Dominus Didacus de Couarruuias, qui fuit, & obijt Vicecancellarius, & prius iuraſſet in dicto officio Regentis, dictus Couarruuias: nihilominus eum præceſsit in ſedendo, & votando, & in reliquis dictus D. Regens Lanuça, qui prius fuerat nominatus.

Sexto: dictus Pellicer eſt Doctor & antiquior Aduocatus, & ſic præcedere debet, vt dicit Caſan. in Catalog. glor. mund. part. 10. conſid. 29. fol. 234. his verbis: *Antiquior Do-*
8 *ctor iunioribus præferri debet, ſecundum gloſſ. in verbo, nonum, in l. cum quid, ff. ſi certum petat. facit text. in l. 1. ff. de albo ſcriben. & in cap. 1. extra de maiori & obed. notatur expreſſe in §. audient. in verbo, iudici, in authent. de defenſ. ciuitat. collat. 3. & in l. 1. C. de conſuli. lib. 12. & l. fin. C. de Decu. eo lib. facit l. ſemper in Ciuitate noſtra, ff. de iure immunit. l. fin. ff. de fid. inſtrumen. cap.*
9 *Epiſcopi, & ibi gloſſ. vnic. 24. diſtinc. l. prouidendum, in princ. ibi aut vetuſtas, & ibi gloſ. 2. C. de poſtul. vbi dicit: quod ſeniores Aduocati præferūtur iuuenibus, de quibus ſupradictum eſt in 7. p. Et facit*
10 *quia ſenes melius ſcire præſumūtur. Facit*
11 *gloſ. 1. in c. ſi viue 16. q. 1. vbi dicit: quod ſeniores Magiſtri potius ſunt audiendi; quam iuuenes.* Et etiā Doctor Pellicer ætate ſenior, & ſeniores iunioribus
12 præferuntur, ſi in cæteris ſint æquales, ad text. in l. ſemper, in princip. ff. de iur. immu. l. vlt. C. de Tyron.
13 lib. 12. in tantum, quod in electionibus, & ſuffragijs, ſeniores iunioribus præponuntur, l. Alexandrinus, C. de Decurio. lib. 10. vnde Ariſtoteles dicebat: naturā humano generi dediſſe hos ſeniores, alios iuniores, quorū quidē primos principari: ſecūdos vero ſubijci, & ſuperiores allegans D. Garcia Maſtril. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 4. num. 42 & 43. cum alijs per eum diffuſe adductis.

Septimo: poſſeſsio dicti officij Aſſeſſoris, quam cæpit dictus Don Chriſtophorus Creſpi fuit ei tradita,

Digitized by Google

ſine præiudicio iurium partium, & hæc clauſula præſeruat ius, quod ha-
14 bet. Puteus deciſ. 32. 10. Octobris, lib. 2. & fuit dictum in Romana domorum 5. Martij 1586. Coram Seraphino. Eſt enim hæc clauſula præſeruatiua iurium. Paul. de Caſtro, conſ
15 ſil. 312. n. 4 lib. 1. Pariſ. cõſ. 23. n. 42. lib. 1. & cõſ. 70. n. 18. lib. 3. Put. deciſ. 197. n. 23. lib. 1. & deciſ. 115. nu. 1. in fin. lib. 2. & fuit dictum in cauſa Caputaquenſ. præcedentię 17. Iunij 1577. Coram Blanchetto, vt in deciſ. 17. lib. 1. quotidian. & in cauſa Rauennaten. vallium 17. Maij 1591. Coram Pamphilio, & in Tiraſonen. oblationum 28. Iunij 1595. Coram eodem, & in Romana domus 7. Nouembr. 1597. Coram eodem. Oldrald. conſ. 237. in fin. & fuit reſolutum in cauſa Imolen. Caſtrorum 15. Nouem. 1571. coram Seraphino. Et ideo, nul-
16 lum ius tribuit: ſed tamen præſeruat ſi quod quis habebat. Oldrad. dict. conſil. 237. in fin. Et fuit dictum, in cauſa Valentina penſionis 3. Iunij
17 1602. coram litta. Et eſt præſeruatiua omnium iurium Pariſ. conſil. 5. num. 40. lib. 1. & fuit dictum in cauſa Regien. fœudi de Tobalis 24. Nouembris 1586. coram Pamphilio. Et
18 reddit, quidquid geritur, conditionale: & ideo operatur: quod quatenus inferatur præiudicium, per inde ſit, ac ſi actus non fuiſſet factus, l. ſi teſtamento. Centurio. §. 1. ff. de manum teſtam. Put. deciſ. 107. lib. 1. quotid: & in Rauennat. vallium 7. Maij 1591. corã Pamphilio. Martha, ſuperiores allegans, in tract. de clauſ. 1. p. clauſ. 158. n. 1. & 2. cũ igitur dictus Doctor Pellicer ex ſupradictis, debeat præcedere dictum D. Chriſtophor. Creſp. ſeduſa poſſeſsione, pariter debet eum præcedere, quãuis prius poſſeſsionem acceperit virtute reſeruationis factæ per gerentem vices generalis Gubernatoris, qui tempore poſſeſsionis, inter loquendo dixit: vt poſſeſsio traderetur ſine præiudicio iurium partium.

Sed his nõ obſtantibus, contrariũ fuit reſolutum in S.S.R.C. nimirum quod dictus D. Criſtophorus Creſpi erat præferendus: ex quo prius iurauerat, & acceperat ſui officij, Aſſeſſoris, poſſeſsionem.

19 Primò; per tex. in l. 2 vt dignitat. ordo ſeruetur C. lib. 12 ibi omnes priuilegia dignitatũ, hoc ordine ſeruanda cognoſcat: vt primo loco habeãtur: hi, qui in actu poſiti illuſtres per egerit adminiſtrationes. Per quẽ text. dicit Caſan. in Cath. glor. mund. p. 6. conſid. 1. verſic. Ex qua lege adminiſtrantes præfici omnibus, paris dignitatis, & officij. Idẽ probat. in c. quod autẽ 5. extra de iur. patro. cuius verba
20 ſunt. *Quod autẽ Conſulis: ſi Clericus idoneus ad Vacantẽ Eccleſiam præſentatus, non fuerit ab Epiſcopo diœceſſano admiſſus, & poſt modum, alius idoneus præſentatus, & inſtitutus ab Epiſcopo poſſeſsionem tenneri t corporalem: an primo Clerico Eccleſiam petente, debeat poſterior remoueri, vel poſterior priori præferri, dubium non eſt: quin, in caſu iſto, melior ſit cõditio poſsidentis: quoniam antequam præſentatio per diœceſſanum Epiſcopum approbetur, ratum non eſt quod à patrono fuerat inchoatum.*

21 Secundo idem probatur in l. 1.

C.de conſulib.lib. 12.iuncta ibi gloſ. in verbo auſpicia: vbi ſancitur: quod ei, qui prætendebat auſpicia Conſulatus: ſed non erat adeptus, præfertur alius, qui actu Conſul extitit; licet habitu prius alter fuerit Conſul.

22 Tertio officialis obtinens officiũ quod habet in ſe annexã iuriſdictionem, & niſi cœperit adminiſtrare, nõ poterit dici vere officialis, nec poterit obtinere officij priuilegia, vt ex text. vbi dicit hoc Bald. in l. ſed & milites, §. quæſitum, ff. de excuſat. tutor. vbi ponit hæc verba: non prodeſt creatio, niſi ſit ſubſecuta adminiſtratio, & notat quod non habetur pro creato, qui non adminiſtrat. Et in eadem l. in verbo, primipilarij, not. quod priuilegium conceſſum, ratio-
23 ne officij, requirit officium in actu, & non habitu tantum. Et illud dictum refert, & ſequitur Pariſ. in tract. de ſyndica. §. in officijs, folio mihi 108. pagin. 2. in his, quæ ſunt
24 paruæ formæ, in verſic. In officio tria requiruntur electio, acceptatio, & ingreſſus officij. Et ſequitur Nicolaus Boetius, deciſ. 150. numer. 6.
52 1. part. Et licèt eſſet quæſita dignitas poſt creationem, & acceptationem; tamen non habet priuilegia dignitatis, niſi ſecuta adminiſtratione. Idem dicit gloſ. in l. publius, ff. de conditionib. & demonſtrat. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. Probat etiam Franciſc. Marc. deciſ. 262. part 1. vbi etiam citat gloſſ. in §. oportet, in verbo, inſinuandi, in auct. vt iud. ſine quo ſuffrag. vbi Angelus, idem docet Afflict. in proœmio conſtitutionum, quæſt. 26. num. 4. & at-
26 tenditur etiam prioritas poſſeſſionis in ſimilibus quamuis eſſet per horã. Ita poſt alios Ioan. Bapt. Ferr. conſ. 2. n. 7. & conſil. 27. n. 1. & conſi. 397. n. 25. Imò etiam per momentum attenditur, ſic etiam per punctũ, Bald. in cap. ſciſcitatus, num. 3. extra de reſcriptis, Alberic. in dict. l. ſponſus, n. 6. ff. de pub. in rem actio. Marin. Frecc. de ſub fœud. lib. 2. titul. quis dicatur dux, num. 52. cum ſeq. fol. mihi 94.

27 Quarto: ſępius ita fuit iudicatum in S.C. Neapolitano. ita Vincent. de Franch. deciſ. 326. num. 1. 2. & fin. Conferunt tradita per eundem Vincent. de Franc. deciſ. 144. vbi num. 1. ait: in collaterali Conſilio fuiſſe deciſum: Alphonſum de Salazar, & Anibalẽ de Moles, Præſides Regiæ Cameræ ſummariæ, fore præferendos, Franciſco Antonio de Dauid, etiam Præſidi eiuſdẽ Regiæ Cameræ ſummariæ. Et reddit rationem n. 2. quod dicti Salazar, & Moles, & reperiebantur in adminiſtratione officij. Iuxta l. 2. C. vt dignit. ordo ſeruetur lib. 12. & præſupponit in princ. dictæ deciſ. quod vno, & eodem tempore, de menſe Nouẽbris 1566. dicti tres Præſides fuerunt creati, & Fabius de Annan. conſil. 42. quod ſcripſit pro Regente de Põte Puig, ad dictũ officiũ nominatũ, contra Regentẽ Lantiũ, qui poſt ipſũ electus fuit, & prius poſſeſſionem habuit, n. 12. vſque ad
28 n. 17. incluſiue, adducit iura, & doctrinã, quibus probatur: in officijs habentibus annexam adminiſtrationem, requiri actu illorum exercitium: nec ſufficere in habitu.

Et

Digitized by Google

Et dato hoc pro conſtanti num. 17.
in verſic. Quia, & ſeq. allegauit. Re-
gentem de Ponte non potuiſſe jura-
mentum præſtare, & officium ſuum
exercere, quia mandato Proregis ita
retraxit, vt anno ne præeſſet. Et cum
ex Regis mãdato ab eſſet, perinde ha
betur, ac ſi poſſeſsionẽ officij cepiſ-
ſet tẽpore, quo eã capere potuiſſet, ſi
non fuiſſet impeditus, ob cauſam pu
blicã. Quod multis juribus. & doctri
nis cõprobat; quibus tñ non obſtãti-
bus teſtatur Andr. Moleſ. in conſ. 15.
n. 24. quod reperitur poſt 2. p. Com
ment. ad conſuet. Neap. eiuſdẽ Mol
feſ. fuiſſe iudicatũ D. Regentẽ Lanu
ciũ fore prẹferendũ eidẽ Regenti de
Ponte, pro quo ſcripſerat d. Fab. de
An. prædict. cõſ. 42. & idem Molſ.
in eodẽ conſ. 15. nu. 22. & 23. teſtatur
obſeruatum fuiſſe pluries in Regno
Neapolitan. vt illi, qui fuerunt electi
29 Conſiliarij, vel Regentes, & non
obtinuerunt, exequãtur, nec iuramẽ-
tum præſtiterunt, non fuerunt habi-
ti pro officialibus, nec eis fuit ſolutũ
ſalarium, nec præceſſerunt alios, qui
poſteriori tempore electi fuerunt of-
ficiales, & prius obtinuerunt, exe-
quatur, præſtiterunt iuramentum, &
poſſeſsionem adepti fuerunt: quod
præcipue dicit iudicatũ fuiſſe in cau-
ſa Regentis Cadenæ cum Regente
Dauid in cauſa Regentis Dauid, cũ
Regente Tabuada impedito etiam
capere poſſeſsionẽ pro ſeruitio Re-
gio, fuiſſe etiam obſeruatum in ſacro
Conſilio inter Conſiliarium de Qui
ros, & Conſiliarium Neſpulum, ſic
etiã inter Conſiliariũ Montoyam, &
Conſiliarium Meſtanzã, & inter Cõ
ſiliarium D. Ioannem Sanchez, &
Conſiliarium de Corte. Et D. Caro
lus de Tapia Regens Supremi Con
ſilij Italiæ deciſ. 21. Supremi Senatus
Italiæ dict. num. 14 ita ait: Vndeci-
30 mus caſus eſt, in duobus Cõſiliarijs
in eodem Senatu exiſtentibus, quo-
rum alter, datam priuilegij priorem
habebat: alter vero poſteriorem: ſed
hic primus ceperat poſſeſsionem. In
quo articulo, cõtendente eo, qui prio
rem datam habebat, ipſum debere al
terum præcedere fuit iudicatum: eſſe
præferendum illum, qui prius poſſeſ
ſionẽ fuerat adeptus. vt teſtatur Ca-
31 bedo deciſ. 3 dicens: quod licet in be
neficialibus præferatur ad Præbendã
obtinendam ille, qui priorem datam
habebat, ex reg. text. in c. eum cui, de
Præbend. lib. 6. D. Regens Valenç.
32 conſil. 34. n. 36. Præferendus tamen
eſt, ex ſtylo Senatus Luſitaniæ ille,
qui prius poſſeſsionem eſt adeptus.
Item: quia ex Regia ordinatione de-
claratum eſt: non eſſe attendendam
prioritatem datæ: & quia vbi priori
33 tas datæ attenditur, id fit: quia gra-
tia per ſolam ſignaturã valet, nec re-
quiritur de ſubſtantia gratiæ, quod li
terę ſint de ea cõfectæ, aut expeditæ
ex gloſ. in c. inſtitutionis, verbo, præ-
ſentia 25. q. 2. & in Clem. dudum, §.
non enim, verbo, confecto, de ſepult.
34 Et idem Regens Tapia, in principio
illus deciſ. ante n. 1. refert: ortam fuiſ-
ſe contentionẽ in eodem Supremo
Cõſil. Italiæ inter D. Petrum Iorda-
num Vrſinum ex vna, & D. Ioannẽ
Rodriguez de Salamanca, circa præ-
cedentiam: quia dictus Regens Vrſi
nus, prius fuerat electus à ſua Maie-

ſtate, & Regens Salamanca, poſt illũ electus, prius ceperat poſſeſsionem in Conſilio. Et in finalibus verbis illius deciſ. refert: deciſum fuiſſe, præcedere debere dictum Regentem Salamanca. Et dictus Carolus de Tapia in eadẽ deciſ. 21. in hac materia præcedẽtiarum refert vigintiquatuor caſus, qui ſolent occurrere inter promotos ad æquale officium declarando: quis eorum debeat alterum præcedere, & Capiblãcus de Baronibus, prag. 5. n. 99. 100. & 101. pag. 141. vbi dicit: eũ, qui non cepit poſſeſsionẽ, ſuę fortunæ tribuere debere, ſi alius eũ præcedat: quia primo poſſeſsionem cepit; & multos ibi allegat.

35 Quinto: ita etiam fuit iudicatum in Supremo Conſilio Luſitanię, vt conſtat ex his, quæ ſcribit Georgius Cabedo deciſ. 3. num. 11. vbi dicit: Senatum iudicaſſe, pro Senatore, qui prius poſſeſsionem cepit. & num. 1. refert facti ſpeciem his verbis. T. & S. Senatores, ambo in Senatu ciuilium cauſarum (qui eo tempore Oliſipone reſidebant) ad Senatum ſupplicationis translati ſunt; qui tamen ambo chartas, ſeu literas ſuæ tranſlationis habebant diuerſę datæ. T. namq; priorem, S. vero poſteriorẽ datam habebat; vterque tamen vna, eademque die literas per Cancellariã expediuit; at S. feſtinans, prius poſſeſsionem accepit: orta igitur fuit inter illos queſtio: quis eorum pręferri deberet, & antiquior in Senatu dicẽdus in ſedendo, & loquendo, & in illa deciſione, Cabedo probat: hoc de iure procedere, & contrarijs argumentis reſpondet idem Cabedo, & deciſ. 5. refert, de quæſtione orta in eodẽ S. S. Luſitanię, de duobus Senatoribus, qui à Senatu ciuilium Cauſarum, ad Senatum ſupplicationis translati fuerũt: quorum alter literas ſuę tranſlationis in anteriori data habebat: alter vero feſtiuãs, poſſeſsionem prius acceperat, & num. 7. refert: Senatũ iudicaſſe pro Senatore, qui prius poſſeſsionem ceperat.

36 Deniq; idẽ fuit obſeruatum in hoc S. S. R. C. nam licet Adrianus Bayarte, multis annis antea fuit electus Secretarius ſuę Maieſtatis in S. S. R. C. & quod fortius eſt, præſtitit iuramẽtũ de bene, & fideliter exercendo dictum officium; ex quo tamen hactenus nõ cœpit illud adminiſtrare, nec habuit exercitiũ. D. Ludouicus Blaſco, qui multo poſtea fuit nominatus Secretarius, ad negocia Religionis Monteſiæ, ex quo cœpit adminiſtrare, eum præceſsit.

37 Nec obſtant in contrariũ adducta; primo enim nõ obſtat text. l. 1. C. de cõſul. lib. 12. imò probat contrariũ vt bene expendit Marinus Frecc. de ſub feud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, nu. 53. fol. mihi 94. nã ibi dũ dicit: cũ poſterior etiã eiuſdẽ honoris pretendat auſpicia; cedere tamen illius temporis Conſuli debeat, quo ipſe non fuerit. gloſſ. declarat auſpicia ab initio, poſt tamẽ adepta. Et ita ibi ſancitur: quod ei, qui prætendebat auſpicia cõſulatus, ſed non erat adeptus, pręfertur alius, qui actu Conſul extitit, licet habitu prius alter fuerit Cõſul. Et hoc eſt, quod notat ibi expreſſe Ioã. de Platea in primo notabili vbi dat regulam: quod inter pares dignitate

prę-

præfertur ille, qui prior eſt in tempore, niſi actus adminiſtrationis, qui nō eſt in vno, faciat aliū anteire. Quod dictum refert, & ſequitur Afflict. in procem. conſtit. q. 26. num. 4. Et Fabius de Anna. conſil. 42. n. 12. cum ſe
39 quent. ita inquit. *Quādo officium habet annexā* adminiſtrationem, nō dicitur quis officialis, niſi ceperit adminiſtrationē, Bald. per illum text. in l. ſed & milites, §. quæſitum, ff de excuſa. tut. qui in eadē leg: in verb. principiatio
40 dicit: quod priuilegiū conceſſum ratione officij, requirit officium in actu nec ſufficit habitu tantum. Sequitur Pariſ. de Put. in tract. de ſyndic. verbo, electio officialium, c. 3. incip: in officijs tria requiruntur, nu. 7. fol. 243. Boer. deciſ. 150. col. 2. & Frecc in tract. ſub feu. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, n. 52. vbi in ſpecie, de præcedentia inter Regētes loquitur. Et pro hac opinione, expendit Frecc. text. in dict. l. 1. C.
41 de conſul. lib 12 in verbo, cum poſterior, iuncta gl. in verbo, auſpicia: vbi ſecundum eū diſponitur: quod ei qui conſulatus auſpicia prætendebat; quē tamen nō erat adeptus, præfertur qui actu Conſul extitit, licet ille prius habitu fuerit Conſul. Et ibi Ioann. de Plat. in 1. notab. notat: quod inter pares dignitate præfertur ille, qui prior eſt tēpore, niſi actus adminiſtrationis ceſſet in alio, qui poſteriori tēpore ſit creatus: quia adminiſtrans præfertur.
42 Pariter: non obſtat, quod ſcribit Vincēt. de Franch. deciſ. 62. deciſum fuiſſe in Conſilio Neapolitano, Marchionē Lauri, debere preferre Marchionem Oriolæ: ex quo primū fuerat nominatus; nam hoc ideo fuit, vt ibi inquit, n. 8. quia hæc dignitas Marchionatus eſt ſine adminiſtratione. Et ita ſtatim, atq; collata fuit in perſonam Marchionis Lauri, illam acquiſiuit, vel proprius loquendo: ſtatim fuit in Marchionali dignitate poſitus. Et ibi refert, quod ſcribit Oldrald. in conſi. 180. quæſtio eſt, col. 3. verſi. Ad ſecūdum: licet, quod in dignitatibus collatis à Principe, ſicut eſt Principatus, & Conſulatus, nō expectatur aliquis actus perficiens, qui à ſuperiore emanet: & ideo ſtatim operatur: quia talis collatio habet vim confirmationis: & quia nō expectatur aliquis actus perficiēs ab extra, quod ſimiliter dicit in principio conſilij, verſic. Secūdo hoc idem probatur, ſic in caſu, de quo agitur, dicebatur: quod poſt quā collata dignitate Marchionatus, aliquis actus ab extra non expectatur, prout in caſu Coronationis Imperatoris; de quo per Oldrad. vbi ſupra:
43 ſecus tamen eſt in dignitate, habente adminiſtrationem, in quo tria tēpora conſiderantur: ſcilicet electionis, acceptationis, & adminiſtrationis officij, vt ait Vincent. de Franc. d. deciſ. 62 n. 10. & prius dixerat Bald. in l. Publius 36. n. 1. ad med. ff. de cōdit. & demonſt. his verbis: Nota hic tria per ordinem, quæ in officio publico conſiderātur, ſcilicet, electio, acceptatio, & ingreſſus officij, ad hoc vt quis conſequatur plenum officiū. Idē ſcribunt Franc. Marc. deciſ. 262. n. 6. 1. p. & Molfeſ. conſil. 15. nu. 10. qui alios plures allegat: licet igitur in dignitatibus, non habentibus adminiſtrationem, vt ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, ſtatim

A 3 quod

quod quis habet gratiam, cum qua Rex ſibi concedit dictam dignitatē debet præcedere eum, qui ſimilem dignitatem à Rege conſequutus eſt, tamen in dignitatibus, & officijs habentibus annexam adminiſtrationē, qui alia ſunt officia aſſeſſorū, Gubernatoris Valentiæ, tantum præcedere debet, qui accepit poſſeſsionem.

44 Non obſtat ſecundum argumētum de quo ſupra num. 3. cui reſpondit Cabedo deciſ. 3. num. 10. his verbis: Nec obſtat tex. in cap. eum qui & cap. ſi poſt quam de præbend. in 6. vbi ſi duo a Papa recipiuntur in Canonicos, & ſecundo confertur Præbenda, etiam ante receptionem primi, non vallet collatio: ſed reuocatur, & Præbenda primo impetrāti confertur: quia illud eſt ſpeciale in his, quibus à Papa Canonicatus cōfertur: quia eo ipſo impetranti debetur Præbenda, ac ſi etiam a Papa collata fuiſſet. Vnde etiam ante ipſius impetrantis receptionem, alteri ſecūdo nequiuit conferri: ſecus vero in alijs impetrantibus ab alijs inferioribus, vel etiam ab impetrātibus a Papa, vt in dict. cap. tibi qui, & ita illud ſpeciale firmat regulam in cōtrarium. Vnde quia Senator, cui confertur a Principe iſtud munus, non ſtatim, nec eo ipſo cenſetur collatū in Senatu: non bene deducitur argumentum ex dict. cap. tibi qui, & cap. ſi poſt quam. Et ideo ſi ſecundus impetrans ante primum receptionē, locum, & poſſeſsionē obtinet in Senatu, præfertur, & antiquior reputatur.

45 Nec obſtat tertiū argumentum, deſumptū, ex diſpoſitione text. in c. capitulum ſanctæ Crucis, quem pro cōtraria perte allegauit Ricc. in praxi præcedent, deciſ. 580. n. 1. quia reſpondit idem Riccius in fine illius deciſ. quod ille textus procedit in iuribus, quæ ſimul cum ipſa re transferūtur: non autem in prærrogatiuis, quę perſonis coherēt. Vel melius dico: quod ille textus procedit in beneficio Eccleſiaſtico, non autē in officio habēte annexā adminiſtrationē iuriſdictionis, vt conſtat ex ſupra relato, n. 22.

46 Nec obſtat quartum: quia l. vnicuique C. de proximis ſacrorū Scriniorum: intelligitur, capta poſſeſsione officij, & ita illa verba: cum ſit poſterior in tempore intelliguntur in poſſeſsione officij. Ita declarat Ioan. de Plat. in d. l. vnicuique, num. 1. qui prior, ſeu antiquior eſt tēpore receptionis in collegio, præfertur iuniorib.

Nec quintū obſtat: quod in 5. arg. dictū fuit D. Regentē Martinū Bap. de Lanuça, præceſsiſſe D. Regentem Dida. Couarr. qui primo iurauit, hoc enim factū fuit: quia tēpore quo fuit nominatus dict. Regens Couar. Rex expreſſe mandauit, vt eū præcederet dict. Regens Bap. Lanuça, quem ſua Maieſtas iā habebat nominatū: licet promotio ad dictū officiū Regentis non fuit publicata, ex iuxta cauſa, & cū hac conditione acceptauit dictus D. Regens Couar. officium Regētis Cancellaria, in hoc S. Conſilio. Et ita quāuis, prior iurauit, & dictū officiū antea geſsit, ipſum præceſsit D. Re-
47 gens Bap. Lanuça, princeps enim poteſt præferre poſteriorem, vt poſt Ioannem de Platea, quem allegat in l. vnicuique, C. de proxim. ſacro

Scrin.

Digitized by Google

ſcrin.lib.12.inquit Franciſc. Marc.deciſ. 808. num.2. part. 1. Et in ſimili caſu ſcribit Andr. Moleſ. conſil. 15. num. 20. vbi quod prius dixerat, nu. 8. dicit obſeruari, niſi Rex expreſſe mandaſſet, vt attendatur ſolum data priuilegij, argum. text. in cap. quãuis de reſcriptis in 6. vt ſecuntur omnes:& ideo in caſu Regentis Albertini, quia Rex mandauit, vt data priuilegij attenderetur, fuit hoc obſeruatum, vt docet Frecc. in tractatu de ſub. fœud. in titul. de præcedentia dominorum, Regiam Cancellariam Regentium fol. 139. num 71. in fin.& ad id quod in eodem quinto argumento dictum fuit, reſpondit Cabedo decil. 4. nu.12.13.&.14. his verbis. Ad l. penult. C. de conſulibus, lib. 12: quę fortius viget reſpõderi poteſt: procedere ratione priuilegij, videlicet, vt ei concedatur administratio dignitatis, ante habitæ, concedatur etia prælatio ex antiquiori tempore, nempe, ex quo illi primum conceſſa fuit dignitas, vt hoc ſit ſpeciale priuilegiũ virorum Cõſularium, de quibus ibi loquitur text.

48 Pro quo pondero verba (iteraſſe beneficio videatur) beneficio inquam idest priuilegio: loquitur enim tex. in conſulari, qui non fit conſula plebe, à qua creari debuit, iuxta l. 2. §. exactis d. de origin. iur. ſed impetrat a iure, vt actu habeat,& exerceat conſulatũ vt probãt illa verba (impetrato videlicet principali iudicio)& tunc dicit: quod beneficio, id eſt priuilegio ſpeciale cẽſetur, iteraſſe Conſulatũ, quaſi antea actu geſſerit, & modo, iterum actu gerat; cum tamen antea actu

49 non geſſerit. Vel, & ſecundo melius reſponderi poteſt: text. illum procedere, vt prælatio Conſularis, facto Conſuli in actu concedatur in honoribus,& priuilegijs acquirẽdis: non vero in iam quęſitis. Nam ſi cõcurrat cũ alijs conſulibus, aut conſularibus, in priuilegio, vel loco petendo, quem illi prius quęſitum habeant, non pręfertur illis: ſed bene præfertur, ſi concurrant omnes ad petendum locum, aut priuilegium, nondum habitum, aut quęſitũ. Iuxta diſpoſitionem text. in cap. quamuis, de reſcript. lib. 6. cuius meminit Ioann. à Platea, in dict. l. 2. ad finẽ. Et hęc reſponſio magis placet pro qua pondero dict. l. vlt. ibi in conſequendis, &c. Tertiò poteſt etiam reſponderi: quod dict. l. penult. procedit vbi officiales nullum habẽt numerum, nec vllo ſunt conſtituti in ordine, vt erant Conſules, & viri Conſulares, qui fiebant Romæ, nullum enim habebant numerum: ſed indefinite, & promiſcue creabantur à plebe, vt in dict. §. exactis, & ibi notant Doctores,& de Conſularibus notatur in toto titul. C. de Cõſulibus. Tradunt Alciat. & Pyrrus, ibi, quemadmodum creabantur milites, & modo apud nos creantur Doctores in vniuerſitatibus: hi enim nullum habent numerum: & conſequenter, nec locum, & tunc procedit quod dicit dict. l. penult. vt qui ante habuit dignitatem, id eſt, ſolum titulum, ſine adminiſtratione, ſi poſtea ei concedatur adminiſtratio, potiatur honoribus, & priuilegijs prælationis, quibus potiretur ſi à princi-

pio adminiſtrationem actu habuiſſet: & ideo antecedet eos, qui poſt dignitatem, & ante adminiſtrationẽ, ſibi conceſſam, habuerunt vtrumq; nempè dignitatem cum adminiſtratione.

50 Ad ſextum reſpondetur: quod ante captam poſſeſsionem, procedunt in ea deducta. Et ita ſi eodem tẽpore præſentaſſent priuilegia ſuorum officiorum, Doctor Pellicer, & don Chriſtophorus Creſpi, & vellẽt præſtare iuramentum, & capere poſſeſsionem, Doctor Pellicer eſſet præferendus, tanquam Doctor, & Aduocatus antiquior, & ętate ſenior; tamen, ex quo dictus dõ Chriſtophorus Creſpi prius iurauit, & poſſeſsionem accepit ſui officij, habentis adminiſtrationem iuriſdictionis annexam, venit præferendus.

51 Ad ſeptimum reſpondetur: verũ eſſe illam clauſulam: ſine præiudicio iurium partium, eſſe præſeruatiuam, & ſic præſeruare iura, vnicuique partium, competentia: ſed in occurrenti caſu, gerens Vices Generalis Gubernatoris cum prouiſione, quam fecit, reſeruauit ius etiam Don Chriſtophoro Creſpi, quod ei quæri poterat, ratione poſſeſsionis: & tantum voluit prouidere: quod ſi non obſtãte poſſeſsione, quam capiebat dictus Don Chriſtophorus, ius haberet dictus Doctor Pellicer ad eum præcedendum, ex cauſis prærelatis in fundamentis, pro eius parte adductis, ſaluum ius ei remaneret, & cum virtute poſſeſsionis, dicto Don Chriſtopho ius quæſitum fuerit præcedere debet.

52 Poſt hæc ſcripta vidi elegans conſil. Camilli de Laratha, Iuriſconſulti Neapolitani 87. quod ſcripſit pro Regio Conſiliario Valdiuiezo vbi probat: ipſum debere præcedere alios Conſiliarios, qui prius habebãt exercitium: quia ipſe habebat priorẽ datam priuilegij, & Togam anteriorem, & in fine dicti conſil. dicit die 10. Ianuarij 1613. referente Regente Petro Caſtellet, per ſuam excellentiam, eiuſque collaterale Conſilium, ita fuiſſe decretum, & doctiſsime hanc materiam per tractat latius cæteris, quos vidi.

Ex quibus fuit deliberatum in S. S. R. C. dictum Don Chriſtophorum præcedere debere, & ita reſcripſit Dominus noſter Rex, Proregi Valentino cum Regia epiſtola data Madriti die 15. Septembris 1630.

DECISIO XXXIX.

Officia antequã vacant, nõ poſſunt prouideri in præiudicium ſucceſſoris, cuius tẽpore vacant. Vbi in foro, ſiue in lege, in Curijs facta plura petuntur per Regnũ, & Rex in decretatione, aliqua tantum concedit, reliqua nõ cenſentur conceſſa.

1 *Deputatis Valentiæ conceſſum eſt, nominare perſonas ad exercendũ officia neceſſaria, pro bono regimine iurium impoſitorũ in Curijs anni 1604.*

2 *Cui licet, quod eſt plus, licet & quod eſt minus. Et 53. Et quando eſt diuerſa ratio. Num. 57.*

3 *Dominus Rex*

alicuius fori licet expreſſe aliqua petita

tita conceſſerit; non tamen cenſetur alia denegare.

4 *Placet ſuæ Maieſtati vbi dicetur, in decretatione ſori, conceduntur omnia ſupplicata.*

5 *Statutum, ſi format duas quæſtiones, & reſpondetur ſolum ad vnam, iſtud idē reſpondetur ad aliam.*

6 *Pacta plura, ſi ſub vna ſtipulatione ſubijciuntur, vnico reſponſo comprehenduntur. Et num. 64.*

7 *Foro, ſi plura fuerint petita, & indecretatione fori ſint adiecta ilia verba: placet ſuæ Maieſtati: licet poſtea ſit adiecta numeratio aliquorum, in dicto foro comprehenſorum, non videtur minuta reſponſio. Et num. 65.*

8 *Legatū factū de fundo, qui inſtructus eſt, ſi poſtea aliqua res fuerit adiecta, quæ nominatim expreſſa non eſt, non videtur minutum legatum: ſed potius ex abundanti dictum.*

9 *Initium conſtitutionis, ſi generale eſt, nō debet reſtringi eius diſpoſitio, ad contenta indecretatione.*

10 *Diſpoſitio ampliatur, & reſtringitur iuxta præfationem. Et num. 66. & 69.*

11 *Præfatio, maxime in ſtatutis operatur, ad conſiderandam Legiſlatoris rationē.*

12 *Prooemium ſi eſt generale, quam vis poſtea ſubijciantur verba ſpecialia; tamē virtute prooemij generali, reſultat etiā generalis diſpoſitio.*

13 *Si præfatio legis ſit generalis lex ipſa generali eſt intelligenda, quamuis cum ſequentibus ſpecificè diſponatur.*

14 *Præfatio legis, dat intellectum toti legi.*

15 *Præfationes præſtant lumē diſpoſitionis, & per eas tollitur incertitudo.*

16 *Coadiutoriæ, ſine adiunctiones in officijs diputationis Regni Valentiæ, licet per forum Regni ſint prohibitæ; ex quo tamen ſunt per Dominum Regē, propter bonum publicum confirmatæ valere poterunt.*

17 *Princeps legibus poſitiuis eſt ſolutus. Et tantum obligatur lege naturali, & diuina.*

18 *Contractui poteſt contrauenire ex cauſa, publicam vtilitatem concernente. Et num. 73.*

19 *Publicæ vtilitatis cauſa, multa permittūtur contra iuris regulas.*

20 *Executiones inſtatæ virtute cenſualium, pro bono publico, mandat Dominus Rex ſuſpendere ſua Regia pragmatica, publicata Valentiæ 15. Aprilis 1614. Et num. 74.*

21 *Statuta poſſunt derogari per Regē, quia ſunt iuris poſitiui. Et num. 76.*

22 *Princeps eſt ſupra ius poſitiuum, & illud tollere etiam ſine cauſa, de plenitudine poteſtatis.*

23 *Coadiutoria, facta per Diputatos Valentiæ, in officio Diputationis, licet nulla, confirmatione Regis validatur. Et num. 78.*

24 *Adoptio licet non iure facta, à Principe confirmari poteſt.*

25 *Donatio, per feudatarium de quodam caſtro, ſine conſenſu Regis facta, conſenſu ipſius poſtea interueniente, confirmatur.*

26 *Coadiutoriæ gratia, contra forum Valētiæ facta in officio Diputationis, ipſo iure eſt nulla: quia facta contra legem Regni. Et num. 50.*

27 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*

28 *Diputati, in Regno Valentiæ, non potuerunt ſupplantare ſucceſſiones in officio. Et num. 58.*

Præ-

Digitized by Google

29 *Prælatus non poteſt prouidere officia in præiudicium ſucceſſoris, cuius tempore valuerunt.*

30 *Gubernator, ſeu pro Rex, nõ poſſunt officia, ab eo danda, concedere vltra tẽpus ſuæ Gubernationis. Num. 41.*

31 *Officia, ſuo tempore vacantia, Gubernator libere prouidere poteſt, quamuis prædeceſſor ea conceſſerit.*

32 *Magiſtri Ordinum militarium poſſunt officia à prædeceſſoribus data, auferre.*

33 *Maioratus poſſeſſor, non poteſt de futuris, in præiudicium ſucceſſoris diſponere.*

34 *Officiales temporanei non poſſunt eligere, quando electio collata eſt in tempus, quo alij in eodem officio tempore vacationis reperiuntur.*

35 *Tempus regiminis, dum durat, officiales creare poſſunt, & non eo lapſo: quia ſucceſſoribus præiudicare nõ poſſunt.*

36 *Priores non ligant ſucceſſorem in officio.*

37 *Prouiſio, & ordinatio collata in tempus inhabile, non valetur.*

38 *Paria ſunt: aliquid non poſſe fieri, vel fieri, & conferri in tempus inhabile.*

39 *Officiales temporanei præſentia tantum tractant, & non futura.*

40 *Rectores, non poſſunt vltima die ſui regiminis, eligere cuſtodes caſtrorum.*

41 *Anteceſſor non poteſt falcem immittere in ſegetem ſucceſſoris.*

42 *Officia, quæ debent prouideri per Epiſcopos, ſeu alios, non poſſunt concedi vltra eorum vitam.*

43 *Epiſcopus, aut ſimilis officialis, non poteſt grauare ſucceſſorem.*

44 *Par in parem non habet imperium.*

45 *Non licet alicui, conferre ſuam diſpoſitionem in tempus, in quo non poteſt facere actum.*

46 *Conſenſus coadiuti operatur ſolum, vt illi præiudicetur, & excludatur votum captandæ mortis: non autem, vt per eum occurratur præiudicio ſucceſſorum.*

47 *Officium dicitur vacare per mortem poſſeſſoris, cui coadiutor fuit datus.*

48 *Coadiutoria non datur, niſi durante vita coadiuti.*

49 *Papa, concedendo coadiutorias cum futura ſucceſſione in omnibus menſibus, cõcordatis contrauenitur.*

51 *Conceſſo vno, de duobus petitis, aliud videtur denegatum.*

52 *Statutorum reformatio, vbi vni commiſſa eſt, ſi certa confirmauit, reliqua videtur reprobaſſe.*

54 *Curialis poteſt donare prædia: ſed non vendere.*

55 *Procuratorem poteſt quis reuocare in totum: ſed non in parte.*

56 *Tutor, licet habeat decretum ad vendendum prædium minoris; non tamen poteſt illud obligare.*

59 *L. 1. C. de diuerſ. reſcript. declaratur.*

60 *Reſcriptum, ſi concedatur in perſonam vnius, quando duo ſupplicationem cõmunẽ dederunt, pro priuilegio impetrandis, non prodeſt alteri.*

61 *Connexa, quando procedunt per eandem rationem, tunc, quod de vno conceditur, videtur de alijs concedi.*

62 *Separata, quando ſunt, tunc, quod de vno conceditur, de alio omiſſum videtur.*

63 *Interrogatus de duobus, ſi de vno reſpõdit, de alio non videtur reſpondere.*

66 *Verba diſpoſitiua, ſi ſunt clara, reſtringentia conceſſionem ad expreſſa, cetera denegata cenſentur. Et num. 68.*

68 *Caſus omnes deciſi quando ſubratione proœmij comprehendi poſſunt.*

Leges

70 *Leges pactionatæ obligant Regẽ, & ſucceſſorem in Regno, & non poſſunt reuocari.*

71 *Princeps, & eius ſucceſſores ligantur lege pactionata.*

& lex, quæ tranſit in contractum irreuocabilis efficitur.

72 *Princeps, dominium iuriſdictionis, per ſuum contractum, in tertium translatum, minime poteſt reuocare, vnire, diuidere, vel ſupprimere.*

75 *Coadiutoriæ in officijs diputationis Regni Valentiæ, cum futura ſucceſſione, intelliguntur eſſe contra bonum publicum. Et ita Dominus Rex, ad ſupplicationem totius Regni illas prohibuit.*

77 *Fori Regni Valentiæ nõ ſunt ſtatuta: ſed leges generales totius Regni, & factæ in Curijs ſunt leges pactionatæ, habẽtes vim contractus, & ſic tamquã de iure gentium obligant Regem, & non poteſt dici: cõtra eas poſſe diſponere.*

79 *Legitimatio, & diſpenſatione non porrigitur ad deffectus ſuppreſſos.*

80 *Confirmatio actus nulli, ita demum conualidat confirmatum, ſi defectus nullitatis exprimitur: ſecus tamen, ſi tacetur, & eſt incognitus confirmanti.*

81 *Confirmatio actus, cuius ignoratur defectus, tanquam laborans defectu intentionis, nihil operatur.*

IN Curijs Valentinis, celebratis in oppido Montiſo in anno 1585. ad ſoluendum ſtipendium militum, cuſtodientium terras maritimas, et ad ſoluendum alia cõcernentia ad conſernationem Turcaium, exiſtentium in ora maritima totius Regni, & ad alias expenſas neceſſarias ad dictam cuſtodiam, cõtra Sarrazenos, qui dictum Regnũ infeſtare ſolebãt, fuit impoſitum vectigal in ſerico, quod abſtrahitur à dicto Regno, in quantitate octauæ partis valoris ſerici: hoc eſt, quod pro qualibet libra monetæ Valentinæ, quæ eſt viginti ſolidorum, ſoluerentur duo ſolidi, cum dimidio: & ſi dictum ſericum eſſet tortum, vel iam paratum ad telas ſericas, quod ſoluerentur tantum vnus ſolidus, & ſeptẽ denarij pro libra monetæ. Ad exigendum dictum vectigal, fuit nominatus Gaſpar Ægidius Cordoua, qui dictum munus exercuit vſque ad annũ 1604. in quo, in Curijs Valentiæ celebratis, fuit ſublatum hoc vectigal, & fuerunt impoſita alia vectigalia ad cuſtodiam dicti Regni, & inter alia, in foleis luſorijs, ita, vt quilibet cartarum ludus venderetur pretio duorum argenteorũ Caſtellanorum, & non poſſent fabricari folia luſoria in Regno Valẽtiæ, vel immiti fabricata extra illud, ſub grauiſſimis pœnis: ſed quod ea fabricarẽtur per perſonas, deputatas ab adminiſtratoribus huius vectigalis. Fuit etiam impoſitum vectigal decẽ argenteorum Caſtellanorum, pro quolibet onere niuis, quod immittitur intra ciuitatem Valentiæ, nec non in pileis, ſiue galeris, vt exigeretur vnus ſolidus pro quolibet illorum, tempore venditionis. Et etiam fuerunt impoſita vectigalia in ſale, & in alijs rebus, contentis in pandicta, vulgo dicta Tarifa, vt ex illis, duplicata quãtitas ſolueretur: quæ impoſitio omnium dictorum vectigalium, tantũ dura-

duraret vſque ad diem ſolij ſequentium Curiarum. Et quia officium, quod exercuerat dictus Gaſpar Ægidius Cordoua vectigalis, impoſiti in ſerico anno 1585. iam ceſſauerat: quia fuit extinctum dictum vectigal ſiue impoſitio, & de nouo fuit creatum officium Alcadij, foliorum luſoriorum; vt curaret de fabricatione, & venditione illorum, & curam haberet prohibendi, ne fabricarentur alia folia luſoria, vel fabricata extra Regnum in illud immitterentur, dictus Gaſpar Ægidius Cordoua ad hoc nouum officium fuit electus, illudque toto tempore vitæ ſuæ exercuit. In eiſdē Curijs anni 1604. fuit conditus forus 97. tenoris ſequētis.

¶ Item, quod ſyndicus Aſſeſſor, ſcriba, & officialis, qui defert contra librum, & reliqui officiales perpetuę generalitatis, qui modo ſunt deſeruiant in ſuis muneribus, toto tempore eorum vitæ, aut donec aliud munus illi, vel eorum aliquis promoueā tur, cuius occaſione impediti ſint in eis deſeruire, & quod decetero tantū durent per quadrienium, & quod ſtet in ſyndicatu, pro præteritis lapſis duobus menſibus, poſt Solium Curiarum, & poſtea de ſexennio, in ſexennium, & quod iudex ſyndicatus ſit naturalis Regni, & conſtitutus in dignitate in eodem, & dicti ſyndicus, Aſſeſſor, ſcriba, & qui defert contra librū, non habeant decetero coadiutores in dictis officijs, & quod co adiutoriæ in eis ceſſent, & habeantur pro reuocatis, perinde ac ſi non fuiſſent conceſſæ, etiam ſi factæ ſint cum priuilegijs, ſeu alias, & quod dicti quatuor officiales nō poſſint ſubſtituere, vel ſubdelegare niſi in caſu iuſti impedimenti, & non aliter, nec alias, & quod adiunctiones hactenus factæ, in quibuſcumq; alijs officialibus generalitatis, exceptis dictis quatuor officijs habent debitam executionem, & effectū iuxta formā conceſsionis, & quod decetero nō poſsnit fieri alię coadiutorię, in aliquo, ex officijs generalitatis, & caſu, quo concedantur ſimiles coadiutorię ſint ipſo foro nullæ, & nullatenus poſsint habere executionem. Et quod eſt dictum reſpectu ſyndicatus, ſiue reſidentiæ, duret vſque ad primas Curias, & non amplius. Et indecretatione dicti fori ſequuntur hæc verba: *Placet ſuæ Maieſtati contenta in dicto capitulo, cum hoc, quod adiutoriæ, in omnibus dictis officijs hactenus conceſſæ habeant executionem, & effectum.* Poſt publicationem fororū dictarum Curiarū anni 1604. quia fuerunt orta quædam dubia: an noua iura, & augmenta introducta in dictis Curijs, incorporata eſſent, nec nè, in iuribus generalitatis Regni, & adminiſtrari deberent per deputatos eiuſdem, modo & forma, quibus adminiſtrabant iura vetera eiuſdem, fuit Conſultus Dominus noſter Rex, & ſua Maieſtas fecit declarationes, contentas, & deſcriptas poſt dictos foros fol. 89. & in cap. 6. dictarum declarationum, leguntur hæc verba: *Item quod ad dictos ſpectat, etiam facere nominationes perſonarum, ſeu officialium, ſi quas, vel quos neceſſarium fuerit de nouo creare pro bono regimine dictorum iurium, & eiſdem vel*

ijs

ijs qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint ſalaria moderata conſtituere, & augere, vel alia quæcumque facere circa præmiſſa neceſſaria cum cōmunicatione, & deliberatione, dicti locum tenentis Generalis.

Diputati Regni Valentię, ad petitionem dicti Gaſparis Ægidij Cordoua, die 31. Aprilis 1616. ei dederūt coadiutorem, ſiue conuinctum, cum futura ſucceſsione, Franciſcum Cordoua filium eius fratris, in dictis officijs Alcaydię & adminiſtrationis fabricę ſoliorum luſoriorū, & iuriū niuis, & hęc coadiutoria fuit confirmata per ſuam Maieſtatem, cum Regio priuilegio expedito die 16. Aprilis 1618. Poſtea vero in Curijs celebratis anno 1626. Tria Brachia Regni, obtulerunt Domino noſtro Regi, cap. 162. tenoris ſequentis.

Tria Brachia pręſentis Regni Valētiæ, in Curijs celebratis anno 1604. ad cuſtodiam orę maritimę, introduxerant certa iura noua ſalis, niuis, foliorum luſoriorum, galerorum, & duplicis Tarifę, & quod eorum impoſitio tantum duraret vſque ad ſolium primarium Curiarium, vt latius eſt videre in deliberatione facta circa dictam impoſitionem, & pariter nominatio quinquaginta quatuor perſonarum, & memoriale iurium nouorum, quę tunc fuerunt impoſita, quę reperiuntur in dictis Curijs fol. 45. & per conſequens, ſi in pręſentibus Curijs aliud non deliberaretur, impoſitio dictorum iurium expiraret in ſolio præſentium Curiarum, quod eſſet inconueniens: remaneret enim litus maris pręſentis Regni abſque cuſtodia, & dicta tria Brachia exiſtimāt: maxime eſſe neceſſarium pro bono publico Regni, vt impoſitio dictorum iurium continuētur, modo, infraſcripto. Id circo, ſupplicant veſtrę Maieſtati, vt dignetur mandare, vt continuetur impoſitio iurium duplicatæ Tarifæ, ſalis, niuis, & foliorum luſoriorum, quæ fuerūt impoſita in dictis Curijs anni 1604. & quod hæc impoſitio duret vſque ad ſolium proximarum Curiarum, & quod tollatur ius, quod fuit impoſitum in galeris, declarando: quod argenteus, ſoluendus pro ſale, ſoluatur iuxta numerum domorum, deducta earum quarta parte, ratione pauperum, & quod in eadem domo tantummodo, ſoluatur ius pro vno habitatore, licèt pluresibi exiſtāt & quod quantitas exigenda à dicto iure, tantum conuertatur, ad quod, à principio fuit facta dicta impoſitio & quod pariter officiales exactionis dictorum iurium, qui ſunt Iacobus Antonius Calafat, & Gaſpar Ægidius Cordoua, cum ſuis adiunctis, qui ſunt dicti Calafat, Don Iacobus de Meſa, & dicti Ægidij Cordoua, Franciſcus Vincētius Cordoua eius ex fratre nepos, remaneant in dictis officijs, vita eorum durante, & quod hoc non procedat reſpectu aliorum officialium, & poſt mortem dictorum Calafat, & Cordoua, & eorum coniunctorum, dicta officia ſint triēnalia, non obſtantibus quibuſque foris, capitulis, actis Curiæ, aut priuilegijs, contrarium diſponentibus, & pariter ſupplicant maieſtati veſtræ, vt ius alijs exigatur in menſe Auguſti, & pœna fraudantium dictum ius, non exce-

excedat quantitatem quinque librarum, & quod Collectores huius iuris, ſoluant quantitates, ex eo exactas, infeſto omnium Sanctorum. Et quod veſtra Maieſtas dignetur, concedere omnia prædicta, vt ſint firma, & ſtabilia, cum ſupradictis modificationibus, & in decretatione dicti capituli ſiue fori legũtur hęc verba. Placet ſuæ Maieſtati, vt continuetur impoſitio dictorum iurium duplicatæ Tariſæ, ſalis, niuis & foliorum luſoriorum, & quod extinctio iuris pileorum non habeat effectũ donec finitum ſit tempus conductionis, ita vt exactio huius iuris continuetur per tempus, quod remanet in dicta conductione, & quo ad ius ſalis declarationes, in præſenti capitulo contentæ, non ſortiantur effectum, donec finitum ſit tempus conductionis huius iuris, & eo finito, hoc ius exigatur cũ declarationibus, & modificationibus in capitulo contentis, & quod quidquid præceſſerit ex dictis iuribus, incorporetur in iuribus Generalitatis cum declarationibus factis per ſuam Maieſtatem in Curijs celebratis anno 1604. quæ ſunt deſcriptæ in fine illarũ, & quod conuertatur, pro vt infra declarabitur. 1 Dictus Calafat, & Don Iacobus de Meſa, eius coadiutor, dictum officium adminiſtrarunt, & poſt mortem dicti Calafat, qui obijt in menſe Iunij 1627. dictus Don Iacobus, eius coadiutor exegit ſalariũ dicti officij per tempus vnius anni cum dimidio, nimirum ſolutiones trium *ſemeſtrium.* Vt conſtat ex tribus apochis, in proceſſu productis. 2

Dictus autem Gaſpar Ægidius Cordoua obijt, in fine anni 1629. & deputati Regni Valentiæ dictum officium Alcaidię, & adminiſtrationis fabricæ, foliorum luſoriorum, & iurium niuis, conceſſerunt Iacobo Molla, tanquam officium vacans; & cũ prætenderet Franciſcus Cordoua, quod tanquam coadiutor in eo, cũ futura ſucceſsione ad ipſum ſpectabat; ſub ſyndicus Generalitis Regni petijt in Regia Audientia declarari, tanquam vacans, i potuiſſe dictum officium, per dictos deputatos concedi, & ita fuit declaratum ſententia in Regia Audientia Valẽtina lata, & publicata per Franciſcũ Paulum Alreus die 28. Iunij 1630. & ſic fuit excluſus ab adminiſtratione dicti officij dictus Frãciſcus Cordoua, qui à dicta ſententia ſupplicauit, & cauſam introduxit in hoc Sacro Supremo R. Conſilio, quæ mihi commiſſa fuit.

In hac ſupplicationis cauſa vnus ex dominis dicebat: Primo iuxta c. 6. declarationum factarum per ſuam Maieſtatem fororum anni 1604. ſupra relatam in verſic. Item quod deputatis conceſſum eſt nominare perſonas ad exercendum officia neceſſaria pro bono regimine iurium impoſitorum in dictis Curijs: ergo à fortiori potuerunt pro bono regimine eorundem, & vt melius adminiſtretur dare Gaſpari Ægidio Cordoua, adminiſtratori dictorum iurium impoſitorum in folijs luſorijs; & in niue coadiutorem, ſiue adiunctum cum futura ſucceſsione, dictũ Franciſcum Cordoua: nam cui licet quod

quod eſt plus, licet, & quod eſt minus. iuxta regul. cui licèt de regulis iur. in 6.

Secundo: Aduocatus dicti Cordoua allegabat in foro 162. curiarum anni 1626. ſupra relato. Tria Brachia Regni diuerſa ſupplicaſſe, & inter alia quod: Iacobus Antonius Calafat, & Gaſpar Ægidius Cordoua, cum ſuis adiunctis, qui erant D. Iacobus de Meſa, dicti Calafat, & Frāciſcus Cordoua, dicti Gaſparis Ægidij Cordoua, remanerent in dictis officijs, vita eorum dumtaxat durāte, & licet ſua Maieſtas in decretatio
3 ne dicti fori, expreſſe aliqua petita conceſſerit, non tamen cenſetur alia
4 denegare: ſed reſponſum Regium redditum ſub illis verbis: *Placet ſuæ Maieſtati, &c.* ſupra relatis trahitur ad omnia ſupplicata iuxta l. 1. C. de diuerſis reſcrip. cuius verba ſunt. *Si libellum de communi cauſa tu, frater vè tuus dediſti, quamuis reſcriptū ad vnius perſonam directum ſit vtique tamen proſpectum eſt.* Per quem text. dicit Caualcan. in tract. de tutore, & curat. num. 94. in fin. tom. 8. tract. part. 2. fol. 338. quod quando ſtatutum for
5 mat duas quæſtiones, & reſpondet ſolum ad vnam; iſtud idem reſpondetur ad aliam: cum igitur in dicto foro 162. fuerit petita prorrogatio exactionis vectigalium, & confirmatio adminiſtratorum eorumdē iurium, quòd videntur connexa, cōceſſa prorrogatione exactionis vectigalium, cenſetur etiam conceſſa cōfirmatio officij adminiſtratoris, in perſonam Gaſparis Ægidij Cordoua, & coadiutoriæ, cum futura ſuc-ceſsione in perſona dicti Franciſci Cordoua.

Tertio idem probatur in l. Titia 134. §. idem reſpondit vltim. ff. de verbor. oblig. cuius verba ſunt. *Idē* 6
reſpondit: quotiens pluribus ſpecialiter pactis, ſtipulatio vna omnibus ſubijcitur: quamuis vna interrogatio, & reſponſum vnum ſubijciatur; tamen proinde haberi ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent. Vnde cum plura fuerat per dicta Brachia Regni ſupplicata in dicto foro, licèt ſpecificè ſiue indiuiduo non reſponderit Regia Maieſtas videtur ſufficere reſponſio facta verbis, ſupra relatis, num. 11.

7 Quarto: cum in dicto foro plura fuerint petita, & in declaratione dicti fori, ſint adiecta illa verba: *Placet ſuæ Maieſtati;* licèt poſtea ſit adiecta numeratio aliquorum, in dicto foro comprehenſorum, non videtur minuta reſponſio, iuxta textum in l. quæſitum 12. §. final. ff. de fundo inſtructo, cuius verba ſunt:
8 *Si quis fundum, ita vt, inſtructus eſt, legauerit, & adiecerit: cum ſuppellectili, vel mancipijs, vel vna aliqua re, quæ nominatim expreſſa non erat, vtrum minuit legatum adijciendo ſpeciem; an vero non quæritur. Et Papinianus reſpondit: non videri minutum: ſed potius ex abundanti adiectum.*

9 Quinto facit: nam initium dicti fori, ſiue conſtitutionis, generale eſt & ita non debet reſtringi eius diſpoſitio ad contenta in decretatione, l. regula 9. §. fin. ff. de iur. & fact. ignorant. ibi: *Nam initium conſtitutionis generale eſt.* & ibi gloſſ. inquit: *Nota quod ſi initium eſt generale, & tota lex*

ge-e-

generalis eſt. Per quem text. inquit Gaſp. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1.
10 quæſt. 1. num. 1. quod diſpoſitio ampliatur, & reſtringitur iuxta præfatio-
11 nem, idque obtinere in ſtatutis, & dictis principium: in quibus præfatio operatur, ad conſiderandam legiſlatoris rationem. Et per dictum text. idem dicit Imol. in l. ſi quis ita in §. ea lege, num. 9. ff. de verbor obligat. Quem, & alios refert & ſequitur D. Ioannes del Caſtillo, quotidianarum controuerſiar. iur. lib. 2. cap. 21. nu. 98. & 99. fol. 199. & Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 3. ait
12 hęc verba: *Quando enim proœmium eſt generale: quamuis poſtea, ſubijciantur verba ſpecialia; tamen virtute proœmij generalis reſultat etiam generalis diſpoſitio, l. regula, circa fin. ibi: nam initiũ conſtitutionis generale eſt, ff. de iur. & fact. ignorant. per quem text. dixit Bartol. in proprio loco, quem ſequuntur communiter ſcribentes, quod ſi præfatio legis ſit generalis, lex ipſa generice intelli-*
13 *genda eſt: quamuis in ſequentibus ſpecifice diſponat, dixit etiam Bald. ibidem: quod præfatio legis dat intellectum toti le-*
14 *gi Curt. iun. qui pulchre loquitur in propoſito, conſil. 185. num. 1. idem conſil. 374. num. 1. & 2. Baptiſta de Villalobos lib. commun. opinio. litera P. numer. 344. vnde pulchrè dicebat Zaſius in l. cum qui, ff. eod. titul. quod præfationes*
15 *præſtant lumen diſpoſitioni, & per eas tollitur incertitudo.*

16 Sexto: quamuis per legem pactionatam, ſiue forum Regni prohibitũ eſſet, facere coadiutorias, ſiue adiũctiones, cum futura ſucceſsione in officijs diputationis quale erat illud, quod habebat Gaſpar Ægidius Cordoua, in quo per diputatos Regni fuit datus adiunctus dictus Franciſcus Cordoua, & adiunctio eſſet nulla, tamen ex quo fuit confirmata per Regiam Maieſtatem, propter bonũ publicum, potuit valere, ad quod allegabat Aduocatus dicti Cordoua, quę ſcripſi in deciſ. mea Valentina 34. num. 27. cum ſeq. lib. 1. his ver-
17 bis: *Quarto Princeps, legibus poſitiuis eſt ſolutus, l. Princeps, ff. de legibus, & tantum obligatur lege naturali, & diuina, quæ præcipiunt, vt ſit cuſtos iuſti, & proſpiciat bono publico.* Publicam autẽ vtilitatem, in eo verſari dicebat: quod eo motiuo deputati dictam adiunctionem fecerunt, cum futura ſucceſsione, quod cum ea exiſtentibus pluribus perſonis, ad miniſterium dicti officij: melius adminiſtraretur exactio vectigalium, & ita, quamuis forus eſſet lex pactionata, potuit ex cauſa publicæ vtilitatis, Rex cum ea diſpenſare: quia ex cauſa publicam
18 vtilitatem concernente, poteſt contrauẽnire contractui, l. ſi quis in graui, §. vtrum, verſic. Hi quoque, ff. ad 5. cap. Syllanian. & late probat Surd. conſil. 210. num. 29. & 30. lib.
19 2. vbi ait: ratione vtilitatis publicæ multa permitti contra iuris regulas, & ex hac cauſa reuocari decretum,
20 quod tranſiuit in contractum, & ita videmus factũ fuiſſe in Regia pragmatica publica, Valentiæ die 15. Aprilis 1614: Rex mãdauit: ſuſpendi executiones inſtatas, virtute, cenſualiũ, pro bono publico populationis Regni, contra diſpoſitum in foro 56. de iure emphith. & in foro 20. prætermiſſo.

miſſorum, poſt foros anni 1552. Ad-
21 debat Aduocatus dicti Cordoua:
Regem poſſe derogare ſtatutis: quia
ſunt ius poſitiuum. Bald. conſil. 187.
col. 2. verſic. Sed quid, volu. 2. etiam
22 ſtatutis iuratis. Gozad. conſil. 70. col.
2. Princeps eſt ſupra ius poſsitiuum,
& illud tollere poteſt, etiam ſine cau
ſa, de plenitudine poteſtatis, l. Prin-
ceps, ff. de legib. l. dign. vox. C. eo-
dem, cap. propoſuit, de conceſsione
Præbendæ, cap. 1. de conſtit. in 6. Et
ego dixi in mea deciſ. Valentina 34.
num. 31. lib. 1. & melius deciſ. 144.
num. 21. 23. & ſeqq. lib. 2.

23 Septimo: Rex confirmauit coad-
iutoriam conceſſam Franciſco Cor
doua, cum futura ſucceſsione in of-
ficio, quod adminiſtrabat, & exerce-
bat Gaſpar Ægidius Cordoua, eius
patruus, conceſſam, ſiue factam per
Diputatos die 31. Aprilis 1616. & vir
tute dictæ confirmationis debet va-
lere, quamuis alias, eſſet nulla, tam-
quã facta per Diputatos, non haben
tes facultatem, ad concedendam di-
ctam coadiutoriam, l. adoptio 38. ff.
24 de adopt. ibi: *Adoptio non iure facta, a*
Principe confirmari poteſt Oldrald. cõ
ſil. 257. n. 12 vbi pluribus confirmat,
& latiſsime Tuſchus, in verbo con-
firmatio, concluſ. 710. tom. 2. p. 165.
Creſcent. deciſ. Rotæ Rom. vnic. de
confirmatione vtili, vel inutili, his
25 verbis: *Rex Franciæ, tunc Dominus*
Ducatus Mediolani. Id eſt poſſeſſor,
quod ſufficit ad c. querellam, extra
de elect. Et in conſultationibus de
iure patr. confirmauit quandã dona-
tionem, per feudatarium, de quodam
Caſtro Placentino, ſine eius cõſenſu,
& ſic nulliter factam ad c. t. §. do-
nare, qualiter olim feud. alien. pot.
& dicebat alienationem prędictam,
alias validam, & intelligitur valida,
alias quam ex defectus ipſius conſen
ſus, ad l. qua propter de leg. præſt. d.
& ideo, licet nullam, defectu cõſen-
ſus domini, eius confirmatio valida-
uit, ſecundum omnes, ad conſi. 88.
Gemin. colum. penult.

26 Sed his non obſtantibus, contra-
rium fuit deciſum.

Primo: quia gratia coadiutoriæ, ſi
ue adiunctionis in officio perpetuo
Deputationis, quod Gaſpar Ægi-
dius Cordoua gerebat, facta per De
putatos in fauorem Franciſci Cordo
ua die 31. Aprilis 1616. fuit ipſo iure
nulla: quia facta contra legem Reg-
27 ni: hoc eſt forum 97. Curiarum an-
ni 1604. ſupra relatum, in quo dici-
tur: eſſe ipſo foro nullam, & dictũ
decretum irritans, inficit titulum, &
poſſeſsionem. Bellamera deciſ. 536.
Caſador. deciſ. 1. num. 2. & 3. de re-
ſtitut. ſpoliat. Anton. Gabr. lib. 6.
commun. titul. de clauſ. concl u. 3. n.
50. Marta de clauſ. part. 1. clauſ. 255.
num. 6. his verbis. ¶ Hæc clauſula
annullat actũ ipſo iure, contra factũ
Menoch. in conſil. 8. vol. 1. Gomez.
in tract. de gratijs expectat. n. 18. & n.
19. Felin. in cap. cæterum, n. 19. de reſ
cript. doct. in Clem. de conceſ. præb.
Crot. in conſi. 220. col. 2. & ſeqq. vo.
2. Dec. in conſ. 275. num 9. Burſat. in
conſil. 82. n. 21. vol. 1. Felin. in conſ. 31.
n. 21. verſi. Secunda via. Idem Mar-
ta in eadem clauſul. num. 8. ſubiun-
git hæc verba. ¶ Item inficit poſſeſ-
ſionem, & titulum. Rota deciſ. 2. de

huius Regni Gubernatoris, & ego cauſam prædicti Principis egi, tam in iudicio Prætorum Curialium, Scriba Ioanne de Payua: quam in iudicio expeditorum grauaminum, Senatus ſupplicationis, & fuit lata ſententia contra officialem prouiſum, per illum gubernatorem temporalem Prioratus de Crato in fauorem procuratoris Principis Alberti, anno 1592. Scriba Fernando Maciel.

33 Et Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 1. cap. 25. numer. 5. verſic. Non enim, ita ait. Non enim poteſtas maioratus poſſeſſor, de futuris in præiudicium ſucceſſoris diſponere, nec ipſum ſucceſſorem ſupplantare, præueniendo ante tempus, cum habeat dominium, ad vitam reſtrictum & limitatum, vt ſuperius dictum eſt, idque in Prælato dixit Innocent. in cap. 1. ad fin. de maiorit. & obedi.

34 Et magis in terminis ſcribit Don Garcia Maſtril, de Magiſtratib. lib. 1. cap. 25. num. 13. procedere in habentibus officia temporalia, his verbis. ¶ Amplia ſecundo in Decurionibus temporaneis, eligentibus, eo maxime, ſi electio collata eſſet in tempus, quo alij in eodem officio tempore vacationis reperiantur, vt in ſpecie dixit gloſſa, vbi Iaſon, in l. eum qui, in verbo, Magiſtratum, ff. de iuriſdicti. omnium iudicum, optimus text. ſi bene aduertatur, in capit. fin. verſic. Tempus regiminis, de iudic. vbi Butr. late, & Aretin. in 6. notabil. ibi tempus regiminis: quid enim aliud
35 iudicant Doctores per iſta verba, niſi quod regiminis tempus durat, ipſi creare poſſunt, quo elapſo: quia illud tempus venit, recuperabiliter fiet, quo tunc non facto, caſus vacationis ſucceſſoribus præiudicare non poſſit. Idem dixit Bartolus in l. 2. ff. de optione legata, Bald. in l. ſi cum dies, §. ſi contra, ff. de
36 recept. arbitr. vbi ait: Hanc eſſe communem omnium ſententiam & in l. leges, C. de legib. qui dixit: quod priores non ligant ſucceſſorem in officio. Afflict. in dict. §. minoribus, & in capit. 1. vbi etiam Andræas, numer. 18. qui ſucceſſores teneantur, numer. 61. 62. & 64. Socin. dict. conſil. 53. ſub numer. 4. volum. 3. ea etenim prouiſio, & ordinatio, collata in tempus inhabi-
37 le, non valet. Et paria ſunt aliquid non poſſe fieri, vel fieri, & confer-
38 ri in tempus inhabile, ad text. in l. quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt. l. ſi ſtichus ſeruus, ff. de manumiſſ. teſtament. Cagnol. in dict. l. fin. numer. 3. vbi etiam Salic. Afflict. in conſtitut: Regni officium Bauilorum. Capell. Toloſan. deciſ. 85. Riminald. & Iacobin. in dict. l.
39 eum qui. Idque confirmatur: nam officiales temporanei, præſentia tantum tractant, vel tractare debent, & non futura. ad textum, vbi eſt ratio, in l. omnium, ff. de procurator, & in l. item eorum, §. ſed ſi ita, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. inde dicebat Iacob. Butr. in dict. l. eum qui: quod ille text. facit contra Re-
40 ctores, qui vltima die ſui regiminis eligunt cuſtodes caſtrorum, qui poſt finitum regimen, debent durare. in

eodem officio, quod facere non poſſunt. Vincent. de Franch deciſ. 393. 41 num. 5. vbi loquitur in Prorege, qui non poteſt prouidere officia vacatura poſt eius adminiſtrationem. Allegat Bald. in dict. cap. 1. qui ſucceſſor. teneant. & in l. emptorem, verſi. quæro quod in ſucceſſore, C. locat. vbi ait: quod in ſegetem ſucceſſoris non potuit falcem immitere antceſſor, niſi acceſſerit cõcenſus poſſidentis officium, ad text. in dict. l. fin. in fin. vbi Cagnol. in ſpecie numer. 56. C. de pact. & text. in dict. cap. 1. qui ſucceſſ teneant. Et ibi Andræas, Afflict. & cæteri. Hactenus Maſtrill. vbi ſupr. Et Gratian. diſcept. forenſ. 1. part. capit. 167. in princip. vſque ad nu. 6. ita ait: ¶ Quod
42 officia tabellionum, vel aliorum officialium, quæ debent prouideri per Epiſcopos, ſeu alios cum dubitaretur: an poſsint per eos concedi, vltra illorum vitam, dixi: ſeruandam opinionem negatiuam. Epiſcopus
43 enim, aut ſimilis officialis non poteſt grauare ſucceſſorem. Bartol. in l. ambitioſa, column. 2. in princip. verſic. Et ex his poteſt colligi, num. 5. de decret. ab ordin. facien. Bald. in cap. vnic. colu. 1. verſic. Nota, quod Prælatus, num. 3. & verſic. Et adde. nu. 5. qui ſucceſſor. feud. dar. tenean. Gabr. de iure quæſito non tollend. concluſ. 5. numer. 6. verſic. Tertio
44 limita. Præſertim: quia par in parẽ non habet imperium, l. nam & Magiſtratus 4. de arbitr. Bald. in l. digna vox 4. in fin. numer. 3. in vet. no
45 tabili, C. de leg. Et quia non licẽt alicui conferre ſuam diſpoſitionem, in tempus, in quo non poteſt facere actum, l. quod ſponſæ, de donationib. ante nupt. Doctores in dict. l. eum qui, §. iudicare debere, de iuriſdiction. omnium iudic. Et ita in ſpecie de Notario cõcludit Afflic. deciſ. 101. in princip. & eſt deciſio Rotæ, coram Cardinal. Lanellot. Roman. officij æſtimatoriatus 24. Aprilis 1570. vbi de Conſeruatoribus vrbis, qui non poſſunt conferre officia in præiudicium ſucceſſorũ.
46 Ideo fuit declarata nulla coadiutoria, data habenti officium æſtimatoriatus: quamuis interuenerit conſenſus coadiuti, quia talis conſenſus operatur ſolum, vt illi præiudicetur, & excludatur votum captandæ mortis: non autem vt per eum occurratur præiudicio ſucceſſorum, quibus non poteſt præiudicari per anteceſſorem. Socin. loquens de prioribus Ciuitatum, conſil. 53. lib. 3. alias 288. minor. num. 4. lib. 2.

47 Per mortem autem dicti Gaſparis de Cordoua, cui fuit datus dictus Franciſcus Cordoua coadiutor, cum futura ſucceſsione, officiũ dicitur vacare. Ita Put. deciſ. 226. lib. 3. n. 3. ibi:
48 *Item per mortem coadiuti beneficium dicitur vacare, cum coadiutoria non detur niſi durante vita coadiuti*, Et numer. 12. ibi: *Sed in coadiutoria iſta fictio non vacationis, fieri non poteſt*. Et in illa deciſione dicit Puteus numer. 1. & 2. fuiſſe per omnes concluſum in vna Germana, ſtantibus verbis concordatorum Germaniæ, maxime illis: quod per quamcumque
49 aliam reſeruationem, &c. Papã conceden-

cedendo coadiutorias, cum futura ſuaceſsione, in omnibus mēſibus, cōcordatis contrauenire. Et n. 8 ad hoc probandum, hoc vtitur argumento. *Et niſi dicamus, quod verbum reſeruatio procedens, excludat reſeruationem, etiam de conſenſu; certe parata eſſet via, qua concordata eluderentur: videlicet: quia quilibet conſentiret, vt Papa Beneficium, pro ſuo Nepote, vel conſanguineo poſt vitam ſuam reſeruaret.*

Ex quibus concludendum eſt, in caſu noſtro, non potuiſſe Diputatos, dictā concedere coadiutoriam, cum futura ſucceſsione, in prçiudiciū Diputatorū ſucceſſorum, in quorū regiminis tempore, vacauit hoc officiū. Tamen ſupremū Conſiliū non decidit hunc caſum, ex hoc fundamēto, quod amplius examinandum eſt, ſi caſus euenerit, vbi non adſit prohibitio, vt extat in caſu noſtro, faciendi coadiutorias, cum futura ſucceſsione: ſed quia in noſtra ſpecie, per le-
50 gem Regni, expreſſe eſt prohibitum: in officijs perpetuis Deputationis facere huiuſmodi coadiutorias, cum futura ſucceſsione, vt dixi in primo fundamento, fuit declaratum: eam de qua agitur, eſſe nullam.

Tertio: quoniam licèt tria Brachia, ſiue Stramenta Regni ſuæ Maieſtati ſupplicarunt, inter alia, in foro 162. Curiarum anni 1626. vt dictam coadiutoriam approbaret, ita vt poſt obitum dicti Gaſparis Ægidij Cordoua, dictus Franciſcus Cordoua, filius eius fratris, dictum officium per totum tempus eius vitæ, adminiſtraret: tamen Dominus noſter Rex, in decretatione dicti fori, alia conceſsit, & reſpectu huius capitis nihil reſpondit. Et ita cenſetur de-
51 negaſſe: quia conceſſo vno, de duobus petitis, aliud videtur denegatum Bartol. in l. legata in vtiliter, in fin. ff. de legat. 1. Afflict. deciſ. 298. numer. 4. Barboſ. in l. cum prætor 12. in princip. num. 48. ff. de iudic. fol. 114. his verbis: *Similiter ſi illa cui con-*
52 *ceſſa fuit reformatio ſtatutorum, & certa confirmauit, reliqua videtur reprobaſſe. Et è contra, l. Tribunus, §. fin. infra de militat. teſtament. Bartol. & alij in l. legata in vtiliter, infra de leg. 1. Felin. capit. non ne, numer. 1. de præſumption. Afflict. deciſ. 298. numer. 4. declarando, vt per Iaſon. l. maritus, numer. 10. C. de procuratorib.* Et probatur in dict. capit. non nè, de præſumptionib. cuius verba ſunt: *Non ne benedicimus: quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Reſpondit Ieſus. Ego demonium non habeo.* Duo quippe illata fuerunt, vnum negauit, alterum tacendo, conceſsit.

Nec obſtat in contrarium adducta.

Ad primum enim reſpondetur,
53 regulariter verum eſſe, cui licèt, quod eſt plus, licere quod eſt minus, iuxta regul. cui licet, de regul. iur. in 6. illa tamen regula, in aliquibus caſibus limitatur, vt videre eſt per Dynum ibi n. 4. 5. 6. & 7. licèt enim
54 Curialis poteſt donare prædia: ſed non vendere, l. 5. C. de prædijs Decurionum, ſine Decret. pariter,
55 licet quis poſsit reuocare procuratorem in totum; non tamen in parte, l. in cauſa 27. ff. de procuratorib. &
56 pariter, licet tutor habeat decretum

Prætoris, ad vendendum prædia mi
noris; non tamen poteſt ea obliga-
re, l.ſi pupillorum 7. in §.ſi Prætor,
ff. de rebus eorum: quando enim
57 eſt diuerſa ratio, quãuis liceat quod
eſt plus, non poteſt facere, quod
eſt minus. Et ita licèt Diputati poſ-
ſint conferre officia Diputationis,va
cantia in ſuo triennio, non tamen
poſſunt dare coadiutorem, cum fu-
tura ſucceſsione in officio, quod
non vacat: quia eſſet in præiudicium
Diputatorum ſucceſſorum,ad quos
ſpectat prouiſio officij ſuo tempo-
re vacantis; & eſſet ſupplantare ſuc-
ceſſorem, quod non licet vt probat
58 Molin. de Hiſpanorum primogen.
libr. 1. capit. 25. num. 5. verſic.Non
enim, vt dixi ſupra num.27.cum ſe-
quentib.

59 Nec obſtat ſecundum,deſuptum
ex l. 1.C.de diuerſ. reſcript.cui reſpõ
dit Paul. Caſtrenſ. dicendo: ſpeciale
eſſe in caſu illius legis, propter tria;
Scilicèt, quod reſcriptum erat iuſti-
tiæ, & non gratiæ, & quod parum
erat præiuditiale, ſcilicet, delegatio
Iudicis: & quia conceſſum in caſu
communi. Et quodcumque iſtorum
deficeret: ſecus. eſſet & Albericus
in eadem l. ait:quod ipſi petitio Prin
cipi porrecta fuerat communis, &
de re communi ſibi, & fratri: alias
ſecus in l. 1. C.ſi in cõmuni, eadem-
que cauſa, in integr. reſtitut. poſtul:
60 & ibi refert Cynum, dicẽtem:quod
ſi duo dederũt ſupplicationem cõ-
munem, pro priuilegio impetrãdo,
& reſcriptum concedatur in perſo-
nam vnius, quod non proſit alteri.
l. priuilegia 156. de regul. iuris, &
Bald. in eadem. leg. 1. C.de diuerſ.
reſcript. numer. 2. ita ait: *Quædam*
61 *ſunt connexa, & quæ procedunt per*
eandem rationem, tunc quod de vno con-
ceditur, videtur de alijs concedi: quæ-
62 *dam ſunt ſeparata, tunc quod de vno cõ-*
ceditur, de alio omitti videtur. Vt in l.
ſi maritus, C. de donatio. inter vi-
rum, & vxorem. Et Bart. in dict.
l.1. num.2. contra diſpoſitum in ea-
dem lege opponit, quod ſi quis in-
terrogatur de duobus, & de vno
63 reſpondit,de alio non videtur reſpõ-
dere, l. quod ſi minor, §. ſi ſeruus,
ff. de minor.l. 4. de condition. furt.
cap. non nè, extra de præſumpt. &
ſoluit dicendo,quod in d.l. 1. C.de
aduerſ.reſcript. eſt rationis identitas:
ibi diuerſitas:Quæ omna verificãtur
in caſu noſtro.& ita d.l.1. nõ obſtat.

64 Ad tertium reſpõdetur:text. in l.
Titia,§. idẽ reſpondit vltimo,ff. de
verbor.obligat.loqui in diuerſo caſu
ſcilicet, quando vnica eſt reſponſio,
vel vti ſi indecretatione dict.fori 162.
fuiſſet dictum. Placet ſuæ Maieſtati,
quæ reſpõſio contineret omnia ſup-
plicata; diuerſimode tamen reſpon-
dit Rex ſupplicatis in dicto foro quę
dam expreſſe concedendo, reliqua
verò, tacite negando.

65 Ad quartum reſpondeo:ideo nõ
diminui legatũ,ex adiectione ſpeciei,
comprehenſæ in genere,in caſu legis
quæſitum 12. §. fin. ff. de fundo in-
ſtructo, quia ibi fundus inſtructus
erat legatus: & ſic omne compre-
henſum in genere fundi inſtructi.
Vnde nihil mirum, ſi expreſsio
ſpeciei facta poſtea, non diminuat:
ſecus tamen eſt, in caſu noſtro:
quia

quia in decretatione fori 162. non reſpondit Rex: quod placebat ſuę Maieſtati: & per conſequens non fuit comprehenſum genus, & reſpõſum non cõprehendebat omnia ſupplicata, deducta, ſupra num. 10. ſi autem Rex reſpondiſſet: quod placebat ſuę Maieſtati: quamuis poſtea adieciſſet verba, contenta in decretatione dicti fori, ſupra relata, num. 11. vt ſi poſt illa verba: placet ſuæ Maieſtati adieciſſet: & quod continetur, &c. Tunc expreſsio partis eorum, quæ ſupplicata fuerunt, non diminueret conceſsionem factam omnium, quę per Brachia Regni ſupplicata fuerũt, iuxta text. in dict. l. quæſitum, §. fi. de fundo inſtructo.

66 Nec obſtat quintum: quia licet verum ſit, ex proœmio legis, vel diſpoſitionis teſtatoris colligi mentem diſponẽtis, vt amplietur, vel reſtringatur diſpoſitio dubia, ex ratione expreſſa in proœmio; tamen quando verba diſpoſitiua ſunt clara, non ſta-

67 tur dictæ coniecturæ. ita Cardinalis Tuſch. in verbo proœmium, concl. 892. num. 98. & idem num. 103. ſub

68 iungit hæc verba: *Limita quando omnes caſus deciſi poſſunt comprehendi ſub ratione proœmij: alias non. Iaſon. conſil. 1. num. 7. verſic. Et per hoc non obſtat; lib. 1. ſequitur Apoſtill. ad Alexand. conſil. 143. lib. 6. in verſic. finalem, Et idem eſt de mente, Lap. allegat. 101. num. 24.* Et in caſu noſtro, verba decretationis dicti fori, ſunt clara: quia ſua Regia Maieſtas reſtringit conceſsionẽ ad expreſſa, & ita tacite alia cenſetur denegaſſe.

69 Secundo: melius reſpondeo ex ratione deducta in proœmio dicti fori 162. nimirum, ex verbis relatis ſupra, ante num. 1. verſic. Tria Brachia, non poſſe ampliari diſpoſitionem, vt comprehendat conceſsionẽ coadiutoriæ, infauorem dicti Franciſci Cordoua; quia intentio Regni fuit, ne expiraret impoſitio vectigalium, quę fuit facta in curijs anni 1604. pro bono publico, & id circo ſupplicauit ſuæ Maieſtati, vt eadem iura exigerentur vſq; ad ſolium proximarum Curiarum. Et hæc ratio proœmij non comprehendit conceſſionem coadiutorię, cum futura ſucceſsione, in perſona dicti Franciſci Cordoua in officio, quod gerebat eius patruus Gaſpar Ægidius Cordoua. Et ſic ratio, in contrarium adducta, caſui noſtro non aplicatur.

70 Nec obſtat ſextum: quia imò leges pactionatę obligant Regem, & ſucceſſorem in Regno, & non poſſunt reuocari. Ita conciuis meus Belluga, rubr. 1. de Curia, num. 12. & apertius rubr. 2. num. 2. poſt mediũ; vbi inquit: quod Princeps, & eius

71 ſucceſſores ligantur, iuxta cap. 1. de probationib. Innocet. in cap. nouit de iudicijs. Et Bellug. nume. 3. ſubiungit; quod hoc habet communis ſchola legiſtarum, pro Euangelio: quod lex, quę tranſit in contractum efficitur irreuocabilis. Et præter ibi allegatos, tenet Decius in cap. 1. in

72 2. lect. num. 6. de conſtitut. Et multi relati per Camillum Borrellum, in addit. ad Bellug. dict. rubr. 1. num. 11. lit. N. Et dixi in mea deciſ. Valentina 21. num. 2. lib. 1. Don Garc. Maſt. de Magiſ. lib. 3. c. 2. num. 57. vbi

inquit: quod Princeps, dominium iu-
72 riſdictionis, per ſuum cōtractum
in tertium translatum, minime po-
teſt reuocare, vnire diuidere, vel ſup
primere. Quod latiſsime multis rela-
tis, bene confirmat Cancer. lib. 3.
variarum, cap. 3. de priuileg. num. 43.
Et ſic non potuit contra diſpoſitio-
nem fori 97. Curiarum anni 1604.
confirmare coadiutoriam, cum fu-
tura ſucceſsione in officio Diputa-
tionis.

73 Nec obſtat: quod dixi ſupra nu.
18. & in meis deciſionibus, ibi rela-
tis: Principem, ex cauſa publicæ vti-
litatis, vel propter bonum publicū,
poſſe legibus derogare: hoc enim, li-
cet verum ſit, vrgente maxima cau-
ſa boni publici; non tamen applica-
tur caſui noſtro: quia hic non verſa-
74 tur bonum publicum Reipublicæ, vt
verſabatur, propter expulſionē Sar-
racenorum in caſu relato, num. 20.
vbi tunc domini locorum, ſeu oppi-
dorum, quia non habebant vaſſallos
& fuerunt pauperati, redimere non
poterunt cenſualia, & expulſio facta
fuit pro bono publico, totius Regni.
Et ita Rex potuit dictum ſuperſed
mientum, in executionibus inſtatis,
pro eorum redemptione, prouidere
de poteſtatis plenitudine.

57 Nec verum eſt dicere: verſari vti
litatem publicam in confirmatione
dictæ coadiutoriæ; imò potius tales
coadiutorias cum futura ſucceſsione
in officijs Diputationis, eſſe contra
bonum publicum, intellexerūt Rex
& Regnum, quando fuit conditus
forus 97. Curiarum anni 1604. & ita
ſua Maieſtas, ad ſupplicationem to-
tius Regni, illas prohibuit fieri. Ex-
perientia enim docuit: eſſe contra bo
num publicum: nam non attendi-
tur, ad eligendum perſonam idoneā
ad adminiſtrationem officij: ſed ad
concedēdum tale officium perſonæ,
quæ aliquando non eſt idonea, ad
illud adminiſtrandum.

76 Nec recte applicatur caſui noſtro
quod dicitur: Regem poſſe deroga-
re ſtatutis, quæ ſunt ius poſitiuum,
ex quo Princeps eſt ſupra ius poſiti-
uum, l. Princeps, ff. de legibus: fo-
ri enim noſtri Regni non ſunt ſtatu-
77 ta: ſed leges generales totius Regni
& quādo ſunt factæ in Curijs, ſunt le
ges pactionatæ; habentes vim con-
tractus, & ſic tanquam de iure gen-
tium obligant Regem: & per conſe-
quens, non poteſt dici contra illas:
poſſe Regem diſponere, ſicut poteſt
facere contra ſtatuta: hæc enim ſunt
quæ facit vniuerſitas ciuitatis, vel op
pidi. Bart. in l. omnes populi, num.
4. & 5. de iuſt. Et tantum obligat vi
cinos dictæ Ciuitatis, vel oppidis
ſubiectos poteſtati ſtatuentuim, &
quia huiuſmodi ſtatuta non ſunt le-
ges pactionatæ, quæ in vim contra-
ctus, obligant Regem: ſed ſunt ius
poſitiuum, ſupra quod eſt ſua Regia
Maieſtas, poteſt ea tollere, vel con-
tra eorum diſpoſitionem diſpenſare.

78 Nec obſtat ſeptimum & vltimū:
quia licet verum ſit: actum, alias nul-
lum, poſſe per confirmationem à
Principe factam, validari; hoc tamē
intelligendum, quando Princeps ex
certa ſcientia, actum nullum confir-
mauit. Ita Caſtrenſ. conſil. 107. num.
3. in fin. verſic. Circa ſecūdum, vol. 2.
His

Digitized by Google

His verbis: *Sed quantum ad defectum, de quo præſentialiter agitur, qui non fuit Papæ ſpecificatus, imò fuit obreptum, & aſſertum contrarium, videlicet, quod ille Comes habebat poteſtatẽ legitimandi dictam legitimam, exceptio; quia erat de terris Eccleſiæ, non cenſetur.*
79 *Papa voluiſſe diſpenſare, nec talem defectum tollere: quia legitimatio, & diſpenſatio non porrigitur, ad defectus ſuppreſſos, ff. de in ius vocando, l. ſed ſi hac §. patrimonium, ff. de pecul. leg. l. cum Dominus. Iacob. de Aret. de nat. reſt. l. 1. & quod nu. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. titul. de clande. deſponſ. & qui filij ſint legitimi, ſuper rubr. facit cap. ex parte de offic. ordinarij, de ſent. excom.*
80 *cap. cum pro ea.* Tuſch. practic. concluſion. tom. 4. in verbo, confirmatio, concluſ. 710. num. 26. vbi dicit: confirmationem, actus nulli, ita demum conualidare confirmatiũ ſi defectus nullitatis exprimatur: ſecus tamen ſi tacet, & eſt incognitus confir
81 mãti. Et ita fuit deciſum in Rota Romana nemine diſcrepante. vt teſtatur Seraph. deciſ. 981. ante n. 1. & ibidẽ n. 1. reddit rationem; quia huiuſmodi confirmatio, tanquam laborans defectu intentionis, nihil operatur: vnde cum in confirmatione, facta per Dominum noſtrum Regem, coadtoriæ, ſiue adiunctionis, cum futura ſucceſsione, facta per diputatos, in fauorem dicti Franciſci Cordoua, non ſit expreſſus ille defectus: quod erat prohibitum per legem Regni, id fieri non potuit valere: deficit enim intentio Regis, confirmantis, niſi ſciuiſſet dictam prohibitionem fori 97. anni 1604. nullatenus dictam coadiutionem, cum futura ſucceſsione, confirmaſſet.

Ex quibus fuit declaratum in S. S. R. Conſilio bene fuiſſe prouiſum per Diputatos Regni Valentiæ; dictum officium in fauorem dicti Gerardi Molla, & illud nõ poſſe exercere dictum Franciſcum Cordoua. Et ita fuit pronuntiatum, me exiſtẽte Commiſſario dictæ cauſæ. Sententia publicata per Hieronymum Ricarte, Regij mandati ſcribam, die 31. Auguſti 1630.

DECISIO XL.

TEſtamentum nuncupatiuum, factum coram teſtibus, vt valeat debet conſtare: teſtamentum animum habuiſſe teſtandi, & de eius forma, obſeruanda, tam Valentiæ, quam Caſtellæ, & Barcinonæ in teſtamento Sacramentali. Et an teſtes in eo debeant eſſe maſculi, & de eorum, numero. Et ex quibus defectibus, non ſubſiſtat. Et plura in hac materia, & de defectibus teſtium.

1 *Forma tradita per forum 16. in rubrica de teſtam. in foro Valentiæ, fol. 149. explicatur.*

2 *Teſtamentum nuncupatiuum, qua forma confectum valeat in Regno Valentiæ.*

3 *Fœminæ poterunt eſſe teſtes in teſtamento nuncupatiuo Regni Valentiæ: ſed contra num. 23. cum ſeq.*

4 *Teſtamentum nuncupatiuum, in Regno Caſtellæ, qua forma confectum valeat.*

5 *Teſtes non rogati in teſtamento nuncupatiuo, fidem faciunt.*

Teſtium

6 *Teſtium numerus ſupplet eorum defectũ ac inhabilitatẽ. Et quid in cauſa graui. Num. 138.139.143. 144.*

7 *Conſuetudo vicinarum Prouinciarum, in dubio obſeruanda eſt. Et num.145.*

8 *Teſtamentum nuncupatiuum, in pluribus partibus Corone Aragonum, priuilegiatum eſt, in Regno Aragoniæ, & in ciuitate Barchinonæ, quæ eſt caput principatus Cataloniæ. Nu.9.*

10 *Teſtamentum nuncupatiuum, in Catalonia confectum, quomodo valeat, & quæ ſolemnitatis adhibeantur. Num. 11. & 148.*

12 *Teſtamentum nuncupatiuum Barcinonæ vocatur ſacramentale.*

13 *Teſtantium voluntas, ſemper inſpicienda eſt. Et quo modo ſit intelligendum 151.*

14 *Nullus eſt amor, qui vincat paternum.*

15 *Filij ſpurij à patre hæredes inſtitui non poſſunt, nec eis quidque relinqui, etiã per interpoſitam perſonam: Nu.165. & 167.*

16 *Spurius natus ex coniugato, & ſoluta, à Patre capere non poteſt.*

17 *Diſpoſitio verbo facta, ſi non poteſt ſuſtineri in vim inſtitutionis, valet in vim fideicommiſſi. Et numer. 160. 161. 162.*

18 *Appellationis cauſa, eſt deſerta; ſi non eſt concluſum in ea per biennium.*

19 *Fœminæ, in teſtamentis, non ſunt teſtes idonei. Et num. 25. & 186.*

20 *Mulier eſt fragilis, & corruptibilis. Et num.36.*

21 *Lex in actu præiudiciali, & in quo, ſæpè ſolent committi falſitates, de teſtimonio mulieris, non confidit.*

22 *Mulier varium, & mutabile teſtimoniũ ſemper producit.*

23 *Mulier in Regno Valentiæ ex diſpoſitione ſororum Regni, non poteſt eſſe teſtis in teſtamentis.*

24 *Inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem.*

26 *Statutum, ſeu lex diſponens; in aliqua Prouincia, quod ſufficiant in teſtamẽtis duo, vel tres teſtes, intelligitur de maſculis.*

27 *Legum correctio, in totum vitanda eſt.*

28 *Lex noua, vbicumque addit, vel de trahit legi antiquæ, lex noua recipit omnes reſtitutiones, & interpretationes, quas lex antiqua recipiebat.*

29 *Statutum diſponens: quod quinque teſtes ſufficiant, debent eſſe omni exceptione maiores. Et num.30.*

31 *Mutatum quod non reperitur ſtare non prohibet.*

32 *Teſtium numerus, in teſtamentis, licet mutetur; non tamen mutatur, quidque de qualitate eorum.*

33 *Teſtamentum factum a parochianis, coram præsbitero ſuo, & duobus, vel tribus teſtibus, eſt validum. Et quod intelligatur de teſtibus maſculis. Numer.34.*

35 *Fœmina non poteſt eſſe teſtis in omnibus caſibus, in quibus numerus teſtium eſt diminutus.*

37 *Fœmina, non dicitur teſtis idoneus.*

38 *Teſtes, ſex adminus requiriuntur in teſtamento nuncupatiuo Portugaliæ.*

39 *Teſtamentum redditur nullum, ſi vnus teſtis inhabilis, reprobetur, nec valet iure codicillorum. Et num.41.*

40 *Teſtium numerus, eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti.*

42 *Teſtes in teſtamentis debent eſſe rogati, etiam de iure Canonico. Num.43.*

44 *Teſtes non eſt neceſſe, vt rogentur, quod inter*

inter ſint in teſtamento tanquã teſtes ſed ſufficit eos rogare, vt inter ſint teſtes in genere.

45 *Teſtes in alijs actibus humanis, non eſt neceſſe quod ſint rogati.*

46 *In teſtamentis, maxime timetur fraus, & falſitas. Ideo adhibentur teſtes rogati, & non fortuiti. Et num.149.*

47 *Teſtes, ſi deponant fuiſſe præſentes quãdo quis fecit teſtamentum, non probãt legitime factum, niſi deponant fuiſſe rogatos.*

48 *Teſtium rogitus requiritur, vt appareãt verba, a teſtatore prolata, fuiſſe animo deliberato teſtandi; & non iocoſe. Et num.137.*

49 *Teſtes in teſtamento nuncupatiuo, debent eſſe rogati, vt in teſtamento ſolemni, Num.50. & de iure Canonico. Numer.51.*

52 *Teſtes non præſumuntur rogati, niſi probetur.*

53 *Teſtes, quod non ſint rogati in teſtamentis, videtur diſpoſitum per foros, in Regno Valentiæ.*

54 *Teſtes non oportet eſſe rogatos in teſtamento, condito in ſcriptis pœnes Notarium publicum.*

55 *Teſtamentum validum eſt, vbi Notarius dixit: talibus teſtibus adhibitis, & vocatis.*

56 *Teſtes vocati ſufficiunt, ſicuti rogati: & quod non ſint fortuiti.*

57 *Teſtator vocando Notarium, & eum rogando, vt recipiat ſuum teſtamentum ſatis declaratur habuiſſe animum teſtandi: ſecus in teſtamento nuncupatiuo, in quo ſi non rogauit teſtes, videtur, quod non habuerit animum teſtandi.*

58 *Teſtatorem, habuiſſe animum teſtandi, præciſſe conſtare debet. Et num.60. præcipue etiam in teſtamento nunenpatiuo, & Sacramentali Barchinone, vbi ita fuit iudicatum. Num.61.62.63.64.*

65 *Teſtamentum nuncupatiuum, coram teſtibus factũ, in quo teſtator non rogauit notarium, vt illud reciperet, nec teſtes rogauit, vt interuenirent nullum eſt.*

66 *Teſtamentum, in quo non interuenit ſolẽnitas, per quam conſtat de animo teſtãdi, præſumitur falſum.*

67 *Teſtamentum minus ſolemniter factum, præſumitur falſum, præſumptione iuris, & de iure.*

68 *Teſtamentum nuntupatiuum, debet habere teſtes valde idoneos, & omni ſuſpitione carentes.*

69 *Teſtamentum non ſubſiſtit, quando teſtator timore, quod in infirmitate non deſeratur, alium inſtituit, hæredẽ quam ipſe vellet.*

70 *Teſtandi animum, non præſumitur habere, qui habita copia notarij vt teſtetur inſcriptis, facit teſtamentum nuncupatiuum. Et num.108.*

71 *Teſtamentum conditum in ſcriptis, & intra triennium non reuocatum, cũ alio teſtamento in ſcriptis: præſumitur noluiſſe reuocare cum teſtamento nuncupatiuo. Et idem in alijs duobus caſibus. Num.72. & num.119.*

72 *Teſtamentum nuncupatiuum non præſumitur reuocare teſtamentum ſolemne, in quo nobilis teſtator, adiecit grauamen delationis nominis, & armorum.*

73 *Teſtes alumni hæredis inſtituti, non ſunt idonei in teſtamento nuncupatiuo.*

74 *Alumni ſolent obedire domino per fas, & nefas.*

75 *Domeſtici dicuntur omnes, qui viuunt ad vnum*

Digitized by Google

vnum panem, & vnum vinum. Et num. 81.

76 *Famuli, & ſeruitores, etiam liberi non admittuntur ad teſtificandum, pro eorum dominis.*

77 *Familiæ appellatione, etiam liberi homines continentur, qui bona fide alicui in ſeruiunt.*

78 *Liber homo, conuenta mercede ſeruiens, non eſt idoneus teſtis.*

79 *Teſtes in teſtamento, quod fit ſine tabellione, debent eſſe omni exceptione, maiores.*

80 *Teſtes dictum non valet, quando de ſuo proprio intereſſe agitur. Et commodū ſperat.*

82 *Teſtis iuratus, in parte falſus, in omnibus repertatur falſus, propter indiuiduitatem iuramenti.*

83 *Teſtamentum nuncupatiuum non valet, quando non eſt adhibitus notarius, & ſunt præſumptiones contra teſtmentū. Et num.* 84.

85 *Duo ſpecialia concurrere non debent.*

86 *Priuilegie non licet multiplicare.*

87 *Adiūcti ratione, purgatur defectus, quando adiunctus ſuſpicione caret.*

88 *Probationes imperfectæ iungi ſimul non poſſunt.*

89 *Teſtes, vt probent in teſtamento nuncupatiuo, debent à Iudice ſeparatim examinari, de loco, & tempore, ita vt vnus non audiatur ab alio.*

90 *Teſtes in teſtamento nuncupatiuo, debent teſtificari de die certo.*

91 *Teſtes non deponentes de loco, & tempore quando locus & tempus ſunt ſubſtantia actus, non probant. Et numer.* 101.

92 *Teſtes qui dicunt de loco, & tempore non recordari, creduntur ſuſpecti: etiam quod non ſint de ſubſtantia. Et numer.* 104.

93 *Teſtes ſingulares non probant. Et numer.* 96.

94 *Teſtes in teſtamento, quando examināʈur debent deponere de toto tenore teſtamenti, & debent eſſe conteſtes, ſuper circunſtantijs, alias non probant. Et num.* 95. 97. 98. 99. 100. 109.

102 *In teſtamento nuncupatiuo, tempus, & locus ſunt de ſubſtantia actus. Et numer.* 103.

105 *Teſtes varij non admittuntur, & præſumuntur falſi. Num.* 133.

106 *Teſtis depoſitio, ſi eſt inueroſimilis, ei non creditur.*

107 *Teſtibus plene depouentibus, poterit Iudex ex cauſa, non adhibere fidem.*

110 *Teſtes in teſtamento nuncupatiuo, eſt neceſſe, quod ſint præſentes toto teſtamento.*

111

112 *Teſtamentum eſt in indiuiduum.*

Teſtes in teſtamento debent concordare in formalitate verborum, & non per verba æquipollentia. Num. 113. *Licet aliàs ſufficiat, quod conueniant in ſubſtantia, licet deponant per verba diuerſa.*

113 *Teſtes ſi deponerent diuerſimode, præſumeretur pluralitas teſtamentorum, & vltimum tolleret primum.*

115 *Teſtes dicuntur ſingulares, nō ſolum quādo diſcordant in facto, & in ſubſtantia: ſed etiam ſi diſcordat in verbis.*

116 *Teſtamentum nuncupatiuum diſcordans in cortice verborum, non valet. Et numer.* 117.

118 *Teſtes domeſtici, in fauorem vxoris contrauenientes abinteſtato, non probant in teſtamento, in quo non interuenit Notarius.*

Teſtes

120 *Teſtamentum multo facilius ſubſtinetur quando aliud non præcedit, quam ſi aliud præcedat. Et 121. 122. 123. 124.*
125 *Teſtator diſponens, non habendo memoriam ordinatam, dat ſigna amentis.*
126 *Amentia præſumitur ex verbis, quæ quis profert.*
127 *Teſtes ſingulares, probāt dementiam.*
128 *Teſtamentum a demente factum, non valet.*
129 *Inſanitas mentis, in infirmo magis præſumenda eſt.*
130 *Teſtamentum imperfectū, licet valeat reſpectu liberorum; non tamen reſpectu vxoris.*
131 *Teſtes in teſtamēto, manu teſtatoris ſcripto inter liberos, nō requirūtur, niſi quo ad legata facta extraneis.*
132 *Poſitiones differunt ab articulis, quia per poſitiones, quis fateri videtur, id, quod ponit.*
133 *Hæres inſtitutus in teſtamento nuncupatiuo, quia facit publicare primum teſtamentum in ſcriptis conditum, præſumitur: quod exiſtimat ſecundum teſtamentum nullum.*
134 *Inimicitia probatur, ex quo quis mouet litem de omnibus bonis, recadentibus in hæreditate.*
135 *Inimicitia probatur ex quo, quis allegat aduerſarium teſtes falſos induxiſſe.*
136 *Quod nihil eſt, ſupplementum non recipit.*
141 *Perfectum, reſultare non poteſt ex pluribus in perfectis, in ſua ſpecie.*
142 *Teſtis, qui plures patitur defectus, nō admittitur, nec admiſſus, probat, etiā in caſu, quo veritas aliter haberi non poſsit.*
146 *Iudex debet cuncta rimari.*
147 *Fœminas teſtes eſſe in teſtamento, exorbitans eſt a iure communi.*
148 *Vbi non eſt clara diſpoſitio, recurrendum eſt ad ius commune.*
152 *Voluntas teſtatoris, ea valet, quæ tranſit in diſpoſitionem. Et num. 154. 155. 159.*
153 *Quod tacite agitur, pro expreſſo habetur, quomodo intelligatur.*
156 *Verba repræſentant hominis intentionem ſicut ſpeculum, faciem.*
157 *In ore, & in mente præſumitur vnum, & idem.*
158 *Loquens non ſentit, quod verba non ſonant.*
163 *Alimenta filijs ſpurijs debentur de iure Canonico.*
164 *Pater poteſt dotare filiam ſpuriam.*
166 *Ex lege dicitur, non tantum quod ex verbis: ſed etiam quod ex ſententia legis eſt.*
168 *De deſertione non curatur, quādo conſtat de bono iure partis, ex meritis proceſſus. Et n. 169. & 170. 171. 172. 173.*

PEtrus Solanes Domicellus Dominus Baroniæ de Cotes, ſitæ in Regno Valentiæ in via, quæ ducit ab vrbe, ad oppidū Algezire, nullos habens liberos, ſuū condidit ſolemne teſtamentum in ſcriptis anno 1516. in quo hæredem inſtituit Gregorium Solanes, filium eius fratris, & poſt eius mortē, Hieronymum, dicti Gregorij filium, & eius liberos, per lineam maſculinam; & linea maſculina deficiente Catherinam Solanes, & de Corella, dicti teſtatoris ſororem, & eius deſcendentes maſculos, vnum poſt alium, ordine primogenituræ ſemper ſeruato, in iuncto omnibus eius hæredibus,

bus, & ſucceſſoribus in dicta Baronia, grauamine delationis ſui nominis, & armorum de Solanes, abſq; mixtura aliqua, & vxori ſuæ Domnæ Iolanti Seruatò, tantum reliquit dotem, ei conſtitutam, & dotis augmentum, vulgo appellatum, creix. Poſtea proximus morti exiſtens in ſua Baronia, in vigilia Aſſumptionis Sacratiſsimæ Virginis Mariæ, anni 1519. coram ſeptem teſtibus, quatuor maſculis, & tribus fœminis, nulla facta mentione teſtamenti, per eum conditi, nec fratris, nec ſororis, nec deſcendentium ab eis; dixit coram dicta Domna Iolante, eius coniuge: quod eam relinquebat hæredem, & rogabat, vt curaret de Hieronyma, ei alimenta miniſtrando, & decenter eam in matrimonium collocando (erat autem dicta Hieronyma filia ſpuria teſtatoris) & tercentas libras, pro anima ſua reliquit, quas erogari iuſsit in eius ſepultura, in celebratione Miſſarum, in eleemoſinis & alijs pijs operibus, ad arbitrium eius vxoris. Quæ ſtatim mortuo marito, inſtauit publicationem teſtamẽto in ſcriptis conditi, per dictũ eius virum, & cum vidiſſet in eo tantũ ſibi reliquiſſe dotem, & augmentũ, rogauit dictos ſeptem teſtes, vt accederent, pro vt acceſſerunt ad iudicem ordinarium, & manifeſtarent quæ dictus Petrus Solanes, coram ipſis, & coram dicta eius vxore, verbo dixerat, nimirum, quod relinquebat hæredem dictam Domnam Iolantẽ Seruatò: & eã rogabat, vt curaret de dicta Franciſca, eam alendo, & decẽter in matrimoniũ collocando, & quod pro anima ſua, & funeris impenſa, legatum fecerat tercentarum librarum, & ex dictis ſeptem teſtibus, duo maſculi non referebant omnia, quæ teſtator diſpoſuerat, dicendo: quod non fuerunt præſentes, quando protulit omnia, de quibus alij teſtes depoſuerunt: & ita tantum remanebant quinq; teſtes, duo maſculi, & tres fœminæ, tenorem teſtamenti referentes in ſubſtantiam; non tamen verborum eorundem corticẽ exprimentes. Iudex ordinarius viſis dictorum teſtium depoſitionibus, in libris eius Curiæ, ſcribi fecit dictum teſtamentum nuncupatiuum, & nulla parte citata, declarauit: dictã Dõnam Iolãtem eſſe hæredem, & quod mitteretur in poſſeſsionẽ omnium bonorum, quæ dictus Petrus Solanes, tempore mortis poſsidebat, & de facto miſſa fuit in poſſeſsionem eorum. Cum hoc perueniſſet ad notitiam Hieronymi Solanes, primi fideicommiſſarij (quia Gregorius eius pater erat præmortuus) appellauit à declaratione facta per dictum iudicem ordinarium, & à mandato de mittẽdo in poſſeſsionem, & cauſam appellationis introduxit in Regia Audientia Valentina, dicendo: illud non eſſe teſtamentum nuncupatiuũ; ſed falſas eſſe teſtium depoſitiones, & ipſum, iure fideicommiſsi ſuccedere in dictis bonis, virtute teſtamẽti ſolemnis, in ſcriptis conditi. Et in hac lite multa allegauit, & probauit contra teſtes, & famulas Domnæ Iolantis (quæ erãt teſtes) appellabat falſarias, & quod in ductæ ab earum Domna, falſum teſtimonium perhibue-

buerant. dicta Domna Iolans ſuum condidit teſtamentum, in quo iuſsit, vt ſi dictus Hieronymus Solanes, ſuo hæredi reſtitueret dotem, & Frãciſcam, filiam viri ſui, competenter dotaret, & interim eidem alimenta præſtaret, iuxta qualitatem eius patris, quod dicta Baronia, & alia bona, quæ eius vir poſsidebat, tempore mortis, illico dicto Hieronymo Solanes reſtituerentur, & hæredem reliquit Ioannem Sanz, filium ſororis dictæ Iolantis, qui poſſeſsionem bonorum, quæ fuerunt dicti Petri Solanes, accepit, & poſtea, cum dicta Franciſca matrimonium contraxit. Inde curſu cauſę, D. Iolãs aſſeruit eius virum feciſſe dictum teſtamentum nuncupatiuum, in die Aſſumptionis Virginis Mariæ; nimirum eadem die, in qua teſtator obijt, quod pars aduerſa acceptauit, & in cauſa appellationis, dictus Hieronymus Solanes probauit cum teſtibus ſingularibus: dictum Petrum Solanes in vigilia, & die Aſſumptionis Sacratiſsimę Virginis Mariæ, anni 1519. verba in ſana protuliſſe, & inter alia vnus teſtis teſtatur: eum dixiſſe cuidam famulo: quod ambo, nimirũ, Petrus Solanes, & famulus erant bõbices, & quod ſe includerent in cellulis bombicinis (vulgo dictis Capells) & quod ibi morerentur, & poſtea reſurgerent, effecti columbæ paruulæ. Et teſtibus, per dictam Domnam Iolantem productis, poſuit interrogatoria, quibus reſpondendo conſtitit, productos ad probandum teſtamentum nuncupatiuum, eſſe ſingulares.

Dubitatum fuit, mere ferente, in Regia Audientia de validitate dicti teſtamenti nuncupatiui.

Pro parte dictæ Domnę Iolantis ad probandum dictum teſtamentũ validum, allegabantur ſequentia.

1 Primò, quod in hoc teſtamento fuit obſeruata forma tradita per forũ 19. in rubr. de teſtam. in foris Valentiæ, fol. 149. cuius verba ſunt. *Per foragitar los fraus, que es fan en los teſtaments nuncupatius, dels quals per lo fur del Senyor Rey en Iaume, poſat ſots rubrica de teſtaments, qui comença: Si teſtament, e lo fur del Rey en Marti poſat ſots ſemblant rubrica, qui comença: A declaracio, y millorament, declaram. que el teſtament en los dits furs mencionat, no age valor, o eficacia alguna, ſi doncs, no ſera fet en preſencia de cinc teſtimonis dins Deu Iorns, apres que el teſtament ſera fert, hajen a venir dauant lo iuſticia dela Ciutat, vila, o lloc, hon tal teſtament ſera feyt, e intimar al dit juſticia, com ells ſon teſtimonis de aquell teſtament: e lo dit juſticia, ab ſon notari, o dauant tres teſtimonis de continent reba en eſcrits, la diſpoſicio de dits teſtimonis ſeparadament, e rebuts aquells teſtimonis ſi el teſtador viura, tinga ſecretes aquelles depoſicions, tro que tal teſtador ſie mort, los quals teſtimonis de dit teſtament ſots pena de infamia, e de reſtituir lo dany, dins los deu dies vinguen dauant lo dit juſticia, e facen la dita intimacio.* Et ita in defectu dicit: 2 quod non valet teſtamentum nũcupatiuum niſi factum fuerit coram quinque teſtibus, qui intra decem dies debent accedere ad iudicem ordinarium loci, in quo fuit factum, & ei notum facere, ipſos eſſe teſtes dicti

dicti teſtamenti, & dictus iudex ordinarius, coram notario, & alijs teſtibus, debet examinare ſeparatim eoſdem, & in ſcriptis redigi facere eorum depoſitiones, quod factum fuit in caſu noſtro. Et dictus forus non dicit: quod teſtes debeant eſſe
5 maſculi. Et ſic poterunt tres ex illis, eſſe fœminæ, l. ex eo 18. ff. de teſtibus cuius ſunt verba. *Ex eo quod prohibet l. Iulia de adulterijs teſtimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur: etiam mulieres, teſtimonij in iudicio dicendi, ius habere.* Gin. ex eo 15. queſt. 3. vbi eadem verba referuntur, & in Regno Caſtellæ, iuxta l. 1. titul. lib. 5. Recopilat. in teſtamento, verbo, condito abſque tabellione, ſufficiunt quinque teſtes vicini, oppidi, ſiue loci, vbi conditur, vel ſaltem tres teſtes ſi ibidem plures haberi non poſſunt, & Ferdi. Menchaca de ſucceſ. creat. §. 30. nu. 26. verſic. In ſumma, dixit: iure Regio, fœminas poſſe eſſe teſtes in teſtamento. quia prope dicta lex, omnem ſolemnitatem teſtandi ademit, contenta legitima tantum probatione, quòd teſtimonium fœminę nunquam ademit, vt in l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam. Nec forus dicit: quod debeant eſſe rogati:
4 & ita non rogati fidem faciunt, l. ad fidem 11. eodem titul. de teſtibus. *Ad fidem* (inquit) *rei geſtæ faciendam; etiam non rogatus teſtis intelligitur.* Vnde cum in noſtro caſu, interuenerint ſeptem teſtes, licet non conſtet: fuiſſe rogatos, & tres ex illis, ſint fœminæ, ſufficere debent, iuxta dictum, forum, ad teſtamentum nuncupatiuum. Maxime, quod iuxta forum

8. de teſtamentis, non eſt neceſſe, quod ſint rogati ad validitatem teſtamenti.

6 Secundo nam licet aliqui, ex dictis ſeptem teſtibus, non ſint omni exceptione maiores, eorum defectus ſuppletur ex numero, cum ſint ſeptē & tantum requirantur quinque: regula enim eſt: numerum ſupplere defectum teſtium. Ita Farinac. de teſtib. quæſt. 62. limit. 18. nume. 309. his verbis: *Regula enim eſt: quod teſtium numerus, ſupplet eorum defectum, ac inhabilitatem, vt per gloſ. in l. teſtium fides, in verbo, numerus, ff. de teſtibus, Corn. in l. 1. num. 35. C. de teſtam. Menoch. in cap. 1. num. 7. ver. Item idem operatur numerus, de teſtibus, in 6. Iaſ. in authent. ſi vero contigerit, in 3. notab. C. de iudi. Alexand. conſil. 5. num. 6. lib. 1. Bellon. conſil. 63. num. 15. Crotus de teſtib. num. 193. verſi. Nota tamen. Ruinus conſil. 149. nu. 1, lib. 5. Marſil. ſing. 477. in princip. Corrad. in pract. §. 2. de offic. Prætor. in cau. ciuil. titul. de teſtib. verſic. Perſonas teſtium aggrediendo, in princ. num. 8.* Et ex his, & alijs, quos allegat, dicit: hanc opinionem eſſe communiter receptam.

7 Tertio, quia indubio conſuetudo viciniarum Prouinciarum obſeruanda eſt, cap. ſuper eo 22. in fin. extra de cenſibus, ibi: *Tibi diximus reſpondendū: quod illud obſeruare tenetur, quod in vicinis Prouincijs obſeruatur.* Et hoc teſtamentum nuncupatiuum, in pluribus noſtræ Coronæ Aragonum priuilegiatum eſt. Nimirum, in Regno Aragoniæ. Et refert Moli. in Repertor. ad foros Aragon. fol. 313. colum. 4. in fin. his verbis: *In teſtamentis*

Digitized by Google

tis de foro ſufficiunt duo teſtes, ſiue ſit teſtamentum cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura, & ſi teſtamentum factum eſt in eremo ſufficiunt duo teſtes, etiam ſeptem annorū; tamen in populato, debent eſſe legitimi teſtes, & in teſtamentis mulier poteſt eſſe teſtis, vide in obſeruantijs. Itē in Aragonia teſtes, &c. vti degener. priuile. to. Reg fol. 29. & aduerte, ne decipiaris in intellectu huius obſeruantiæ: quia nō intelligas: quod in omni teſtamento poteſt mulier eſſe teſtis: ſed loquitur iſta obſeruantia de teſtamento nuncupatiuo, quod patet per forum primum de tutoribus, fol. 24. quem allegat dicta obſeruantia, qui forus loquitur de teſtamentis nuncupatiuis.

9 In Ciuitate Barchinonę, quæ eſt caput Principatus Cathalonię, eſt aliud teſtamentum, appellatum ſacramentale, de quo meminit Cancer. tom. 3. variarum, cap. 20. de legat. num. 409. ibi: *Quoniam in Cathalonia non habemus ius municipale, quod expreſſe deroget in eo, iuri communi, niſi Barchione per priuilegium, recognouerunt proceres.* Et teſtamentum Barchinonæ, de quo loquitur ibi Cancerius, eſt illud, quod continetur, in titul. de las Conſuetuts, y drets de Barcelona, vulgarmente ditas: lo recognouerunt Proceres cap. 26. & 48. in 2. part. Conſtitut Cathaloniæ, & 24. cuius verba ſunt, *Item quod teſtamentum, in quo ſunt teſtes duo, vel tres*

10 *adhibiti: valet, & non infirmatur ratione teſtium.* capitis 48. quod ita ait.

11 ¶ Item eſt conſuetudo: quod ſi aliquis fecerit teſtamentum pręſentibus teſtibus in terra, in mari, vbicumque ſit in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, ſiue ſuā vltimam voluntatem, etiam aliquo Notario non præſente, in ipſa voluntate, verbo tenus dicta, vel ſcripta, quod valet ipſa vltima voluntas, ſiuè teſtamentum, dum teſtes, qui interfuerunt ipſi vltimæ voluntati, vel teſtamento, infra ſex menſes, ex quo fuerint in Barchinona, iurent in Eccleſiam Sancti Iuſti, ſuper Altare Sancti Felicis Martyris, præſente Notario, qui tale teſtamentum confecit, & alijs perſonis, quod ipſe teſtes viderunt, & audierunt ſcribi, ſiue dici, ſicut in illa ſcriptura continetur, ſiue in vltima voluntate, verbo tenus ab ipſo teſtatore dicta: & quod tale teſtamentum vocatur, ſacramentale. In dicto teſtamento, in Ca-

12 thalonia, ſufficiunt duo teſtes, vt dixi numer. 10. Burgos Salon de Paz ce in l. 3. Tauri, part. 1. num. 5. vbi refert; ita atteſtantem Mieres in eius apparatu, ſuper conſtitutionibus, & capitulis Curiarum Cathaloniæ, in rubrica de tabellionibus, cap. 32. colum. 1. Ipſe Cancer fatetur, vbi ſu-

13 pra, & poſt eum, Ramon. conſi. 34. num. 17. pag. 341. in hoc tamen teſtamento, de quo in dict. capit. 48. non declaratur: quod teſtes debeant eſſe maſculi. Et ſic videtur, quod poſſunt etiam eſſe fœminæ, prout in Aragonia, & iuxta dict. l. ex eo, ff. de teſtib. ergo a fortiori, in caſu noſtro ſufficient quatuor teſtes maſculi, & tres fœminæ.

14 Quarto: in teſtamentis, voluntas teſtantium ſemper inſpicièda eſt, quę facit totum, & ſemper mens teſtatoris, potius, quam verba, ſpectanda eſt. l. labeo. 7. in fin. ff. de ſuppellect. lega. ibi: *Nam & ſi prior, atque poſterior eſt*

quam vox; *mens dicentis*. Et de volũtate, & mente teſtatoris, voluntas inſtituendi hæredem vxorem ſuam conſtat: non enim ſemel: ſed ſępius in vltima infirmitate, diuerſis diebus hoc dixit. Et ita non eſt curandum, de verbis, quibus hanc voluntatem declarauit: an ſint eadem formalia: an equipollentia: maxime, cum conſtet ob quam cauſam, dictus teſtator, omnia ſua bona vxori reliquit, nimirum: quia habebat Franciſcam filiam ſpuriam, quam valde diligebat: nullus enim eſt amor qui vincat paternum, l. iſti quidem, ff. de eo quod met. cauſ. Et bona omnia, ad eam
14 peruenire cupiebat: quę directo ei relinquere non poterat: filij enim ſpurij à patre hæredes inſtitui nõ poſſunt nec eis quidquam relinqui, §. fin. in authent. quib. mod. notu effi. ſui. authen. licet, in fi. C. de nat. lib. for. 12. de bis quibus vt indign. fol. 158. ibi: *Lo fill q̃ ferà procreat, e nat de adulteri, &c.* Et inferius ibi: *Aus de la ſucceſsio del pare, è de la mare, tambe de coſes mobles, com no mobles, & de donacions, & de tots altres beneficis dells, ſia del tot, en tot gitat, e remogut.* Et idem diſponit for 13. eiuſdẽ tit. dixi plenè in 1. tom. mear. deciſio. deciſ. 68. n. 1. vbi n. 5. iuxta Peregr. de
15 iure fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 35. retuli veriorẽ & receptiorem eſſe ſententiã: ſpuriũ, natum ex coniugato, & ſoluta, capere nõ poſſe à patre. Et ita dicit: obtinuiſ
16 ſe per bonas ſententias, & quia timebat, quod filius eius fratris, quẽ in primo teſtamento inſtituerat, reputans dicta bona, ſibi debita, tanquã proximiori, non curaret ea reſtituere dictæ filiæ ſpurię, nec competẽtem dotem, iuxta eius nobilitatẽ, ei conſtituere: vt maritũ ęqualis: dignitatis inuenire poſſet, noluit cũ primo teſtamento decedere; ſed bona vxori relinquere, de qua magis cõfidebat; quod omnia bona filię reſtitueret, vel amplam dotẽ ei conſtitueret, probe ſciens dicta Romana Iolãs Seruatô, quæ nullu ius ad bona mariti habebat, tantũ ei relinqui contemplatione filiæ ſpuriæ.

Quinto vbi dicta depoſitio, verbo
17 facta, non poſſet ſubſtineri in vim inſtitutionis, valeret tamen in vim fideicõmiſſi. Vnde Gregorius Solanes; ſeu Hieronymus eius filius, ſiue ſit hęres abinteſtato, ſiue ex teſtamento, cẽſetur grauatus reſtituere bona teſtatoris prædictę D. Iolanti. l. Pãphilo. 39. §. propoſitum, ff. de lega. 3. cuius verba ſunt. *Propoſitum eſt: non habentem liberos, nec cognatos in diſcrimine vitæ conſtitutum, per infirmitatem, arceſſitis amicis Gaio Seyo contubernali, dixiſſe: quod vellet ei relinquere prædia, quæ nominaſſet eaque dicta, inteſtationem Gaium Seium redegiſſe, etiam ipſo teſtatore interrogato: an ea dixiſſet, & reſponſo eius tali inſerto: quæſitum eſt an prædia, quæ deſtinata eſſent ex caſa fideicommiſſi, ad Gaium Seium pertinerent. Reſpondi ſuper hoc: nec dubitandum eſſe quin fideicommiſſum valeat.* Et inquit textus in l. cvm proponebatur, de legatis 2. in cauſa fideicommiſsi, vt cũ que precaria voluntas quæreretur, cõiectura potuit admitti. & text. in l. cũ virum, C. de fideicommiſ. in illis verbis. *In fideicommiſsis, plerumque magis voluntas, quam verba ſpectatur.* Et ita non eſt curandũ de verbis teſtatoris relatis à teſtibus, quamuis in corti-

ce

ce diſcordant, quando concordant:
voluntatem teſtatoris fuiſſe, omnia
bona vxori ſuæ relinquere, vt ea fi.
liæ ſpureæ in dotem conſtrueret di;
cta bona, quando eam nuptui tra;
deret.

18 Sexto, & vltimo: cauſa appella.
tionis interpoſitæ per dictum Hiero-
nymum Solanes, a declaratione fa-
cta per dictum Iudicem ordinarium
& a mandato demittendo in poſſeſ.
ſionem, eſt deſerta: ex quo non fuit
in ea concluſum intra biennium. au-
thent. ei qui appellat. C. de temp, ap
pellat. cap. cum ſit Romana, & cap.
ex ratione, & ibi plene Doctores, de
appellat. Marant. de ordin. iudic. par.
6. titul. & quandoque appellatur, actu
2. num. 410. & ita dicta pronuntia-
tio facta per iudicem ordinarium, cũ
qua declarauit: dictum teſtamentum
nuncupatiuum eſſe legitime conditũ
& mandatum, in eius conſequentiam
factum, quod dicta Domna Iolans,
vti hæres in eo conſtituta, mitteretur
in poſſeſsionem, tranſierunt in rem
iudicatam: quæ exceptio reiudicatæ,
per eius hæredem fuit oppoſita, & ita
de iuſtitia, vel iniuſtitia non eſt cog-
noſcendum. Sed pro parte dicti Hie-
ronymi Solanes, impugnãtis dictum
teſtamentum nuncupatiuum, & illud
nullum eſſe dicentis, allegabantur ſe-
quentia.

Primo, ex dictis ſeptem teſtibus,
quatuor tantum ſunt maſculi, & de:
19 bebant eſſe omnes quinque: quia in
teſtamentis fœminæ non ſunt teſtes
idonei, l. qui teſtamento 20. §. mu:
lier, ff. qui teſtam. fac. poſſ. ibi: *Mu-
lier teſtimonium dicere in teſtamento, qui-
dem non poterit.* §. teſtis, Inſtitut de te-
ſtament. ordin. ibi: *Sed neque mulier
neque impubes, neque ſeruus, neque fu-
rioſus, neque mutus, neque ſurdus, ne-
que is, cuius bonis interdictum eſt, ne-
que ij, quos leges iubent improbos, inte-
ſtabileſque eſſe, poſſunt in numerum te-
ſtium adhiberi.* l. vltima, §. lex, C. de
fideicommiſſ. ibi: *Vt per ampliores ho-
mines, perfectiſsima veritas reueletur.*
Qui textus loquitur in diſpoſitione
teſtatoris, facta verbo, coram teſti-
bus, & diſponit teſtes eſſe debere ho
mines, & nõ fœminas, ne quid *falſi-
tatis incurratur.* Iuli. Clar. lib. 3. recep;
ſententia, in §. teſtamentum, quæſt.
55. numer. 2. vbi reddit rationem:
20 his verbis: *Quia mulier eſt fragilis, &
corruptibilis, vt dicit gloſſ. in dict. §.
mulier, in verbo, non poterit, quam om-
nes Doctores ſequuntur, nemine diſcre-*
21 *pante,* dicit Bellon. conſil. 14. num. 8.
& quotidie docet experientia: ideo
lex in actu adeo præiuditiali, & in
quo ſæpe ſolent commiti falſitates, &
fraudes, & de eius integritate, non
confidit. Et dictam rationem legi-
mus, etiam in capite forus decimo,
in fin. verſic. Teſtes autẽ, ext. de ver-
bor. ſignifſic. ibi: Teſtes aut, con-
ſiderantur conditione, ſi liber, non
ſeruus, nam ſæpè ſeruus metu do-
minantis, teſtimonium ſupprimit ve
22 ritatis. Natura, ſi vir, non fœmina:
nam varium, & mutabile teſtimo-
nium ſemper fœmina producit. Et
Spino in ſpeculo teſtamentum, gloſ.
31. principali, de teſtibus, numer.
14. pagin. 511. inquit hæc verba:
Quia cum tacita teſtantis diſpoſitio,
ex teſtium ſi dedepen deat, & pro-

betur: & tales teſtes adhibeantur in teſtamentis, non ſolum ad probandum, veritatem, ſed ad excludendam fraudem, & falſitatem. l. fin. C. de fideicommiſſ. §. ſi inſtituta, eodem titul. Et fœmina ſit corruptibilis, inconſtans, multaque patiatur diſcrimina, iuxta illud Senecæ in Hippolyto, ſed dux malorum fœmina, & lederunt artifex. Et Propertius lib. 1. Elegia, ad Amicam. Sed vobis facile eſt, verbo, componere fraudes. Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus. Et rurſus idem Propertius lib. 2. inquit: non ſic interea mutantur flumine Syrtes, nec folia hyberno, tam tremefacta noto, quam cito fœminea non conſtat fœdus in ira, ſiue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa læuis. Tandem Virgilio lib. 4. Æneidos concludit, dicens: Eia age rumpe moras varium, & mutabile ſemper fœmina. Et in Regno Valentiæ expreſſe diſpoſi-

23 tum eſt in foro 7. de teſtibus: quod fœmina non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Et magis in ſpecie in foro decimo quarto incipienti: ſi teſtamentum in dicta rubrica de teſtamẽtis, his verbis: *Si teſtament ſera feit de parauls, ſens Eſcriua public, en preſencia de tres teſtimonis conuenients, e que ſien maſcles, ſi apres la mort de aquell teſtador, dins tres meſos, dauant lo jutge Ordinari de aquell lloc aquells tres teſtimonis juraran, è publicaran la voluntat, lo Eſcriua public metra en forma: e en eſcritura publica, en preſencia de aquells teſtimonis, damunt dits, e en preſencia de altres teſtimonis, qui ferã preſents a la confeſsio de aquells teſtimonis, damunt dits, qui publicaran la voluntat del difunt, aytal teſtament, aya valor e fermet.* Qui forus fuit conditus à Rege Iacobo Primo Regni Valentiæ expugnatore. Et dictus forus decimus ſextus eiuſdem tituli, poſtea fuit conditus à Sereniſsimo Alphonſo Tertio Rege Valentiæ, anno milleſimo quadrageſimo decimo octauo, & loquitur de eiſdem teſtibus, nimirum, maſculis; quamuis hoc non declaret, ita enim ait: *Per fer agitar los fraus, ques fan en los teſtaments nuncupatiuis dels quals par la fur del Senyor Rey en Iaume, poſat en la rubrica de teſtaments, qui comença: Si teſtament, e lo fur, del Rey en Marti, poſat ſots ſemblant rubrica que comença: A declaratio, e millorament, ordenam: que el teſtament, en los dits furs mencionat no haja valor, ni eficacia alguna, ſi doncs no ſerà fet en preſencia de cinc teſtimonis, &c.* Et ſic, ad tollendum fraudes, auget numerum teſtium, ita vt ſicut per forum antiquum, nimirum decimo quarto incipientem: ſi teſtament: debebant interuenire tres teſtes maſculi, ſint quinque, ſcilicet: eiuſdem qualitatis. Quod multis relatis, probat Matienç. ſuper lib. 5.

24 Recopilat. titul. 4. l. 1. gloſ. 8. num. 3. vbi multos allegat, ita tenentes: in ducta enim ad augmentum, non debent operari diminutionem. l. legata 14. ff. de adimend. legat. & cum forus 7. de teſtibus, generaliter diſponat: fœminam non poſſe eſſe teſtẽ in teſtamento, dicendum eſt: quod forus decimoſextus de teſtam. qui loquitur de vna ſpecie, nimirum de nuncu-

nũcupatiuo, dum ait: in eo debere interuenire quinque teſtes, de maſculis eſſe intelligendũ. vnde Franc. de Barri. in trac. de ſucceſ. lib. 1. c. 1. u. 12. poſt med. poſtquam retulit doctrinā Farinac. in tract. de teſtib. q. 59. caſu 3. num. 80. dicentis: quod vbi ſtatutũ requirit in teſtamento ſolum numerum duorum, vel trium teſtium, tũc fœmina poterit in teſtem adhiberi: ſecus, quando ſtatutum requirat numerum quatuor, aut quinque teſtiu, iuxta doctrinam Decii in regula, fœminæ, ff. de regul. iur. nu. 31. reprobando dictam opinionem, ſubiungit
25 hæc verba. ¶ Sed imò in diſtincte verius eſt, mulierem non poſſe eſſe teſtem, licèt in Prouincijs Regni Frāciæ conſuetudinarij duo teſtes ſufficiant, vt duo teſtes: ſequenti tamen arreſto Pariſienſ. iudicatum eſt mulierem, tali teſtamento teſtem adhiberi non poſſe, vt dicit Carond. in ſuis obſeruation. in verbo, teſtamentum, & Tellus Ferdinandus, in l. 3.
26 Taur. 1. part. num. 15. refert Greg. Lop. in l. 7. titul. 1. part. 6. in verbo dos teſtigos: affirmare legem ordinamenti Regni Caſtellæ, loquentem de teſtamentis, communiter ſemper fuiſſe intellectam, de teſtibus maſculis. Et ita ipſe affirmat; verum eſſe, quod dicta lex ordinamenti requirit teſtes maſculos: quia hæc eſt natura teſtamenti, quod teſtes in eo ſint maſculi: ex l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam. & num. 16 inquit: Legem tertiam Tauri, tantum innouari reſpectu numeri teſtium, cum tantum eius reſpectu diſpoſuerint. Et ſubiungit hæc verba. Et ex regula, quam ſuperius adduximus: quod vbi lex minuit ſolemnitates teſtamenti, reſpectu numeri teſtium, in cæteris remanet firmum ius commune; & teſtes erunt eiuſdem qualitatis, vt
27 de iure erat diſpoſitū: quia ſicut correctio legum in totum euitanda eſt, ex l. præcipimus, C. de appellat; ita in parte, etiam euitanda eſt, ex doctrina Curtij in dict. §. ex imperfecto, num. 10. quod proprius tradit
28 Rip. in l. 2. num. 18. ff de vulg. vbi ponit regulam generalem: quod vbicumque lex noua addit, vel detrahit legi antiquę, hæc lex noua recipit omnes reſtrictiones, & interpretationes quas lex antiqua recipiebat, & deciſ. 105. n. 4. 1. p. loquens de quodam teſtamento, facto ſecundum ſtatutum Nouariæ, in quo quinque teſtes tantum ſufficiũt, ait: quod ex quo dictũ ſtatutum eſt contra ius commune, quo ſeptem teſtes requiruntur, debēt eſſe omni exceptione maiores, & ibi multis relatis bene confirmat Gāma deciſ. 44. pag. 48. cuius verba
30 ſunt. ¶ In cauſa Ioannæ Daraino, cōtra Petrum Alfoſon, anno 1569. ſuper quodam teſtamento nuncupatiuo, facto rure, tractatũ fuit: an lex Regia, lib. 4. tit. 76. §. fin. quæ iubet teſtamentum nuncupatiuum, rure factum, confici poſſit tribus teſtibus, ij tres debent eſſe, maſculi, & non fœminæ. Feminas enim admiſſerat ordi: ibi in §. ſupra poſito, incicipit, & pondera, ò teſtador, dixi: ordinationem iſtam in §. fin. de teſtibus maſculis, intelligendam fore
31 per doctrinam Iaſo. in l. 2. in fin. C. de teſtam. vbi voluit, vt licèt immu-

requirũtur ſex teſtes. Ordi. lib. 4. titu.
76. §. 4. & cum per ſtatutum, hic numes
rus ſit diminutus à numero iuris commu-
nis debent eſſe tunc teſtes omni exceptio-
39 *ne maiores: ex Cald. conſil. 26. titul. de te-*
ſtam. Et ideo hoc requiritur, quod ſi vnus
teſtis inhabilis reprobetur, teſtamentum
reddetur nullum, vt nec iure codicillorum
valeat. Aucharr. conſ. 188. Facit. l. ſi vnus
C. de teſtam. ſic vnum teſtamentum annul
lauit. Angel. cõſil. 228. in facto, ob id, quod
ex quinque teſtibus requiſitis per ſtatutũ,
vnus erat ſocer hæredis inſtituti: ſic etiam
annullauit aliud teſtamentũ Deci. conſil.
105. col. 3. in princip. propterea, quod vnus
ex teſtibus erat auunculus hæredum in-
ſtitutorum. Sic aliàs ob vnum teſtem aſ-
ſiuem, fecit Socin. conſil. 229. numer. 9.
volum. 2. & ſic iudicatum fuit. Et Barri.
40 in tract. de ſucceſ. lib. 1. num. 11. &
12. inquit: quòd teſtium numerus
eſt de forma ſubſtãtiali: & ideo vnius
teſtis inhabilitas anullet teſtamẽtum
41 Et quod, nedum numeri: ſed etiam
qualitatis defectus, qualis eſt, eſſe fœ
minam, vitiat teſtamentum: vnde
cum in caſu noſtro non interuenerũt
quinque teſtes maſculi, dictum teſta-
mentum nuncupatiuum non valet.
Secundo: dicti teſtes non fuerunt
42 rogati: quod requiritur in teſtamen-
tis, l. hæredes palam, in §. in teſtamẽ
tis, ff. de teſtãm. his verbis; *In teſta-*
mentis, in quibus teſtes rogati adeſſe de-
bent, vt teſtamentũ fiat. alterius rei cauſa,
forte rogatos, ad teſtandum non eſſe ido-
neos, placet. Et ibi gloſ. in verbo roga-
ti, Authent. rogati, C. de teſtib. vbi
inquit Imperator, rogati vt in teſta-
mentis, non fortuiti, vel tranſeuntes
veniant, & ibi gloſ. in verbo vt in
teſtamentis, non fortuiti, vel tran-
ſeuntes veniant, & ibi gloſſ. in verbo
vt in teſtamentis. Dilec. Durant. de
arte teſtand. cautel. 8. vbi addit: hoc
procedere, etiam de iure Canonico,
in teſtamento, non condito ad cau-
43 ſas pias, vt alijs relatis dicit Alexand.
44 conſil. 70. viſo. num. 21. lib. 2. Man-
tic. de coniectur. volũnt. lib. 2. titu.
11. num. 1. vbi ſubdit: non eſſe neceſ-
ſarium eos rogare, vt interſint teſtes
in genere. Et dicit Iul. Clar. in §. te-
ſtamentum, quæſt. 58. numer. 1. vbi
ſubiungit hæc verba: licèt enim regu-
lariter, in alijs actionibus humanis, non
requiratur quod teſtes ſint rogati, l.
ad fidem, ff. de teſtibus, & dixi in
lib. 2. §. teſtis, tamen in teſtamentis,
46 in quibus, vt ſæpè dictum eſt, maxi-
mus ſubeſt timor fraudis, & falſita-
tis, voluit lex: adhiberi teſtes nõ for-
tuitos: ſed ad id in ſpecie rogatos, vt
diligentius ad omnia animaduerte-
rent: Et Mantica de coniectur. vlti.
mar. volunt. lib. 2. titul. 11. num. 8.
47 ita ait: *Ex hoc autem deducit: quod ſi*
teſtes examinati deponant; ſe fuiſſe præ-
ſentes, quando talis fecit teſtamentum in
tali forma, non probant legitime factum
eſſe teſtamentum; niſi etiam dixerint; ſe
fuiſſe rogatos: quia potuiſſent eſſe for-
tuiti; vt in ſpecie tradit Paul. de Caſt. in
dict. l. hac conſultiſsima, in princ. num.
2. C. de teſtam. quod tamen intelligit, quã
do non fuit cõſcriptum teſtamentum. Idẽ,
48 Mantic. num. 14. ſubiungit: quod
rogitus teſtium, nullam aliã ob cau-
ſam; requiritur niſi; vt appareat ver
ba à teſtatore proferri, animo delibe
rato teſtandi: non autem ex ioco, vel
blandiẽdo, & perfunctoriæ, §. plane,

inſtit. de teſtam. milit. Idem dicit Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 93. num. 4. prope finem, & num. 5. Et teſtes, in teſtamento debere eſſe rogatos, pluribus relatis probat Farinac. de oppoſitio. contra perſ. teſt. quæſt. 62. num. 134. vbi num. 136. eaſdem reddit rationes, adductas à Iul. Clar. & Mantic. nimirum: quia in teſtamentis maximus ſubeſt falſitatis, & fraudis timor: & vt appareat: verba teſtatoris proferri deliberate: non aut perfunctoriè, vel blandiendo, iuxta l. Diuus 24. ff. de teſtam. mil. cuius verba ſunt: Diuus Trajanus Statilio Seuero, ita reſcripſit: id priuilegium, quod militantibus datum, eſt vt quo quomodo facta ab his teſtamenta, rata ſint. Sic intelligi debet, vt vtique prius cõſtare debeat, teſtamentum factum eſſe: quod & ſine ſcriptura, & à non militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te queritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatẽ ſuam teſtaretur, ita loquutus eſt, vt declaret, quem vellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribuere, poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus: vt voluntas eius rata habenda eſt. Cæterum ſi (vt plerumque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui. Ergo te hæredem facio: aut bona tibi relinquo: non oportet hoc, pro teſtamento obſeruari, néc vllorum magis intereſt, quam ipſorum, quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti; alioqui ſi non difficulter, poſt mortem alicuius militis, teſtes exiſterent, qui affirmarent, ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit: & pro hoc iudicia vera ſubuertuntur.

49 Et idem Iul. Clar. dict. quæſt. 58. num. 2. ait: quod pariter in teſtamento nuncupatiuo, debent teſtes eſſe rogati, ibi: *Et hoc, ſiue huiuſmodi teſtamentum nuncupatiuum fuerit ſine ſcriptura confectum, ſiue etiam fuerit in ſcriptis redactum. Ita tenet glo. in §. fin. in verbo adhibitis, inſtitut. de teſtam. & eſt commun. oppinio, vt dicit Boer. deciſ. 34. num. 8. nulla enim (inquit) iudicio meo, ſubeſt in hoc concludens ratio differentiæ inter teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum. Et quia hæc opinio notiſſima conſuetudine, vbiq; approbatur, non eſt aliquomodo de ea dubitandum.* Et nouiſsime Barri. de ſuc

50 ceſ. teſtati. lib. i. titul. 1. de teſtamen. num. 38. vbi ſupradictos, & alios multos allegat, & dicit: hoc procedere in teſtamento ſolemni, & nuncupatiuo. Hieronym. Lauren. in deciſ. Rotæ, Auenio 71. num. 6. dicit: in Rota fuiſſe deciſum: teſtamentũ, de quo ibi; non valere. Et ibi admedium ſubiungit hæc verba: Nec ſi-

51 militer fuerint rogati teſtes, vt videbatur neceſſarium, & etiam iure Canonico non ſit expreſſe prohibitam: argum. cap. 1. de noui oper. nuntiat. quia ex rogatione, colligitur firmior diſponentis intentio; multaque ſæpè dicunt homines, non animo diſponendi, l. Diuus, ff. de teſtam. milit. Et Maſcard. de probat. lib. 3. cõcluſ. 1355. incipienti teſtes in teſtamẽto, num. 1. qui nu. 8. ſubiungit hæc

52 verba: *Nunc videndum eſt, quando teſtes præſumantur rogati, & regulariter dicendum eſt, non præſumi rogatos, niſi probe-*

probetur: quia ad hoc multos adducit. Farinac. de teſtib. quæſt. 62. nu. 143. his verbis: *Vt qui dixerit, teſtes in teſtamento fuiſſe rogatos, debeat hoc probare*: vbi rationem reddit. Et mul
53 tis Doctoribus relatis bene cõfirmat & licet hoc videatur correctum in noſtro Valentiæ Regno, per foros 8. & 9. de teſtam. vbi dicitur: ne teſtamenta, & vltimæ voluntates, per ſubtilitates iuris, & fori in Reipublicę diſpendium euidens, annullentur, nõ requiri, quod teſtes ſubſcripti in teſtamento ſint rogati; hoc tamen procedit in teſtamento condito inſcriptis, penes Notarium publicum, de quo loquitur forus 7. eiuſdem titul.
54 in quo teſtamento interuenit Notarius publicus, qui ſcripſit præſentibus talibus teſtibus adhibitis, vel vocatis, Mantic. lib. 2. coniect. titul. 11. num. 12. vbi allegat doctrinam Bartol. in l. ſciendum, nu. 12. ff. de ver-
55 bor. obligat. dicẽtis: quod vbi Notarius dixit: talibus teſtibus adhibitis, & vocatis ſufficere: illud enim eſt ro
56 gare, & ad hoc admittere, & inteſeſſe: & ita non ſunt fortuiti. Et hãc dicit communem opinionem, alijs relatis, Maſcard. de probationib. concluſ. 1355. incipienti, teſtes in teſtamẽto, num. 20 fol. 291. quando enim
57 teſtator vocat Notarium, & eum rogat, vt recipiat teſtamentum, ſatis declarat, habuiſſe animum teſtandi. Et ita procedit diſpoſitio dictorum fororum 8. & 9. de teſtamen. quando non ſit neceſſarium teſtes eſſe rogatos: ſecus tamen eſt in teſtamento nuncupatiuo, in quo ſi teſtator non rogauit, ſiue conuocauit teſtes, videatur, quod non habuerit animum teſtandi, vt dicit expreſſe tex. in l. Di-
58 uus 24. ff. de teſtam. mili. ſupra allegata num. 47. cum ſeq. Et præciſſe eſt neceſſarium, vt conſtet habuiſſe animum teſtandi. vt probat Corne. conſil. 232. num. 4. ad med. lib. 2. his verbis. *Et pro hoc multum in ſimili vrget, l. Diuus, ff. de milit. teſtam. nam non requiritur rogitus teſtium ad ſolemnitatem teſtamenti, cum nulla ſolemnitas requiratur, l. 1. & l. 2. eod. titul. & l. 3. & l. militis, C. eodem, ſed requiritur, vt conſtent verba, quæ ſignificant inſtitutionem, eſſe prolatam, animo teſtandi, non animo complacendi, vel alio reſpectu: lex enim non habet pro expedito, quod ſi quis citra aliam præparationem, dicit: ego te facio hæredem, vel ſimilia verba, quod velit ita diſponere: imò vult quod non valeat; ideo multo fortius ſi infirmus interrogatur: vis talem facere hæredem, ſi reſpondet volo, non debet haberi pro expedito, quod deliberate profert illa verba animo ita diſponẽdi, maxime; quia poteſt cenſeri dictum animo blandiendi, item timore, ne relinquatur, & careat oportunis ſeruitijs, vt euitet moleſtias. Cum igitur in caſu noſtro non appareat, quod dictus notarius ſcripſerit teſtamentum de voluntate teſtatoris, nec aliter appareat, quod teſtator ſe aliter præparauerit ad teſtandum, & dictum teſtamentum teneat principaliter in fauorem vxoris, quæ ipſum infirmum morbo epidemio gubernabat, & tempore lecturæ dicti teſtamenti ipſum tenebat, & ſic ſtabat ad eius aures, ſatis probabiliter coniecturari poteſt, quod reſpondit, quod ſic, ad ſuggeſtionem vxori, & ne ab ea relinqueretur. Et maxime hoc perſuaderi poteſt, ſi in primo teſtamẽto fuerunt*

fuerunt instituti venientes abinteſtato, & facta fuit mentio de poſthumis naſcituris, (vt arbitratur) quod ſic: attento etiam,
59 *quod non præſumitur de facili mutatio voluntatis, argum. l. eum qui mutata, ff. de probationib. Et animum teſtandi requiri dicit Mari. Forc. iun. conſil. 179. nu. 30. ad fin. & num. 31. 2. part. his verbis:*
60 *Nec dicatur, quod illa iura procedunt ex eo, quod de iure in teſtamentis requirantur teſtes rogati, quod ibi non interuenit: at in caſu noſtro, ſufficiunt etiam non rogati, ex forma ſtatuti, vt ſupra dictum eſt: Quoniam reſpondetur, quod licet in caſu noſtro, teſtes non debent rogari pro ſolẽnitate teſtamenti, vt alias de iure communi requiritur per iura notiſsima. Et hoc tãtum operatur ſtatutum, tamen ſi aliunde non conſtat de voluntate diſponendi requiritur teſtium connocatio ad illud, vt de tali voluntate, & deliberatione diſponendi, appareat, vt eleganter declarat Patruus meus Socin. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verbor. oblig. & ibi magis communiter ſequuntur moderni.* Et caſu, quo hæc ſo-
61 lemnitas rogitus teſtium in teſtamẽto nuncupatiuo, eſſet ſublata neceſſarium eſſet, ad validitatem dicti teſtamenti, vt conſtaret teſtatorem habuiſſe animum teſtandi. Ita declaratum fuit in Regia Audientia ſiue Sacro Regio Conſilio Cathaloniæ, referente Magnifico Ioann. Sabater, ſentẽtia lata die 27. Septembris 1586. in cauſa Petri Iunyent, contra filios Franciſci Iunyent, actuario Sacares, vbi loquendo de teſtamento ſacramentali, facto per Magdalenam Iũyent, ſeruata forma cap. 48. priuilegij, recognouerunt proceres, de quo ſupra num. 9. & 11. in quo interue-

nerunt tres teſtes maſculi, dicit hæc verba. ¶ Et quamuis teſtium rogi-
62 tus non videatur neceſſarius ad validitatem teſtamenti ſacramentalis, cũ ſufficiat, quod quocumque modo conſtet de voluntate teſtatoris, iuxta diſpoſita in prædicto priuilegio Regio Petri; veruntamen, etiam ſi ad ſolemnitatem diſponentis, teſtiũ conuocatio confert, & neceſſaria eſt: quia qui teſtes conuocat teſtari vult. Et inferius, ibi: Cum dictum priuilegium de teſtamento ſacramentali loquens, etiam ſi circa illius cõfectionem remittat, & relaxet omnes ſolemnitates, quæ in teſtamentis condendis, ex iuris diſpoſitione requirũtur; requirit tamen, quod enixe cõſtet de voluntate teſtatoris, verbis declarata. Et quod verba in actu teſtandi, & propoſito diſponẽdi prolata ſint, & non iocoſe blandiendi,
64 vel iactandi cauſa. Et iterum hoc fuit declaratum in eodem Regio Conſilio Cathaloniæ concluſione in eo facta, die 17. Februarij 1607. in fauorem Raphaelis Domenec, negociatoris, contra Petrum Oriol, cuius verba ſunt. ¶ Attento, ꝙ ex meritis proceſſus, & præcipue ex dictis, & depoſitionibus teſtium, pro parte dicti Raphaelis Domenec, negotiatoris, Ciuis Barchinonæ ſuper articulis, per eum oblatis, miniſtratorum, & alias conſtat: Catherinam Oriol, vxorem Petri Oriol mercatoris villæ Sãcti Felicis de Guixols, abinteſtato, nullis ſibi ſuperſtitibus filijs, vel alijs aſcendentibus, vel deſcendentibus, deceſsiſſe, & dictum Raphaelẽ Domenec, in iudicio agentem, eſſe con-

ſobri-

ſobrinum dictæ Catherinæ Oriol, eique, in gradu proximitatis, proxirmiorem: & ita petiiſſe, & ſupplicaſſe in præſenti iudicio, ſibi adiudicari abinteſtato vniuerſam hæreditatem, & bona, quæ fuerunt dictæ Catherinæ Oriol, tempore mortis illius, cum iurium plenitudine, & dictum Petrū Oriol, detentorem, & poſſeſſorem prædictæ hæreditatis, & bonorum, condemnari: cogi, & compelli ad ſibi deferendam vacuam, & expeditā poſſeſsionem illius, vnà cū fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à die occupationis. Et licet per dictum Petrum Oriol prætenſum ſit: dictā Catherinam Oriol, illius vxorem, teſtamentum feciſſe, & coram teſtibus fidedignis, eundem Petrum Oriol hæredem ipſius nominaſſe, & ſuam vltimam voluntatem, iteratis vicibus in præſentia, & exiſtentia teſtiū prædictorum, verbo declaraſſe, & explicaſſe, & poſtea illius vltima voluntate, voluntatē verbo tenus, explicitā, inſtante dict. Oriol, fuiſſe inſcriptis redactum, & confectum teſtamentum, vulgo dictum ſacramentale, in forma ſolita, ſententia lata per Regētem Vicariam Baroniæ decimi Septembris milleſimi ſexcenteſimi quarti, cuius vigore, dictus Oriol aſſerit: & prætendit iuſto, & legitimo titulo tenere, & poſsidere dictam hæreditatem, & bona, quæ fuerūt dictæ Catherinæ Oriol, illius vxoris, in eaque non eſſe moleſtandum, nec perturbandum; tamen quia ex dictis, & depoſitionibus prædictorum teſtium non conſtat de enixa, & certa volūtate dictę Catherinę Oriol, videlicet, quod dicta verba protulerit animo teſtandi. Ex quibus, & alijs conſtat de intentione dicti Raphaelis Domenec, agentis, quæ ex deductis, allegatis, & probatis per dictum Oriol, eliſa non fuit. Prædictis, & alijs meritis proceſſus attentis, & alias fuit cōcluſum: quod hæreditas, & vniuerſa bona, quę fuerunt dictę Catherinę Oriol, tempore illius obitus, abinteſtato defunctę, ad iudicentur dicto Raphaeli Domenec, agenti, vti cōſanguineo dictę Catherinę Oriol, & ei in gradu proximiori. Et quod dictus Petrus Oriol, reus conuētus, condēnetur ad reſtituendum, & dimittendum dicto Raphali Domenec vacuam, & expeditam poſſeſsionem prædictę hæreditatis, & bonorū vna cum fructibus perceptis, & quę percipi potuerunt, à die litis motę, vſq; ad realem reſtitutionem.

65 Cum igitur in teſtamento nuncupatiuo, verbo facto coram teſtibus, in quo teſtator non rogauit Notarium, vt illud reciperet, nec teſtes vocauit, vt interuenirent in illo, cum non conſtet de voluntate perfecta teſtatoris, & quod habuerit animum teſtandi, nullum eſt teſtamentum, & falſum prçſumitur. Ita Menoch. conſil. 45. num. 34. poſt principium, lib. 1. his verbis: *Secundus eſt caſus, quando præter illud, quod non conſtat: teſtatorem teſtari voluiſſe, alia concurrit conectura, qua falſum potuiſſe committi, ſuſpicatur, tunc nō conſiſtit teſtamentum. Ita intelligo, & declaro Romani aſſertionem, nec non Iaſonis & alior. Et in hoc caſu, vere ita ſenſerunt Petrus, & Cinus in dict. l. iubemus*,

66 Et quando non interuenit ſolemni-

Digitized by Google

lemnitas neceſſaria, qualitas eſt hęc,
quod conſtet de animo teſtandi, teſta
mentum non ſolemne, prȩſumitur
falſum. Mantic. de coniect. vltimar.
voluntat lib. 2. titul. 13. num. 1. ibi:
*Et ſi quidem conſtiterit: non ſolemniter
factum eſſe teſtamentum, præſumitur fal
ſum, l. iubemus, in fin. C. de teſtament.
& ita generaliter dixit Recard. Malum.
& Bart. refert in l. ſi poſt deciſionem, n.*
67 *3. C. de iur. & fact. ignorant. Quam qui
dem præſumptionem iuris, & de iure ap
pellat. Bald. in l, quoties, §. 1. verſi. Itē
nota, ff. de hæredib. inſtituend. & Cyn.
& Aug. in dict. l. iubemus.* Et in teſta-
68 mento nuncupatiuo, facto dumta-
xat coram teſtibus, in quo maximū
interuenit periculum falſitatis, debēt
teſtes eſſe valde idonei, & omni ſuſ-
pitione carentes. Quod deducitur
ex l. fin. ad med. C. de fideicomm.
ibi: *Cum enim res, per teſtium ſolemnita-
tem oſtenditur, tunc, & numerus teſtiū,
& nimia ſubtilitas requirenda eſt: lex ete
nim, ne quid falſitatis incurrat, per duos,
forte, teſtes compoſitam teſtamentum, ma
iorem numerum teſtium expoſtulat, vt per
ampliores homines, perfectiſsima veritas
reueletur.*

69 Et quod in noſtro caſu, non ha-
buerit animum teſtandi, vltra quod
teſtes non dicunt; protuliſſe dicta
verba animo teſtandi, conſtat ex eo,
quod ſcribit Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 8. num. 29. & 30.
his verbis: *Tertius eſt caſus quando te-
ſtator eſt ſanæ mentis: ſed corpore infir-
mus, & non liberæ voluntatis, vt quia
timet eos, ſub quorum eſt cuſtodia,
etiam ſi conſtet velle teſtari, ſed ignora-
tur quē hæredem facere velle, & interro-
gatus: an velit inſtituere aliquem; ex
illis, ſub quorum cuſtodia eſt, & reſpon-
det velle inſtituere, hoc caſu, non ſub-
ſiſtit teſtamentum. Ita in ſpecie ſentit
Corneus conſil. 73. num. 4. in fin. & num.
5. prope medium, lib. 1. & conſil. 319. n.
5. in fin. lib. 4. ea eſt ratio, quod timore
potius, ne ab illis defereretur, quam ſpon-
te, & quod ex animo ſuo ita faceret, inſti
tuit, ſicuti in ſimili egregie probatur l. Me
dicus, ff. de var. & extra. cogni. Hic*
70 *caſus multo fortius procedit, quod non cō-
ſtaret teſtatorem voluiſſe teſtari. Auget
enim hoc ſuſpitionem, quod timore teſta-
tus ſit.* Preterea, quod dictus Petrus
Solanes, non habuerit animum teſtā
di, ex eo colligitur: nam, vt ex proceſ
ſu reſultat Ioannes Conca Notarius
Oppidi Algezirę, erat ſcriba Curię
dictę Baronię de Cotes, & in vna qua
que hebdomada ſolebat accedere ab
Oppido Algezirę ad dictum locum
de Cotes: quia fungebatur officio aſ
ſeſſoris Iudicis ordinarij, vt ei conſi-
lium pręberet, ad declarandum in
cauſis verbalibus, coram eo vertenti
bus, & pridie, antequam moreretur
teſtator, pręſens fuit in dicto loco de
Cotes, & al locutus dictum Solanes
in firmum, interrogando: quomodo
valeret: & ſi dictus Solanes habuiſſet
animum teſtandi, potuiſſet penes di-
ctum Notarium condere teſtamen-
tum, & reuocare, quod annis retro
elapſis condiderat in ſcriptis, quod
cum non fecerit, credendum eſt no-
luiſſe teſtari. Quod conſiderauit
Conſilium Regni Cathalonię in ſu-
pradicta ſententia, lata die vigeſimi
ſeptimi Septembris milleſimi quin-
quageſimi ſeptuageſimi ſexto, his ver
bis:

bis : *Quibus , & illud maxime accedit, quod ex prædictis teſtibus , videlicet, Fogaſot , & Ferrer , erant Notarij & eorum alter , ſcilicet Fogaſot, vt ipſemet deponit, valde notus dictæ Magdalenæ Iunyent : vnde vero ſimiliter eſt credendum: quod ſi dicta Magdalena Iunyent teſtari voluiſſet , rogaſſet alterum eorum, vt de ſua voluntate inſtrumentum feciſſet.* Præ

71 terea cum tempus trium annorum, & amplius elapſum ſit à die primi teſtamenti, vſque ad vltimum, quod dicitur , nuncupatiuum, & illud nũquam in ſcriptis reuocauerit, credendum eſt : noluiſſe illud reuocare. ita Menoch. conſil. 45. num. 17. verſic. Secundo admiſsio , lib. 1. his verbis. *Secundo admiſsio, quod ſanæ mentis fuiſſet cum multos annos vixerit , poſt primũ teſtamentum , à ſe conditum , credendum non eſt , quod in extremis laborans, teſtari , & reuocare illud primum voluerit : quod facere pluries poſſet, cum bonæ valetudinis eſſet. Sicuti conſiderant in ſpecie hunc teſtandi ſummum Ruin. conſil. 8. num. 9. lib. 3. & Socin. iun. conſil. 113. num. 20. lib. 2. & ex his , quæ ad ferã infra , in quarto huius noſtræ ſententiæ fundamento confirmabitur.* C. Fabrian. lib. 6. C. de teſtament. def. 27. nu. 11. & 12. per text. in l. 3. C. de inoffic. Præterea Menoch. dict. conſi. 45. num. 21. ait hæc verba : *Quinto accedit : quod conſtat Iacobum teſtatorem , in*

72 *illo primo teſtamẽto, ea ratione inſtituiſſe Io. Thomam, fratrẽ ſuum, vt eius domus & familia conſeruari poſſet. Et ideo teſtamentum hoc ſecundum, ita ſimpliciter cõditum , ad interrogationem fratris Aymi, perſonæ ſuſpectæ , & tempore vrgentis in firmitatis , non poteſt dici reuocare illud primum. Ita reſpondit in ſpecie Craneta conſil. 117. in fin. poſt Coru. conſil. 73. lib. 1. & præter eos reſpondit modern. Pariſ. conſil. 34. in fin. non enim eſt credendum quod eo inſtanti poſitus , voluerit teſtator vno verbo reuocare , quæ magno ex cauſa, & ſolemniter , appenſateque fecit.* Et Menochium in locis , proxime relatis refert, & ſequitur Polidor. Rip. in tractatu , de actis in morbis articulo , c.

73 16 num. 21. pag. 132. Et cum dictus Solanes, eſſet nobilis, voluit agnationem ſuam conſeruare , per maſculos ſiue familiam, vt probaui in deciſ. 60. num. 13. & 14. lib. 1. mearum deciſionum , & ideo , in primo ſuo ſolẽni teſtamento , maſculis, ſiue familia vocauit eos , adiecto grauamine, delationis nominis, & armorum. Et ita præſumitur: noluiſſe condere vltimũ teſtamentum , cum quo reuocaretur prima diſpoſitio , in fauorem ſuæ agnationis facta. Tertio principaliter conſtat: non valere hoc teſtamentum nuncupatiuum: quia ex dictis ſeptem teſtibus , tres erant alumnæ Domnę Iolantis , vxoris , quæ dicitur hæres inſtituta. Et ſic non poterant eſſe teſtes in fauorem illius , cap. in litteris 24. extra de teſtib. ibi: *Ad quod probãdum , teſtes de familia ſua , tres produxit. Reſpondemus igitur (vti res ita ſe habet) pro illorum teſtimonio, ipſum ab vxore , nulla ratione diuidi patiaris.* Et ibi

74 Bal. num. 1. ait : quod conſueuerunt obedire Domino , per fas , & nefas. cap. cum ad ſedem , de reſtitut. ſpoliator. & l. 1. C. de rap. virg. & ſubiungit domeſtici dicuntur teſtes qui viuunt ad vnum panem, & vnum vi-

75 num. Et Felin. ibi num. 2. Hanc poni

nit concluſionem; quod perſonę prę
dictæ, regulariter repelluntur a teſti-
ficando. Et reddit rationem a Baldo
proxime adductam. Facit quod legi-
tur in Pſalmo 122. ibi: *Sicut oculi ancil*
læ in manibus Dominæ ſuæ. Idem tenet
76 Farinac. de oppoſition. contra teſtes,
quæſt. 55. num. 135. his verbis. *Regu-*
la ſegunda ſit in hac ſecunda inſpectione,
quod famuli, & ſeruitores, etiam liberi,
non admittantur ad teſtificandum, pro
eorum Dominis ſic enim in ſpecie de famu
lis affirmarunt Abb. in cap. in litteris, n.
3. verſic. Et credo, extra de teſtibus, vbi
quod in eo text. ij qui ſunt de familia, ca-
piuntur pro ſeruitoribus, ſiue ſint liberi, ſi-
ue ſerui: ex quo ſtant in domo ad ſeruien
dum, argum. text. in l. 2, §. familiæ, ff. de
vi bonorum rap. cum alijs, ibi per eum al
legatis. Aufred. de reprobat. teſt. num. 6.
Campeg. de teſtib. regul. 13. in princip. No-
77 *uellus. regul. 216. num. 10. Grbr. lib. 1. tit.*
de teſtib. concl. 10. num. 4. vbi alios plu-
res refert. Et facit concluſionem generalē,
quando homo liber, conuenta mercede, ſer-
uiens, nō eſt idoneus teſtis. Parſ. conſi. 97.
num. 85. volum. 3. Roland. conſil. 41. n. 25.
volum. 1. Anton. Gom. variar. tom. 3. c.
12. rubric. de probat. delict. num. 15. verſi.
Repellitur famulus. Maſcard. de probat.
lib. 2. concl. 758. num. 1. vbi: Huius regulæ
generalem reddit rationem: quia ſcilicet,
etiam iſtis famulis poteſt imperari: Ergo
ſunt inhabiles. ad gloſſ. in cap. idonei, §.
teſtes. 3. 9. 3. Celſus Hugo. conſil. 22. n.
78 15. qui ſcribens in quadam cauſa te-
ſtamenti priuilegiati Cathaloniæ, ita
ait: Clarum eſt autem quando in hu-
iuſmodi priuilegiato teſtamento, non
eſt huiuſmodi familiaris ſalariatus, te
ſtis idoneus, cum alias de iure com-
muni reppellatur, nec pro domino
ſuo teſtificari poſſet. l. ſeruos, & ibi
Doctores, C. de teſtib. cum enim
Dominus poſsit imperare non eſt ha
bills. Et de hoc eſt gloſſ 3. 9. 5. C. ido
nei, §. teſtes, & teſtes adhibiti in teſta
mento, debent eſſe omni exceptione
maiores, id eſt, ſine omni ſuſpicione
vt tollatur falſitatis præſumptio, vt in
quit Michael Craſus in ſuo lib. recep.
ſentent. ſiue in tract. de ſucceſſ. §. te-
79 ſtamentum, quæſt. 57. num. 1. Et Gre
gor. Lop. in l. 1. titul. 1. part. 6. in gl.
ante ſententia teſtigos, loquendo de
l. Caſtellæ concordante cum foro no
ſtro Regni diſponente: ſufficere quin
que teſtes. Quando teſtamentum ſit
ſine tabellione, dicit: debere eſſe om
ni exceptione maiores. vt ſentit De-
cius conſil. 105. num. 4. ad medium,
his verbis: Et conſiderandū, eſt quod
cum iſta probatio teſtamēti, per quin
que teſtes extraordinaria ſit, & con-
tra ius cōmune, requiritur quod teſtis
ſint omni exceptione maiores. Quod
dictum Decij, Gregor. Lop. vbi ſu-
pra, dicit multum ſingulare: intelli-
gendo de teſtibus, qui poſſunt eſſe
teſtes in teſtamento: quāuis non ſint
omni exceptione maiores. Et ſubiun
git audiuiſſe ſecundum illud, pronun
tiatum fuiſſe in Auditorio Regali.

Et maximè in occurrenti caſu, di-
80 ctæ familiæ, non ſunt teſtes idonei,
cum ex depoſitionibus teſtium, per
Hieronymum Solanes productorū,
conſtat: quod vna ex his, nimirum
Ioanna Riudaura, ſperabat, quod dō
na ſua eam competenter dotaret, &
poſſet ingredi Religionem, & in ea
profiteri. In quare agebatur de pro-
prio

prio ipſius teſtis intereſſe: & ita de hu iuſmodi teſte nulla eſt habenda ratio vt probat late Farinac.de teſtib.quæ-ſtio. 60. num. 4. quia inquit eſſet te-ſtis in cauſa propria: ex quo commo dũ,aut intereſſe aliquomodo habet.l. 1. § in propria cauſa, ff. quando ap-pell. ſit. & ibi inquit: teſtes habens intereſſe à teſtimonio repellitur. Et pro hac ſententia multos DD.allegat & dicit receptam, & quod non vidit
81 contradictorem. Et in noſtro Valen tiæ Regno, hoc eſt diſpoſitum in fo-ro tertio, & de teſtib. ibi: *Teſtimonis, que ſon de caſa propria de aquell,quies do-na no poden ſer teſtimoni, ne aquells que menjen ſon pa.* Et inferius ibi: *Qui ha pro, o dan, ſi ſentencia ſera donada per aquello, quell dara teſtimoni.* Denique Barbara Modronyo,vna ex dictis tri bus teſtibus famulabus,dictæ Dom-næ Violantis, interrogata ſuper inter rogatorijs, poſitis pro parte dictiHie ronymi de Solanes,reſpondit præſen tes fuiſſe Michaelem Cardo Presby terum, & Ioannam Piquer, quando Petrus Solanes teſtator, protulit ver-ba teſtamenti nuncupatiui: illi autem in ſuis depoſitionibus negant fuiſſe præſentes: & ſic remanet conuicta de falſo: & per conſequens,ei nõ eſt credendum in ijs,quæ dixit,ſuper de-poſitione principali. Cum enim iura-uerit,dicere veritatem, tam ſuper ma teria principali, quam ſuper interroga torijs: & iuramẽtum ſit indiuiduum,
82 in parte falſus, nihil probat in omni-bus. vt latiſsime probat Farinac.de te ſtib. quæſt. 67. num. 111. his verbis: Regula ſit: quòd teſtis in parte fal-ſus,in totum reputatur falſus: & ideo falſus in vno, nihil probat in omni-bus, ratione iuramenti, quòd eſt in-diuiduum, ſecundum Bald. in l. fin-num. 18. C. de edict. Diui Adrian. Tollend. Abb. in cap. ex litteris,col. fin. verſic. Vltimo.& ibi Felin.num. 15. verſi. Nota ſeptima,de fide inſtru ment. Salicet. in l. ſi ex falſis, nu. 14. in princip. iuncto verſic. Sed veritas eſt contrarium, C. de tranſact. & plu rimos alios refert idem Farinac.

Quibus omnibus concurrentibus dicendum eſt in occurrenti caſu: non valere dictum teſtamentum nuncu-patiuum. vt in ſimili ſentit Panormis conſil. 11.prope finem, his verbis: Ta
83 mẽ cum hic non fuerit adhibitus No tarius, non videtur eis tanta fides ad-hibenda, cum totum teſtamentum, hoc caſu,oriatur ex eis: maxime, vbi ſunt tot præſumptiones, contra dictum teſtamentum. Facit gloſ. no-bilis in cap. in literis, de teſtamen.nec eſt facienda eſtimatio de illis mulieri bus, cum non poſſent eſſe teſtes in teſtamento, l. hæredes pallam præal-legata. Concludo ergo: quod cum in caſu noſtro ſunt tot præſumptio-nes, contra ſecundum, vt videretur, illud veroſimiliter emanaſſe à volun-tate ſaltem deliberata teſtatoris, de-berent nepotes illud probare,per pro bationes apertiſsimas, longe maiores à lege requiſitas, vt ſupra dixi: ſed ip ſi hoc probare non poſſunt: quini-mo non habent probationes alias re-quiſitas, cum eius debitis ſolemnita-tibus, vt ſupra plene dixi: ergo de-bent ſuccumbere. Et in ſimili caſu,ita deciſum fuit in Rota Auinio, vt te-ſtatur Hieronym. Laurent. deciſ.71. per

pertot. maxime num. 6. verſic. Quibus, cum ſequenti, dicendo: *Inter alia quod in caſu illo omnes fere teſtes patiantur aliquem defectum, quia duo erant cõſanguinei, vna mulier, & compater, cuius teſtimonium etiam ſuſpicione nõ caret.* *Rip. in dict. l. admonendi, num.* 181. Et inferius, ibi: *Nec fuerunt rogati teſtes, vt videbatur neceſſariam: quia ex rogatione colligitur firmior diſponentis intentio: multaque ſæpè dicunt homines non animo diſponendi. Præterea, abſurdum exiſtimabant, vt duo ſpecialia circa idem teſtamẽ*
85 *tum concurrant.* l. 1. C. de dot. promiſ: & non licet priuilegia multiplicare, l. quod vero contra, ff. de legibus, &
86 ſubiungit, hæc verba: *Nec obſtat, quod ratione adiuncti purgatur defectus: hoc verum, quando ille, qui adiungitur, ſuſpicione caret.* vt in terminis Petra. conſil. 212.
87 num. 10. & ſeq. lib. 4. Caſanat. conſil. 36. Iaſ. in l. admonendi num. 179. 180. 181. iſte autẽ qui adiungitur, multos patitur defectus, in perſona ſua, quomodo alios ſanabit? ſicut de illo dicitur, qui aliorum vult eſſe medicus, ipſe vulneribus ſcatet. Imperfectę probationes iungi ſimul non poſſunt
88 l. 1. C. qui num. tutel. l. ſpadonem, §. qui multa, ff. de excuſat. tutor. late Rip. in l. admonendi, num. 204. cum ſequentibus, ff. de iur. iurando. Quæ omnia concurrunt in caſu noſtro, vt conſtat ex ſupra aductis.
89 Quarto: teſtes producti, ad probandum teſtamentum nuncupatiuũ, vt conſtet: an ſint conteſtes, & concordent in loco, & tempore conditi teſtamenti, debent ſeparatim à iudice ordinario examinari, ita, vt vnus, non audiat depoſitionem alterius, vt inquit forus 16. de teſtam. vt probat Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinat. 897. num. 5. cum. ſequent. part. 1. his verbis: *Quæritur: an teſtes poſsint ſimul & in forma examinari, & videtur dicendum, quod non: imo debent ſigillatim, & ſecrete examinari.* cap. venerabili de teſtib. cap. inquiſitiones de acuſa. l. nullum, C. de teſtib. & ibi gloſſ. Et poſtea ſubdit, & pro præmiſsis, quod teſtes debeant examirari ſigillatim, & non in ſimul, facit l. 3. in princip. ff. de teſtib. ne videantur deponere vnũ eundem meditatum ſermonẽ, propter quod redderetur eorum teſtimonium ſuſpectum. dict. l. 3. §. ideoque & ibi Bart. & per Bald. in l. teſtium, C. de teſtib. & eſt ratio, ſecundum gloſſ. in dict. cap. venerabili: quia ſi teſtes examinarentur in ſimul, vnus teſtis poſſet ſequi dictum alterius: & ideò debet ſigillatim examinari, vt in Daniele, qui ſeparatim examinauit ſacerdotes qui accuſabat Suſanam. Et ita factum fuit in occurrenti caſu, & vnus, ex eis interrogatus, in qua die
90 dictus Petrus Solanes condidit teſtamentum nuncupatiuum, dicit: non recordari de die certo: ſed tãtũ quod erat vnus ex tribus diebus proximis morti: & ita non probat cum non recordetur de tempore certo, quod eſt de ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui, l. hac conſultiſsima, §. per nuncupationem, C. de teſtament. ibi: *Vno eodemque tempore.* Anton. Fabe. in ſuo C. fin. de teſtament. diffin. 8. vbi dicit: non ſufficere declarare menſem ſed etiam diem. Et latius infra dicã.
91 Et quod tempus, & locus, ſunt de ſubſtantia, actus probandi, ſine tempore,

pore, & loco deponentes nihil pro-
bant, vt dicit Farinac de teſtib. q.
64. num. 97. vbi multos refert. Et
num.10. ait: quod ſi teſtes dicunt de
92 loco, & tempore non recordari, cre-
dunt ſuſpecti, etiam quod nō ſint de
ſubſtantia. Et n.106. ſubiungit: quod
quādo teſtes ſunt alias ſuſpecti, & ve
roſimiliter de loco, & tempore non
recordantur, nihil probant, & ibi
bene confirmat. Et in caſu noſtro nō
eſt credibile: quod non recordare-
tur de die, cum fuerit interrogatus
intra decem dies a morte: aliorū ve-
ro teſtiū, ſuper interrogatorijs, vnus
teſtis dicit: teſtatorem protuliſſe di-
cta verba triduo, antequam more-
retur: alter quod pridie: vnus inter
primam, & ſecundam horā poſt me
ridiem: alter vero, quod mane, vnus
teſtis dicit: quod ſeptem erant præ-
ſentes, alius quod tantum quinq; ni-
mirum tres fœminæ, & duo maſcu-
li. Eliſabeth Villanoua, cum inter-
rogata eſſet, qua hora verba protu-
lit, & dixit, quod mane, & poſt me
ridiem, & ſæpius, vt quod duæ can-
delæ erant accēſæ, & quod dicta ver-
ba protulit quotidie, tribus diebus
proximis immediate eius morti. Alia
vero teſtis interrogata, aut mane, vel
93 poſt meridiem. Et quod teſtes ſunt
ſingulares, non probant, vt dicit An-
ton. Fab. in ſuo C. de teſtib. def. 46.
pag.374. Nam quando publicari pe-
titur teſtamentum ex dictis, & exami
natione teſtiū (prout in caſu noſtro)
quæ examinatio eſt neceſſaria, & vo-
luit Imol. in l. qui teſtamēto, in prin.
94 verſic. Pro clariori, ff. de teſtam. neceſ
ſe eſt, quod teſtes deponant de toto
tenore teſtandi, ac etiam ſint conte-
ſtes ſuper circunſtantijs: alias nō pro
bant Capr. conſil. 72. num. 25. 26.
27. & 28. qui dicit teſtes non proba
re ſi ſint varij, in verbis formalibus
prolatis a teſtatore, licet nō fuiſſent
in ducti ad probandū verba forma-
lia, quæ formalitas verborum, cu non
fuerit probata in caſu noſtro per di-
ctos teſtes, merito probare nō dicūr.
95 Idem Capra cōſil.75. n. 32. & 33 lib.
1. ibi: Vnde non probant: ex quo
aliqui deponūt plus, & aliqui minu-
pro vt voluit Bald. in l. cum antiquis
tas, C. de teſtam. per illum text. Per
quem text. videtur probari, quod ni
ſi teſtes probent totum tenorē teſtan
ti, nihil probēt. Nam ſi aliqui probāt
plus, & aliqui minus, illi qui minus
deponunt non videntur eſſe teſtes le
gitimi, ex quo totum neſciunt, prout
requiritur, vt illud probent, prout vo
luit Bald. in dict. l. cum antiquitas,
per illum text. Quem ſequitur ibi
Paul. de Caſtr. & dict. Ant. Gom.
in l. 3. Taur. num. 49. & 50. Alex.
Raudenſ. deciſ. 45. vbi dicit: quod
ſi vnus teſtis deponit plus: alter vero
minus, nec in eo probant, in quo ſunt
conteſtes. Pro quo etiam facit, quod
not ff. de inſa. l. huius, & ff. de teſta. l.
ſi is qui. & ibi per Bal. Vnde cum di-
96 cti tres teſtes fuerint, & ſerit ſingula-
res, ipſi non probant dictum teſtamē
tum ff. de teſti. l. vbi numerus. Facit
quod legitur in deciſ. Rotæ Roman.
207. num. 6. in recentio. recollectis
per Farinac. part. 1. his verbis: Acce-
dit, quoad licet, quod contextum
50 huius facti, dicti tres teſtes inter ſe
conueniunt; tamen augetur ſuſpicio

præmeditatę, & compoſitę fictio-
nis, ex quo interrogatæ de acceſſu
ad locum, & de alijs circunſtantijs,
quas non præoccupauerunt cogitan-
do, ſingulæ deponunt diuerſa inter
ſe, & non cohęrentia. Farinac. de
oppoſition. contra examin. teſt. quę-
ſtio. 64. numer. 27. his verbis. Am-
plia vndecima in teſtibus, diſcordan-
tibus in loco, aut tempore, & ſic in
ſingularitate, & pręedicamento vbi,
& pręedicamento quando: de quibus
ſupra numer. 19. & 20. Hos enim
teſtes nihil probare, & principaliter
in teſtibus ratione loci, vel tempo-
ris, ſingularitatem induci. probat
text. in capit. nihilominus 3. quæſtio.
9. ibi: Nec eorum voces, tanquam
plurium admittuntur, quos tempo-
rum diuerſitas, ſimul interfuiſſe pro
hibuit. Et ibi hoc notant Archidia.
in fin. poſt num. 2. verſic. Si vero in
terrogati. Præpoſit. in ſummar. & in
princip. notab. num. 1. 2. & 3. verſic.
ſed iſte textus, & num. 5. verſic. Tu
dic. & num. 9. in fin. gloſſ. in l. ob
carmen, § fi. in verbo aſsiſtit, in prin:
& ibi Bart. n. 2. ff. de teſtib. Rip. in l.
admonendi, n. 205. ff. de iur. iur. & no
tant omnes in l. teſtium, C. de teſtib.
& pluribus alijs ibidem relatis. Et idē
Farinac. in prædicta q. 64. num. 5. lo
quēdo de ſingularitate obſtatiua, ſin-
99 gularitas, dicit, illa, quę in actu nō rei
terabili, non tamen reiterato, cōtinet
in ſe teſtium contrarietatem, vt in te-
ſtibus Suſannę, de quibus Daniel,
cap. 13. & per gloſſ. in Cano. nihilo-
minus 3. quæſt. 9. Audiuiſſe con-
ſtat, arguebatur enim Suſanna de
vnico tantum adulterij crimine: quia
ſenes illi teſtes non dicebant: pluries
Suſannam in adulterio vidiſſe: ſed
vnica tantum vice, & nihilominus
quia variabant in loco, cum vnus
diceret ſub pinu, & alter ſub quer-
cu. Idcirco contrarietas inter ipſos
oriebatur: & ex hac contrarietate
ſingularitatem inductam, dixerunt
communiter Doctores. Vt videre
eſt apud Bald. in dict. capit. licet
cauſam, numer. 11. in princip. de
probationib. Et alij quam plures,
quos ibi refert dictus Farinac. &
idem dict. quæſtio. 64. numer. 73.
100 ibi: Et hinc teſtes, quorum vnus
dixit, quid factum de die alter ve-
ro de nocte ſingulares reputari, &
minime probare dixit Bald. & ibi-
dem ſi vnus dixit factū de die, alius
vero inter diem, & nocte. n. Monti-
cell. in repertor. teſtium, rubric. im-
pugna teſtis: quia ſingularis, folio
195. column. 2. verſic. fin. & rubric.
concordia teſtium, an & quando,
& ad quid fieri debeat, fol. 205.
verſic. penul. & fi. Petra de fideicom-
miſ. queſtio. 12. num. 807. & idem.
Farinac. dict. quæſt. 64. nume. 77.
his verbis: Limita ſecundo, ean-
101 dem duodecimam, ampliationem,
vt procedat, quando locus, & tem-
pus ſunt de ſubſtantia actus, ſuper
quo teſtes deponunt; tunc (inquam)
diuerſitas in loco, & tempore, in-
ducit ſingularitatem, & teſtibus fidē
tollit, vt per gl. in d. l. ob carmen, §. fi.
in verbo, aſsiſtit, ver. hoc determinat,
Ioan. & ibi Bart. nu. 2. & plures alios
allegat dictus Farinac. & idem dicit

Farin.

Farinac. ead. quæſt. n. 97. qui alios
102 DD. allegat, quando autem tempus & locus ſit de ſubſtantia probat tex in l. hac conſultiſsima, C. de teſtam. ibi: *Per nuncupacionem quoque, hoc eſt ſine ſcriptura teſtamenta, non aliàs valere ſancimus, quam ſi ſeptem teſtes (vt ſupra dictum eſt) ſimul vno, eodemque tempore collecti, teſtatoris voluntatem, vt teſtamentum ſine ſcriptura facientis audierint.* Et Anton. Gomez in l. 3. Tauri, num. 49. & 50. ibi: Quod teſtamentum, modo in ſcriptis, modo nuncupatiuum, debet fieri coram prædicto numero teſtium, vno eodemque tempore, loco, & contextu. Et inferius eodem num. 49. ibi: Illius ratio poteſt eſſe duplex. Prima, quia tunc probatur teſtamētum per omnes illos teſtes, conteſtes, & vniformes: alias vero eſſent particulares, & ſingulares teſtes, & non conteſtes. Secunda ratio poteſt eſſe: quia ſi diuerſis temporibus, & locis, teſtatos oſtenderit voluntatem ſuam, iam eſſent plura teſtamenta, & non vnicum teſtamentū, vel ſaltem, ſemper vltima voluntas derogaret prior, & eſſet vnicum teſtamētum poſterius, quod ſemper præualeret, & priora eſſent ſublata, & non valerent. Idem dicit Anton. Fab. & fuiſſe deciſ. in ſuo C. lib. 6. tiuul. 5. def. 8. & latius proſequitur Matien. ſuper 5. Recopilat. titul. 4. lib. 1. glo. 4. num. 6. qui bene probat: hoc eſſe de forma ſubſtantiali: & iuxta for. 16. de teſtamen. hoc ſatis clarum eſt:
103 nam inquit: *No age valor, ni eficacia alguna.* Et Farin. dict. q. 64. nu. 104.
104 dicit: Sexta ſit concluſio, ſic etiā primæ concluſionis declaratiua, quod ſi teſtes ſint plures, & omnes dicant ſe de loco, & tempore non recordari, credūtur ſuſpecti etiam, quod locus, & tempus non ſint de ſubſtātias actus, ſecundum Præpoſit. in d. cap. nihilominus, ad fin. num. 12. verſ. Quādo teſtes 39. vbi tamen: quod hoc relinquitur arbitrio iudicis. Adden. & Crot. in tract. de teſti. n. 314. lit. XX. verſ. Limitat hoc, Albert. de teſtib. c. 8. n. 13. poſt. Ioann. Andr. ad Secul. quem allegat Diaz, reg. 761. in prin.
105 verſic. Hinc eſt quod ſi teſtes. Facit quod ſcribit Serap. 1. deciſ. 894. nu. 24. his verbis: *Quarto non obſtat quod deducitur in tertia concluſio Ducis de ea miſia ſanguine infecta: quia ex depoſitionum varietate manifeſte apparet: totam hanc narrationem eſſe commentitiam, & meram fabula: nam Anna de la Cruz, & Ferdinandus Morantes dicunt: quod poſt prandium: imo vero ipſis adhuc prandentibus, Dux exiuit e cubiculo Ludouicæ cum camiſia, ſanguine reſperſa, ſed Paſchalis Diaz, & Principiſa dicunt: id cōtigiſſe de ſero. Vnde cum hæc defloratio ſemel tantum contingere poſſit, neceſſe eſſe alteram, ex iſtis depoſitionibus, vel vltrāque falſam eſſe; maxime cum Ioanna del Cuazo, & Maria de Ribera dicant: id contigiſſe de nocte. Vnde excluditur, vt illud de ſero, poſſit intelligi poſt prandium.*
106 Et quando depoſitio teſtis eſt in veriſimilis, ei non creditur. l. ob carmē 21. §. fin. ff. de teſtib. ibi: Confirmabitque iudex motum animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, & quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe cōpererit. Et iudex poteſt ex cauſa, nō
107 adhibere fidem teſtibus, plene depo-

Dd 2 nenti-

nentibus, vt inquit Bart. in l. Lucius, num. 3. ff. di his qui not. infam. vt ſi veroſimilia non deponant. late Maſcard. concluſ. 377. num. 27. lib. 3. in caſu autem noſtro, teſtes veroſimi-
108 lia non deponunt: non enim credibile eſt, quod cum teſtator prædictus potuiſſet adhibere Notarium, & teſtes maſculos omni exceptione maiores, feciſſet teſtamentum nuncupatiuum, corám teſtibus, fœminis, famulabus vxoris ſuæ, quam hæredem relinquebat. Et ſic coram teſtibus inhabilibus de iure Cæſareo, & Regni Valentiæ, cum prohibitæ ſint a foro 7. de teſtibus, fol. 98. cuius verba ſunt. *En teſtament, ó en plet criminal, fembres, niſurios, ni catiu, no ſie teſtimoni.* Habent etiam dictarum teſtium depoſitiones multas alias inveriſimilitudines de quibus infra. Præterea, Magdalena Sans, vna ex dictis tribus, inquit: quod ipſa, iam erat famula dictæ Dominæ Iolantis Seruato, quando nupſit dicto Petro Solanes, viginti annis retro, & quod dictus teſtator tantum habebat ſexdecim annos & dicta Domna Iolans eius Domina erat ætatis vigeſimi quinti annorum. Ex quibus deducitur magno amore proſequi dictam eius Dominam, in cuius fauorem teſtata fuit.

Quinto: ex dictis ſeptem teſtibus, Petrus Pardo, nihil affirmat: tantum enim dicit: quod dum iacebat in firmus dictus Solanes, ſuus Dominus, ipſe ingrediebatur cubiculum, & egrediebatur, & vidit præſentem dictam Domnam Iolantem vxorem, & reliquos ſex teſtes, ad quorum dicta, ſiue depoſitiones ſe refert: & ſic cum poſitiue nihil dicat, de eo nulla eſt habenda ratio.

Alius autem teſtis, nimirum Fráciſcus Pauarroja, teſtatur audiuiſſe dictum Solanes, dicentem: inſtituere hæredem eius vxoré, & quod omnia bona ei relinquebat, & quod nihil aliud percepit: quia egreſſus fuit a cubiculo, & quod dictæ tres famulæ, quæ præſentes erant, ei retulerunt teſtatorem grauaſſe eius vxorem, vt Franciſcam aleret, & decenter in matrimonium collocaret. Et quod relinquebat tercentum libras pro funeris impenſa, ad celebrationem Miſſarum, & alia opera pia: iſte teſtis nullatenus probat: quia non deponit de toto tenore te-
109 ſtamenti: ſed tantum de eius parte: Et ſupra numer. 90. ita dicit Michael. Craſſ. in tractat. de ſucceſsio. in §. teſtamentum, quæſtion. 95. numer. 1. & 2. his verbis. *Requitur etiam ad formam, & ſolemnitatem, vt teſtes omnes præſentes ſint toto teſtamento, alias ſi non manerent donec perfectum teſtamentum eſſet, illud nullum cenſeretur. l. qui teſtamento §. veteres, ff. de teſtament. & eſt vera communis oppinio, vt aſſerit Pariſ. conſil. 33. numer. 28. lib. 2. Ferdinand. Vazquez de ſucceſsio. creation. §. 22. numer. 91. ex quo infertur, ſi ſeptem teſtes de vna parte teſtamenti deponerent, dicentes ſe illud ſcire, & non plus: & alia pars per alios ſeptem teſtes probaret, tales teſtes nihil proprobarent, niſi ex integro probens* totius

totius teſtamenti tenorem: dummodo per obliuionem, aliquid non ceciderit memoria, cum integro teſtamento depoſuerint ſe interfuiſſe. Ita eſt vera, & communis opinio Doctorũ Bald. Alex. Iaſon, num. 9. dict. l. cum antiquitas, Roman. conſil. 8. Alexand conſil. 77. lib. 2. & hanc cõmunem eſſe opinionem, teſtatur Fernand. Vazq. §. 22. n.
110 91. nouiſsime Barri. de ſucceſ. lib. 1. titul. 1. de teſtam. num. 37. pag. 9. vbi dicit: neceſſe eſſet, vt præſentes ſint toto teſtamento, & ibi per ſtent, donec per actum ſit, quod in teſtamento nũcupatiuo neceſſarium eſſe dicit Mainer. de teſtam. ſucceſ. lib. 4. tit. 4. num. 3. & ſubiungit idem Barri. quod ſi ſeptem teſtes de vna parte teſtamẽti deponerent, dicentes: ſe non plus ſcire, & alia pars, per alios ſeptem probaretur: quod teſtamentum iſtud nõ valebit. Et quod teſtamentum ſit in-
111 diuiduum dicit Menoch. de præſum. lib. 4. præſump. 5. num. 5. per text. in l. ſi furioſum, C. qui teſtam. facere poſ. & hoc expreſſe dixit Bart. in l. cũ antiquitas, num. 5. ad med. C. de teſtam. ibi: Et ſic nota, quod niſi teſtis probet totũ tenorem teſtamẽti perfectũ: quod nihil probat. Et ſi alij probant plus, aliqui minus, dictum, quod illi, qui minus deponunt, totum neſciunt, non videntur teſtes legitimi: nec probãt aliquid etiam, id, quod deponunt: quia non videntur interfuiſſe toto teſtamento, ex quo totum neſciunt. Refert & ſequitur Farinac. de teſtibus, quæſtio. 65. num. 12. pagin. 257.

112 Sexto in caſu noſtro, teſtes non deponunt, de verbo famulabus, prolatis à teſtatore coram ipſis, ita, vt concordent in formalitate verborũ, quod neceſſarium eſt in teſtamento: Franciſc. Marc. ibi: *Et vlterius quãdo teſtes examinantur ſuper teſtamento verbali, debet dari petitio ſummaria, in actis redacta, ſeu capitula, ſuper quibus deponant teſtes. Et ſecundum Bald. in l. publicati, C. de teſtament. in 2. & 3. quæſtione, & debent deponere ſuper toto tenore teſtamẽti: quia aliter nõ eſſent conteſtes, nec ſufficeret: quod deponerent per particulas teſtamenti, l. cum antiqui-*
113 *tas, C. de teſtam. & ibi Bald. quem ibi ſequuntur communiter cæteri Doctores; quia quãdo in articulis ponũtur verba formalia teſtamẽti, neceſſe eſſet, quod teſtes deponant de eiſdem verbis: nec ſufficeret, quod deponerent per verba æquipollentia; ſecundum Anton. de Butrio, & Panormitan. in cap. nihil, de verbor. ſignif. licet alias, regulariter ſufficiat: quod teſtes conueniant in ſubſtantia, licet deponant per verba diuerſa, dict. cap. nihil, l. qui ſententiam, C. de pœnis, ſecundum gloſſ. in cap. cum Eccleſia ſutrina, de cauſa poſſe. & propriet. ſuper verbo, vacillaſſe, nam ſi teſtes deponerent diuerſimode, tunc præſumeretur pluralitas teſtamentorum; & vltimum tolleret primum.* Et vt
114 inquit Farinac. de teſtib. quæſt. 64. num. 67. pagin. 257. teſtes dicuntur ſingulares, non ſolum quando diſcordant in facto, & in ſubſtantia: ſed etiam ſi diſcordant in verbis; vbi tamen agitur de formalitate verborum, tunc in verbis diſcordantes, minime probant, etiam quod in ſenſu conueniant, & ibi allegat Farinacius multos Doctores, idem tenentes, & dicit communem. In caſu autem no-

ſtro, teſtes diſcordant in verbis: vnius
enim teſtatur, quod dictus Solanes
dixit vxori: tibi relinquo omnia:
alius eum dixiſſe: quod eam faciebat
hæredem: alius vero deponit: protua
liſſe hęc verba, quidquid habeo, ti-
bi relinquos, & hæredem facio: alius
116 vero ita dixiſſe: volo quod bona mea
ſint tua. Quæ omnia verba, licet in
effectu, idem ſignificent; tamen diſ-
cordant in cortice, quo caſu non pro
bant teſtamentum nuncupatiuum.
Ita fuiſſe deciſum in Senatu Sabau-
diæ, dicit Faber in ſuo C. libr. 6. ti-
tul. 7. def. 2. de inſtitut. pagin. 637.
his verbis: Cum de nuncupatiua in-
ſtitutione per teſtes probanda agi-
tur, quod enim, quoties nuncupati-
uum teſtamentum, ſine ſcriptura fa-
ctum proponitur, ij ſoli teſtes fidem
faciunt, qui de verbis inſtitutionis,
ſic teſtantur, vt non tantum in ſub-
ſtantia voluntatis, vel etiam in ver-
borum figura, & cortice conſentiāt:
alioqui non poſſunt videri conteſtes,
& de vna tantum inſtitutione ſenſiſ-
ſe: quando quidem ſi ſcriptum te-
ſtamentum fuiſſet, vna tantum inſti-
tutionis formula reperiretur. Idem
Faber. dict. lib. 6. titul. 22. de fidei-
commiſſ. def. 15. & hoc idem fuit
deciſum in Regia ſententia lata in
Regia Audientia Cathaloniæ, refe-
rente Magnifico Ioanne Sabater, ſen-
tentia lata vigeſima ſeptima Septem-
bris milleſimo quingenteſimo octua-
geſimo ſexto. Actuario Sacares, in
cauſa Petri Iunyent ex vna, & filio-
rum Franciſci Iunyent, his verbis.
Dictus Franciſcus Fogaſot deponit
dictam Magdalenam Iunyent di-
xiſſe que volia; y era ſu voluntat,
que Perot de Iunyent, fos hereu de
tots ſos bens. Dictus Alfaix dixit:
Dictam Magdalenam Iunyent di-
xiſſe: que tot quant tenia, y tot ſo
del ſeu, era de dit Perot Iunyent, a
pre ſobre ſtu, y que ningu tenia, aqui
mes ho volgues deixar, que a dit Pe-
rot Iunyent: dictus vero ferrer di-
cit: prædictam Magdalenam Iunyēt
dirigendo verba ad dictum Petrum
Iunyent dixiſſe: Aqueſtes lo meu
fill, y meu hereu, y aqueſt vull que
ſie lo meu hereu. Vnde patet varie-
tas magna, & diſcordia, quæ inter
prædictos teſtes, in verborum ſub-
ſtantia, reperitur: propter quod cer-
tum eſt: eorum dicta, & diſpoſi-
tiones, non concludera, nec ex eis
reſultare probationem voluntatis di-
ctæ Magdalene Iunyent.
118 Septimo: in caſu noſtro non in-
teruenit Notarius, & teſtes ſunt
domeſtici, & deponunt in fauorem
vxoris, contrauenientes ab inteſta-
to: quo caſu non probant. Ita Cra-
uet. conſil. 72. incipienti dubitatur,
numer. 5. libr. 1. his verbis. Quar-
to non probat aſſertum teſtamentū:
quia fuerunt in eo deſcripti teſtes, mi
nus idonei affines, & conſangui-
nei hæredis inſtitutæ. Socinus conſil.
229. colum. penultim. verſic. Quar-
to ventilans, lib. 11. & iſtud. Vide-
tur fuiſſe etiam de mente Iaſon. in l.
1. column. 6. ad finem, verſic. Se-
cundo & fortius, C. de teſtament.
dum dicit: quod teſtes fuerunt ro-
gati à teſtatore, non autem aue-
nientibus ab inteſtato, qui appo-
nunt contra teſtamentum. Et
ſic

Digitized by Google

ſic clare vult Iaſon. quod inhabilitas, aut vitium teſtium non ſuppleatur in praeiudicium venientiũ abinteſtato, ex eo, quod à teſtatore fuerunt rogati, licet Bald. voluerit contrarium in l. parentes, C. de teſtib. & in conſil. 481. infraſcripta colu. fin. lib.4. hanc tamen opinionem non pono numi pro conſtanti: quia pro opinione Bal. videtur tenere Abb. in conſil. 11. circa fin. lib. 1. vbi quãdo agitur de probando teſtamentum per teſtes tantũ in quo notarius non ſit adhibitus, teſtes cõiuncti nõ ſunt omnino idonei.

119 Octauo: in caſu noſtro dictus Petrus Solanes primum condiderat ſolemne teſtamentum in ſcriptis, & ſic quamuis anulletur ſecũdum teſtamẽtum nuncupatiuum, teſtator non decederet inteſtatus. Et ſic indubio non debet ſuſtineri ſecundum teſtamentum. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15. num. 16. his verbis: *Septimo debet reſtringi, vt procedat quando teſtator decederet inteſtatus, ſi illud teſtamentum, de quo agitur, non valeat: aliud eſt, ſi inteſtatus non decedat, vel vti ſi prius fecerit teſtamentum, & dubitatur: an per poſterius ruptum videatur:*

120 *nam in dubio, ſecundum teſtamentum nõ debet ſubſiſtere, vt prius tollatur: & ideo multo facilius ſuſtinetur 1 teſtamentum, quando aliud non praecedit, quam ſi aliud praecedit.* Alexand. in conſil. 4. num. 14. & 15. in fin. vol. 7. Crauet. in cõſil. 143. num. 15. Salicet. in l. iubemus num. 4. prope finem, C. de teſtam. his verbis. Vbi autem dubitaretur: an in articulate potuiſſet loqui, ſi de eo eſſet interrogatus, qui ſucceſſurus eſſet abinteſtato. adhuc ei fauerem, quia

121 nihil nocet. Et Menoch de praeſum. lib. 4. praeſump. 10. num. 34. verſic. Nona, ita inquit. Nona eſt praeſumptio, & coniectura, quod teſtator alio qui decederet inteſtatus: ſecus vero, ſi teſtatus, propterea, quod anullato teſtamento, de quo eſſet contentio, aliud extaret. Ita in ſpecie praeſumptionem hanc declarat Crauet. in conſil. 143. num. 15. vbi ita ait: Non obſtat, quod in dubio fieri debet interpretatio, vt teſtamentum ſuſtineatur quia illud procedit, quando agitur, quod quis decedebat inteſtatus. Sed his, licet anulletur ſecundum teſtamẽtum, pater non decedit inteſtatus, cõſtante priore teſtamento, pro quo in dubio, potius praeſumi debeat, quia in eo ſeruatur aequalitas inter liberos, l. cum pater, §. cunctis, ff. de legat. 2. l. vt litaris, C. de bonis quae liberis Et accedit Alexand. conſi. 4. nu. 14. lib. 7. qui reſpondit, facilius ſuſtineri teſtamentum per ſe, quando ſcilicet nullum aliud praecedit, quam, quando extat aliud. Authent. hoc inter liberos, C. de teſtam. Idem Me-

122 noch. conſil. 46. num. 36. lib. 1. ibi: Secundus eſt caſus, quando aliae cõcurrant coniecturae vna cum hac ipſa, quod ſcilicet agatur, de reuocatione iam conditi teſtamenti: nam tunc, nõ conſiſtit teſtamentum poſtremũ, illius primi reuocatorium, quemadmodũ in caſu noſtro, vt diximus ſupra in 4. fundamento noſtrae opinio. Quo loci, ita intellexi Caſtrenſ. dict. conſil. 156. poſt Socin. ſenior. Corn. Ruin. & reliquos, qui recte hoc in caſu conceſſerunt. Quamquam aliter, & male reſponderint Guidon.

Papæ conſil. 64. in fin. in Zaſius con ſil. 3. num. 38. lib. 1. cum dixerunt abſolute: teſtamentum, conditum à teſtatore ſanæ mentis, non eſſe reuocatorium primi, ſi ad alterius interrogationem fuit confectum. Oldra. conſil. 110. num. 2. ibi: *Non præcedebat aliud ſolemne teſtamentum, de cuius reſciſsione ageretur hic ſit, & colligitur hæc ſolutio, C. de teſtam. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, iuncto §. vltim. eiuſdem legis, & in Authent. de teſtam. imperfecto, §. 1. vnde ſumpta eſt authen. hoc inter liberos.* Facit quod ſcribit Se
123 raphin. deciſ. 966. num. 2. 3. & 4. his verbis: *Verum hæc opinio procedit, quando ceſſat omnis ſuſpicio fraudis.* Et inferius ibi: *Suſpiciones autem multæ ſunt: nam in primo teſtamento adſunt ad mixtæ perſonæ extraneæ, quas etiam prædilexerat, ratione conſeruandæ agnationis: quo caſu, per ſecundum teſtamentum non ſolemne, non reuocatur primum ſolemne, in præiudicium extraneorum. Vt poſt alios tradit Natta. quæſt. 45. num. 219. & ſeq. Concurrunt etiam non nullæ coniecturæ amentiæ, quæ licet ex ſe non ſufficiant ad ſubuertendam diſpoſitionem reddunt tamē valde ſuſpectum totum hoc negotium codicillorum. Et idē innuit Cra-*
124 *uet. conſil. 117. num. 3. verſic. Multum, bis verbis: Multum enim confert ad prædicta, quod iſta mulier prius fuerit teſtamentum, in quo fratrem ſuum hæredem vniuerſalem inſtituerat, vt bona in domo & agnatione remanerent: ideo nō ita facile præſumitur mutata voluntas ex tali reſponſione, ad interrogationem alterius non rogati, ſeu non adhibiti per ipſam mulierem, ad eum actum faciendum. Ita conſiderat, & ponderat Corn. in conſilijs ſupra allegatis, poſt Paul. Caſtrenſ. per eū relatum.* In caſu autem noſtro cōcurrunt multæ coniecturæ amentiæ: nam quidam, ex teſtibus per Hieronym. Solanes productis, deponunt dictū Petrum Solanes, in vltima voluntate, diuerſis vicibus verba inſana protuliſſe, & ita eis non videri fuiſſe ſanæ mentis. Et vnus ex teſtibus, per Domnā Iolentem productis, affirmat dixiſſe: aliqua verba, cum quibus vxor contriſtabatur: & quod illa ei referebant: reſpondebat, eſt poſ-
125 ſibile, quando ea dixi. Et ſic non habebat memoriam ordinatam, quod eſt ſignum amentiæ, iunctum cum alijs adminiculis. Maſcard. multis relatis, de probationib. tom. 2. concl. 826. num. 14. Alius vero teſtatur, dicens: quod dictus teſtator dixit cuidam famulo: quod ambo erant bō bices, & ſe includerent in cellulis bō bicinis vulgo capells, & morientur, & poſtea reſurgerent effecti columbæ paruulæ: quæ ſunt ſigna amentię.
126 Nam ex verbis, quæ quis profert, pręſumitur demens ſi fatue loquitur, l. 4. in princip. ff. de ędilict. edict. ibi: Sed ſi vitium corporis, vſque ad animum penetrat, forte, ſi propter febrem, loquatur aliena, vt multis relatis probat Maſcard. concl. 826. nu. 30. & licet, dicti teſtes ſint ſingulares probant dementiam. Rota Rom. de-
127 ciſ. 107. num. 12. in 2. part. deciſ. nouiſ. diuerſor. l. Palatij, ibi: *Quia ad probandum furorem, ſiue dementiam, tan quam ad probandum quem de genere, teſtes ſingulares admittuntur, vt in terminis tradit Alexand. conſil. 141. nu. 2. lib.*
128 *1. conſil. 91. num. 20. lib. 7. & cōſ. 147. num.*

num. 27. lib. 7. & alij ibi relati. & ſic non valet teſtamentum ordinem de factum, l. quidam in ſuo 27. ff. de condit. inſtitut. ibi: *Sed hoc prius inſpiciendum eſt: ne homo, qui talem conditionem poſuit, neque compos mentis eſſet.* Et ibi gloſſ. in verbo, mentis, inquit: quod eſt verum, præſumatur nõ fuiſſe compos mentis, niſi probetur contra, vt late probat Bartol. Socin. conſil. 98. num. 5. ad med. lib. 3. ibi: Præterea ponderandum eſt ſecundũ Bald. ibi an tempus teſtamenti fuerint vicinum tempori furoris ſequē-
129 tis. vnde dicebat Bart. & Salicet. in l. furioſum: quod maxime in infirmo præſumenda eſt inſanitas mentis. Ad hoc bonus text. in l. hac conſultiſsima, C. qui teſtam. face. poſſ. dum dicit: at cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbata: quanto magis in caſu noſtro d. Chriſtophori, attento tenore teſtamenti, hoc eſt iudicandũ ex prædictis: quod non fuerit ſanæ mentis, qui teſtamẽtum, per tres horas, vel circa, mortuus eſt, eo tempore, quo iam ſarcimulas colligebat. Decimo: licet teſta
130 mentum imperfectum valeat reſpectu liberorum; non tamen reſpectu vxoris, nouella 107. de teſtam imperfect. aparenti, &c. §. nos igitur, verſic. Si tamen aut vxori, cuius verba ſunt. Si tamen aut vxori, aut extraneis perſonis aliquibus, voluerit relinquere legata, aut fideicomiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictaque à teſtatoribus coram teſtibus, quoniam omnia conſequenter in diſpoſitione poſita, ipſi & ſcripſerunt, & volunt valere, ſint firma;

nihilo minuenda; eo quod videātur in cartha ſcripta, reliquam obſeruationem teſtamentorum non ſuſcipientia, ſed hoc ſolum immutetur, quod eius manus, & lingua habet omnem virtutem carthæ præbitā. Notat Anton. Faber. in ſuo C. lib. 6. titul. de
131 teſtam. diffin. 27. non deſunt, qui putent, etiam in teſtamento inſcriptis, & inter liberos requiri teſtes: ſed male: non enim requiruntur vlli, niſi quo ad legata, data extraneis, vel vxori, vt loquitur nouel 107.
132 Vndecimo, dicta Domna Iolans in diſcurſu cauſæ apellationis, ad magis corroborandam ſuam intentionẽ fecit quaſdam poſitiones dicendo: dictum Petrum Solanes, eius virum, feciſſe dictum teſtamentum nuncupatiuum, à die qua obijt, & ſic in die Aſſumptionis ſacratiſsimæ Dei Matris Mariæ, & ita illud fateri videtur. Ita Maranta de ordin. iudit. part. 6. titul. depoſitio. ſeu arti. produc. nu. 6. his verbis: Differunt etiam poſitiones ab articulis, quia is, qui ponit, cẽſetur fateri illud, quod ponit, vt notat Alexand. conſi. 71. colum. 1. in 3. volum. in tantum, quod non poteſt, talem confeſsionem reuocare, niſi doceat de errore, & talis confeſsio præiudicat ſibi, ſiue poſitio ſit ſcripta ſiue non. Vt notat Speculat. in titul. de poſitionibus, §. 10. colum. 1. & 2. verſic. Quid ſi actor, & verſic. Item ſi ponens. Teſtes autem examinati à iudice ordinario, ad comprobationẽ teſtamenti nuncupatiui, tribus vltimis diebus, dicunt eſſe conditum ijs, nimirum triduo, antequam moreretur, alius pridie, alter quod non recor-

recordatur, qua die, ſed quod fuit factum in vno, ex tribus proximis diebus morti: & ſic dicunt factū non fuiſſe eodem die mortis: & perconſequens falſi iudicantur. Caputaq. de ciſ. 283. ſeu 20. num. 5. in fin. & nu. 6. part 3. his verbis: *Propterea alij, ex teſtibus deponunt falſum: quia principales fatentur huiuſmodi officium vacare, per obitum Archiepiſcopi; & tamen ipſi vacare per eius obitum negant.* Innocen. in cap. fraternitatis de hæretic. Deci. conſil. 105. colum. 4. verſic. Similiter teſtes adeo, vt non poſsint ad cōcordiam reduci, & eis nulla fides adhibenda eſt, refert & ſequitur Rota Romana 554 num. 6. 2 part. in nouiter recollect. per Farinac. pag. 38.

133 Decimo, dicta Domna Iolans qui præſens fuit confectioni teſtamēti nuncupatiui à marito facti, eo mortuo, inſtauit publicationem primi teſtamenti inſcriptis conditi, per dictum eius virum, quod non fuiſſet, ſi teſtamentum nuncupatiuum vltimū, validum eſſe extimaret. Corneus cōſil. 147. num 17. volu. 2. vbi ad probandum: quod non erat validum teſtamentum, in quo moniales, de quibus ibi, ipſis ſcientibus, erant hæredes inſtitutæ, ait hæc verba: Ad quod etiā infertur: quia moniales poſt eius mortem præſuponebant bona dicti Blaſij ſpectare ad ipſum Taxum: ex quo enim dicta verba, in quibus nūc ſe fundant, fuerunt probata coram monialibus, ſi fuiſſet vltima volūtas, in qua ipſę fuiſſent vocatæ ad dicta bona, non eſt veriſimile, & poſt mortē moniales præſuppoſuiſſent: bona Blaſij ſpectare abinteſtato, ad dictū Clarum, prout præſupponebant, ſecundum quod deponunt plures teſtes.

Vndecimo facit: nam dictā Dōna Iolans, cum qua dictus Hieronymus Solanes litigauerat, in ſuo vltimo teſtamento grauauit hæredem, vt ſi dictus Solanes, ei ſolueret dotem, ſeu reſtitueret dotem, & Franciſcam, filiam viri ſui competēter dotaret, & idem interim alimenta pręſtaret, iuxta qualitatem eius patris, vt dictam Baroniam de Cotes, & loca quæ eius vir poſſidebat, & reliqua hęreditatis bona, illico dicto Hieronymo Solanes reſtitueret, quod præſumendum eſt feciſſe, in exonerationē ſuæ conſcientiæ, ex quo teſtamentū nuncupatiuum erat falſum, & dos libere Iolanti reſtitui debebat, & alimenta, & dos moderata filiæ ſpurię de bonis paternis, debebantur: alias enim ſi tuta conſcientia dicta Iolans, bona hæreditatis poſsidere poſſet, tāquam legitima hæres inſtituta, nō eſt credendum: quod ea reſtituere mandaret dicto Hieronymo Solanes, eius inimico. Quę inimicitia probatur, ex quo ei mouit litem de omnibus bonis, recadentibus in hæreditate Petri Solanes: Ita Bart. in l. 3. §. vltimo, num. 4. ff. de adimend. legat. & alijs relatis à Maſcard de probationib. cōcluſ. 899. nu. 7. & Menoch. de præſumpt. lib. 1. pręſumpt. 43. num. 5. in qua lite dictus Hieronymus alle-
135 gauit: prædictam Domnam Iolantem, falſos teſtes induxiſſe. Ex qua iniuria, inimicitia probatur, vt poſt alios, quos allegat, ſentit Menoch. d. præſumpt. p. 43. num. 17.

Ad

Ad contraria autem argumenta, tenendo hanc partem reſponderi poteſt.

136 Ad primum: quod licet regulariter fœmina poſsit eſſe teſtes; fallit tamen in teſtamento, vt dixit text. in l. qui teſtamento 20. §. mulier, ff. qui teſtament. face. poſſunt, & probaui late ſupra num. 19. cum ſequentibus. Maxime hoc obſeruandum eſt in teſtamento nuncupatiuo, verbo tantũ coram teſtibus facto, de quo loquitur lex fin. C. de fideicommiſ. in quo propter timorem falſitatis, lex tantũ admitti voluit homines ad differentiam fœminarum, vt dicit ibi lex: etenim ne quid falſitatis incurrat, per duos, forte teſtes compoſitum teſtamentum, maiorem numerum teſtiũ expoſtulat, vt per ampliores homines perfectiſsime veritas reueletur. Et quod ſcripſit Menoc. de ſucceſſ. creation. §. 30. num. 26. verſic. In ſumma, in Regno Caſtellæ in teſtamento, verbo, facto coram quinque, vel tribus teſtibus, vbi lex illius Regni in diſtinctas loquitur, fœminæ poſſe eſſe teſtes, communiter damnatur, vt inquit Matienç. lib. 5. recopil. titu. 4. de teſtam. l. 1. gloſſ. 8. nume. 3 fol. 73. vbi, poſt quam allegauit doctrinam Ferdinandi Menchaca ſubiungit hæc verba: cuius opinio cum ratione cõmuniter damnatur, vidimus enim legem iſtam, quinque exigere teſtes, quoſque vicinos loci, vbi fit teſtamentum, vel ſi plures non reperiantur, tres adminus quoſque, etiam incolas, & vicinos. Et ex hoc non fuit viſum excludere alias teſtiũ qualitatis, à iure requiſitas. Quare miror profecto virum, alias ingenioſum, vt nobis videtur, in opinionibus ſolus, rarus mirabiliſque, in tantum lapſam fuiſſe errorem hallucinatumque in re

137 valde lucida, & clara. Et in eo debẽt teſtes eſſe rogati, vt probaui ſupra n. 42. cum pluribus ſequentibus, & nu mer. 48. cum ſequentibus, vbi probaui: quod ſolemnitas hæc rogitus teſtium, tantum fuit ſublata per foros noſtri Regni, in teſtamento inſcriptis recepto, per notarium, non in teſtamento, verbum tantum condito coram teſtibus, in quo debet plenè probari de enixa voluntate teſtatoris, & verba protuliſſe, animo teſtandi.

138 Nec obſtat ſecundum: nam regula illa, quod teſtium numerus ſupplet eorum defectũ, & inhabilitatem, quam tradit Farinac. de teſtib. quæſt. 62. limit. 13. num. 309. per eundem Farinac. limitat. num. 313. vt non procedat in cauſa graui, & ardua (vt eſt noſtra) in qua teſtium numerus non ſupplet defectum, & ſubiungit hæc verba; hanc firmatum Iaſon in auth. ſi vero contingerit, num. 6. Gram mat. deciſ. 11. num. 2. & conſil. 45. num. 30. conſil. 149. num. 37. lib. 5. Corrad. in pract. §. 2. de offic. Prætor. in cauſ. ciuil. titul. de teſtib. rub. perſonas teſtium aggrediẽdo in princip. num. 8. ad fin. Monticel. in repertor. teſtium, rubr. numerus, & dignitas teſtium, fol. 80. colum. 2. verſic. Quinto, & ſequentibus, & idẽ Farinac dict. quæſt. 62. num. 312. limitat his verbis. ¶ Limito quarta vt

139 teſtium inhabilitas ſuppleatur per numerum, quando inhabilitas diminuit tantum fidem teſtis: ſecus ſi in totũ

cum

cum à teſtimonio repellat: quod enim nihil, eſt ſupplementum non recipit, l. ſed ſi manente, ff. de præcario, & ex pluribus, in perfectis in ſua ſpecie
141 non poteſt vnum perfectum reſultare, l. 1. C. qui min. tute. Et ſubiungit dict. Farinac. ſic nempe per hanc & alias ſimiles rationes, hanc ſublimitationem firmarunt, Grammati. deciſ. 11. num. 2. Corn. in l. 1. num. 35. verſic. Tu dicas, C. de teſtam. & alijs ibi relatis in caſu autem noſtro, tres teſtes alumnę, dictę Domnæ Iolantis: tum quia fœminæ: tum quia famulæ hęredis inſtitutę, & quia alios patiuntur defectus, ſingularitatis, & cōtradictionum, his omnibus ſimul
142 iunctis, omnino ſunt inhabiles: teſtis enim, qui plures patitur defectus nō admittitur, nec admiſus probat, etiā in caſu, quo veritas aliter haberi non poteſt, vt poſt multos, quos allegat dictus Farinac. de teſtibus, quæſt. 62. num. 80. vbi refert Bartol. dicentem, omnium conſenſu receptam, & idē Farinac. in eadem quæſtio. num. 381. qui alios allegat: & ita in caſu noſtro numerus teſtium ſupplet defectum aliorum, & idem Farinac. eadem q. 62. num. 319. ita ait: Sublimita ſexto, vt numerus teſtium, ſuppleat de-
143 fectum reſpicientem eorum perſonam, ſecus ſi defectus ſtet in dictis: quia tunc non ſuppletur ex pluralitate. Ruin. conſil. 140. num. 36. in fi. lib. 5. ſicut illum refert Monticel. in ſuo repertor. teſtium, rubric. numerus, & dignitas, fol. 81. column. 1. Maſcard. de probationib. lib. 3. concluſ. 1357. num. 13. & Cancer. lib. 2. variar. cap. 8. de iuram. num. 29. ait dictam regulam, quod numerus te-
144 ſtium ſupplet eorum defectum, non procedit cum ipſa teſtium multitudo iuncta cum ſingularitate, ſit cauſa diminutionis fidei teſtium: quia mille teſtes ſingulares non probant, quantum vnus. Et ſic dicit Crauet. de antiquir. tempor. part. 4. ſectione ſed enim num. 7. quod ſi eſſet vnus teſtis tantum legitime deponens, probaret, ſemiplene, & ſi ſunt plures diuerſa loquentes nihil probarent, & in caſu noſtro verſamur in caſu dictarum limitationum: quia defectus teſtium, nedum conſiſtit in perſonis: ſed in eorum dictis: quia nedum non concordant in cortice verborum, ſiue in verbis formalibus, prolatis à teſtatore, quod neceſſarium eſt in teſtamento nuncupatiuo, verbo, coram teſtibus facto, vt ſupra probaui num. ſed etiam ſunt ſingulares in dictis ſuis, & habent plures contradictiones, & dixi ſupra num.

145 Nec obſtat tertium: quāuis enim conſuetudo vicinarum Prouinciarū ſpectāda ſit; hoc procedit vbi in propria Prouincia non eſt quid, in contrarium diſpoſitum: in Regno autē Valentiæ habemus foros, ſiue leges Regni, quibus ſtatutum eſt fœminas non poſſe eſſe teſtes in teſtamento, vt dixi num. 23. quod etiam de iure Cęſareo, & Pontifico procedit, vt ſupra dixi num. 33. cum ſequentibus, & in noſtro Regno, per forum, eſt data forma teſtamenti nuncupatiui, verbo facti, coram quinque teſtibus, abſque interuentu Notarij: quæ ſeruanda eſt, vt fiat coram quinque teſtibus maſculis, qui ſeparatim examinētur,

per

per Iudicem ordinarium, vt videantur: an eſſent concordes, tam in ſubſtantia, quam in cortice verborum. Et inuerosimilia deponant, iudex enim in hoc caſu debet cuncta rima-
146 ti. iuxta l. 3. §. ideoque, ff. de teſtib. ibi: *Tu magis ſcire poteſt quanta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſint, & qui ſimpliciter viſi ſint dicere, vtrum vnum, eundemque meditatum ſermonem attulerint: an ad ea, quæ interrogaueras ex tempore veroſimiliter reſponderint.*

147 Et quod in Regno Aragoniæ obſeruatur: quod duæ fœminæ poſſunt teſtes eſſe in teſtamento nuncupatiuo, valde exorbitans à regulis iuris communis, & valde periculoſum, cum facile fraus, & falſitas committi poſsit, quæ plerumque in teſtamẽtis committitur, vt dixi ſupra nu. 21. & in eis, maximus eſt timor fraudis & falſitatis, vt dixi num. 46.

148 Et quod in Ciuitate Barchionæ diipoſitum eſt in teſtamento nuncupatiuo, priuilegiato, quod ſacramẽtale dicitur: quod duo teſtes ſufficiunt: intelligendum eſt, dummodo ſint maſculi, & omni exceptione maiores. Vt ſatis conſtat ex ſupradictis, ne falſitas committatur. l. iubemus 29. C. de teſtam. ibi: Et falſitas in elogijs committitur, quam vt exul fiat à republica noſtra, maximẽ in teſtamentorum confectione cupientes, &c. Et in teſtamẽtis ſub eſt maior timor falſitatis, fraudis, & ſuſ-
149 picionis. vt probat Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap: 93. num. 4. & ſi fœminæ in eo poſſent eſſe teſtes, facile poſſent fieri in eo fraudes, & falſitates: Et quod in teſtamento ſacramentali teſtes debeant eſſe maſculi, ex eo patet, nam in conſuetudine Barchinoniæ ſupra relata, num. 11. non declaratur: qualitas teſtium: ſed tantum dicit: quod ſi quis fecerit teſtamentum præſentibus teſtibus
150 & vbi non eſt clara diſpoſitio, recurrendum eſt ad ius commune iuxta conſtitut. Cathaloniæ 40. Curia anni 1599. vbi expreſſe diſponitur, quod in caſibus, non diſpoſitis per vſaticos, conſtitutiones, & alia iura Cathaloniæ, & eis deficientibus, decidi debeant cauſæ, iuxta diſpoſitionem iuris, & eo non diſponente, iuxta ius ciuile: atque de iure Canonico, in teſtamento condito ad cauſas profanas, teſtes debent eſſe maſculi, vt probaui ſupra num. 33. & 36. ergo in dicto teſtamento ſacramentali, neceſſario teſtes debent eſſe maſculi, quod iuri, & rationi naturali valde congruit.

151 Nec obſtat quartum: licet enim verum ſit, ſolam voluntatẽ teſtatoris ſpectaudam eſſe, quibuſcumque verbis ea declaretur; hoc tamen intelligendum eſt, quando voluntas fuit perfecta, & teſtator, verba protulit, animo teſtandi, & condendi teſtamentum: ſecus tamen, ſi nõ cõtat de perfecta de voluntate teſtatoris teſtatoris, iuxta l. diuus 24. ff. de teſtam. milit. ibi: *Cæterum ſi vt plerũque ſermonibus fieri ſolet, dixit alicui:* Ego te hæredem facio: aut tibi bona mea relinquo: non oportet, hoc pro teſtamẽto obſeruari, l. quidã cũ filium 46. ff. de hæredib. inſtituend. cuius verba ſunt: quidam cum filium fami-

familias hæredem inſtituere vellet,ne ad patrem eius,ex ea hæreditate,quicquam perueniret, voluntatem ſuam expoſtuit filio, filius cum patris offenſam vereretur petijt à teſtatore,ne ſub conditione, ſi a patre emancipatus eſſet, hæredem eum inſtitueret, & impetrauit ab eo, vt amicum ſuũ hæredem inſtitueret: atque ita teſtamento, amicus filij ignotus teſtatori hæres inſtitutus eſt, nec quicquam ab eo petitum eſt, querebatur, ſi ille amicus, aut adire nollet, aut aditam nollet reſtituere hæreditatem: an fideicommiſſum ab eo peti poſsit: aut aliqua actio, aduerſus eum eſſet: & vtrum patri, an filio cõpeteret. Reſpondit etiam,ſi manifeſtum ſit:ſcriptum hæredem, fidem ſuam interpoſ ſuiſſe, non tamen aliter ab eo fideicommiſſum peti poſſe; quam ſi, & ipſum teſtatorem, fidem cuius ſecutum eſſe, probaretur: ſi tamen cum a filio familias rogaretur amicus, & aditurum ſe hæreditatem recepiſſet, & reſtituturum patri familias facto, non abſurde dici poſsit:mandati actionem futuram, & eam actionem patri in vtilem fore: quia non ſit ex bona fide, id ei reſtitui, quod teſtator, ad eum perueniſſe, noluerit;ſed nec filio vulgarem, competituram; verum vtilem: ſicuti dare placeret ei, qui cum filius familias eſſet pro aliquo fideiuſsiſſet, ac pater familias factus ſoluiſſet.& Bald. in dict. l. qui-
152 dam cum filium, notab. ait: quod non ex omni voluntate teſtatoris agitur: ſed ſolum ex ea, quæ tranſit ad diſpoſitionem. Vnde non ſufficit:teſtatorem velle, niſi diſponat:ideo hic teſtator, licet voluerit, hæreditatem pertinere ad filium: tamen quia hoc non diſpoſuit expreſſe, vel tacite,nõ agit ex teſtamẽto. Ex quo nota,quod
153 illud dictum,quod tacite agitur pro expreſſo habetur, eſt verum,quando illud tacitum trãſit ad diſpoſitionẽ: ſecus ſi non tranſit, vt hic. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 11. nume. 33. ita ait: Tertia regula, ſeu concluſio: hæc eſt voluntas teſtatoris, quæ non ſit importata per verba, ſecundum eorum propriam, aut impropriam ſignificationem: vel quæ non veniãt in manifeſtam, & neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum, regulariter non attenditur ad fideicõmiſſum inducendum: ſed ſtandum eſt diſpoſitione importatæ per verba. Ad hoc extant plura iurium exempla in l. ſi quis in fuudi vocabulo, ff. de legat. 1. & in l. Titia cum teſta-
154 mento, in princip. de legat. 2. ibi: Nec poſsit vtile fideicommiſſum putari, quod datum non ſit. & l. pater filium, §. fundum, & l. vxorem, §. ſorori, ibi: verbis fideicommiſsi nõ contineri, ff. de legat.3. & l. ſi alij,ff. de vſufruct. leg. ibi: Errore labitur, & l. prædia, §. fin. ff. de fund.inſtr. ibi: Id tantum cedere legato, quod verbis comprehendiſſet.& l. Lucius, §. tres hæredes, ibi: Non proponi rogatum, & l. Epiſtolam, ff. ad Trebell. ibi: Sempronium non proponi rogatum. Ad hoc etiam text. elegãs in l.quidam cum filium,ff. de hæred. inſtitutio. Et inde notãt Bald.& omnes: non ſufficere teſtatorem fideicommittere voluiſſe,niſi eius voluntas tranſierit in diſpoſitionem. Ad hæc

hæc optimus text. l. ſi ancillas, ff. de legat. 1. ibi, & nec verbis, nec volũtati defuncti accomodata. Hæc ſententia eſt, & in l. in ambiguo, ff. de reb. dub & in l. nepos Proculo, ff. de verbor. ſignif. gloſſ. in verbo ſenſit, quæ ſic explicite voluit. & idem
155 Peregrin. dict. artic. 11. num. 36. ſubiungit hæc verba: *Et vt inquit Paulus Caſtrenſ. in l. ſi pluribus, §. ſi eadem, ff. de legat. 1. & in ſuo conſil. 121. colum. 2. in princip. imputandum eſt teſtatori, cur per congruentia verba, non ſit locutus, etiã quod actus reddatur nullus, Socin. in l. vbi eſt, in quinto notabili, ff. de reb. dub. ſequitur Crabet. conſil. 188. colum. 2. & præterea Menoch. conſil. 97. nume. 42.*
156 Quibus conſonant notabilia verba; Bald. conſil. 102. num. 6. in 3. vbi quod verba repręſentant hominis intentionem, & voluntatem ſicut ſpeculum faciem. Et idem Bald. cõ-
157 ſil. 472. in cauſa prioris, colum. 1. & 2. dicebat in ore, & in mente præſumi vnũ, & idem. Et in conſil. 490.
158 colum. 1. in princip. pulchrè dixit: quod verba non ſonant, nec loquẽs ſenſerit, quia virtus ſermonis [illegible] non porrigit ad aliud. Ad hæc text. notabilis in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. ibi itaque, qui aliud dicit, quã vult, nec id dicit, quod vox ſignifficat: quia non vult, neque id quod vult: quia id non loquitur, & Pelaez de maiorat. part. 2. in initio, num. 76. in fin. 77. & 78. in noua impreſſio. tom. 1. fol. 366. ita ait: Eſt tamen in
159 ſuperioribus aduertendum, quod nõ ſufficit teſtatorem aliquid voluiſſe, niſi etiam ad diſpoſitionẽ procedat, l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtituend. per quam limitantur omnia iura, quæ dicunt: quod illud, quod teſtator tacite diſponit, habetur pro expreſſo, quia illud procedit, quando tacitum tranſit ad diſpoſitionem, & non alias, ſecundum Bald. in dict. l. quidam Iaſon qui ſimilia adducit in l. ſi res obligata, nu. 31. ff. de leg. 1. & in l. ſi ita legatum, §. illi, num. 2. ff. de legat. 1. Notat Paulus in l. ex facto, §. penult. ff. ad Trebell. Oldrald. in conſil. 21. Dec. in conſil. 205. num. 8. & conſi. 653. viſo copioſo, num. 10. & 636 prima facie, nu. 13. Alexand. in conſi. 261. viſo temate lib. 7. Tiraquel. in dict. l. ſi vnquam, in verbo libertis, num. 20. Notant Arias Pinel. in l. 3. C. de bonis matern. part. 11 nume. 27. fol. 192. Roderic. Suar. allegat. 2. fol. 128. colum. 2. aliuit in dict. l. verbis ciuilibus, nũ. 13. pag. 129 ff. de vulgari. Socin. iun. in conſil. 2. nu. 18. & conſil. 97. num. 50. & in conſil. 155. num. 7. & in conſil 180. num. 2. lib. 2. Roland. in conſil. 31. num. 12. cum ſeqq. lib. 4. & in teſtamento ſacramentali, quod priuilegiatum eſt in Ciuitate Barchinonæ oportet, vt conſtet de voluntate teſtatoris, & quod animo teſtandi, verba protulerit. Ita fuit declaratum in Regia Audiencia Cathaloniæ, cum Regijs ſententijs relatis ſupra num. 64.
160 Nec obſtat quintum: cui reſpondet Decius in conſil. 159. incipienti, caſus qui proponitur nu. 5. poſt medium, par. 1. his verbis. Non obſtat text. allegatus ſupra in contrariũ in d. l. Pamphilo, §. propoſitam, de leg. 3. quia ille text. maxime fundatur in conuo-

conuocatione amicorum, vt colligit
ibi: Accerſitis amicis, vt notat Bart.
in l. fin. ff. de teſtam. in l. gerit. colu.
161 3. ff. de acquirend. Et hoc in caſu no-
ſtro non verificatur, bene in ſecun-
do loquitur, ille text. & quando vo-
luntas fuit deliberata. Sed in caſu no
ſtro fuit ſuſpenſa in futurum: quia
voluit, quod adhiberetur Notarius
vt ſupra dictum eſt. Et ita reſpondet
Paul. de Caſtro in dict. conſil. 189.
162 in verſic. Item ſecundo facit. Tertio
reſpondetur: quod ille text. proce-
dit in legatis, prout loquitur, & non
haberet locum in inſtitutione hære-
dis, vt notat. dicit Imol. in l. 1. ff. de
teſtam. Quarto, in iſto caſu res cla-
ra videtur, ex verbis eiuſdem teſtis,
ex quibus patet, quod verba, prius
prolata, non erant diſpoſitiua: &
alia iura, in contrarium allegata, pro
cedunt, vbi conſtat de voluntate te-
ſtatoris, vt patet ex proxime dictis
num. Et in hoc caſu teſtamen-
ti conditi, verbo coram teſtibus, abſ-
que Notario, requiritur, quod teſtes
deponunt concorditer de verbis for
malibus, vt conſtet plenè de volun-
tate perfecta. Nec ſufficit eam decla
rare per verba æquiualentia. Et dixi
ſupra numer. 122. cum igitur in caſu
noſtro dictus Petrus Solanes, non
protulent animo teſtandi verba, quę
declarent perfectam eius voluntatē,
coram legitimo numero teſtium, par
rum, aut nihil refert, quod diuerſis
diebus, ante mortem dixiſſet, velle
relinquere hæredem ſuam vxorem,
etiam ſi ſæpius hæc verba protuliſſet
non ex illis probatur feciſſe teſtamē-
tum.

Non obſtat, quod allegabat di-
cta Domna Iolans conſtare de volū
tate perfecta Petri Solanes, eius viri
in cauſa ob quam hæredem inſtituit,
vt bona peruenirent ad Franciſcam
filiam ſuam ſpuriam, cui relinquere,
non poterat, iuxta foros 13. & 14. de
his quib. vt indign. & quod ſi ea re-
linqueret filio fratris, quem in primo
teſtamento hæredem iuſtituerat, non
conſequeretur optatum. Nam reſpō
deo: quod eo modo, quo diſpo-
ſuit, in dicto teſtamento nuncupa-
tiuo, in fauorem vxoris, potuiſſet
etiam in fauorem Gregorij Solanes
filij eius fratris, illum grauando, vt
præſtaret alimēta: ea enim filijs ſpu-
rijs debentur de iure Canonico, cap.
163 cum habeat, in fin. extra de eo, qui
duxit in matri, & late probat Surd.
de aliment. titul. 1. quæſt. 10. a num.
5. in ſequentibus, qui alios allegat &
Mantica de tacit. & ambig. in lib. 13.
titul. 37. num. 26. Barri. de ſucceſſ.
lib. 1. titul. de incapacit. num. 13. pag.
61. & pariter poteſt dotare filiam ſpu
ream, vt docet idem Barri vbi ſupra
num. 14. his verbis: *Quæ de alimentis*
164 *dixi, obtinent etiam in dote, ſic pater po-*
teſt relinquere, & donare: imo & tene-
tur, dotem filiæ ſuæ ſpuriæ. Graſſ. §. in-
ſtitutio, quæſt. 7. num. 17. & Surd. q.
10. de alimentis Quod intelligo, dummo
do dos modum alimentorum non excedat:
nam exceſſus repeti poterit, non conſtan-
te matrimonio: ſed eo ſoluto, vt idem di-
cunt. Et Simon de Prætis lib. 3. in tit.
1. dubit. 4. ſolut. 2. num. 7. Vnde ſi
dictus Solanes volebat facere: id
quod licite poterat, nimirum relin-
quere alimenta, & dotem modratā,
correſ-

Digitized by Google

correſpondentem alimentis filiæ ſpu
riæ, non habebat neceſſe vti medio
inſtitutionis vxoris: ſi autem vole:
bat omnia ſua bona filiæ ſuæ relin-
quere: & ideo vxorem inſtituebat
hæredem, vt ea filiæ reſtitueret, non
tenet in his inſtitutio, iuxta for. 14.
de his quib. vt indig. ibi: *Mas encara haja lloch quan lo pare, ò la mare inſtituira, lexera, o farà donacio a algũ altre: perço que aquell, o, do, o reſtituesca al fill, o filla, nat, o nada de tal vedat aiuſtamet.*
Et probaui ſupra num. 15. cum ſeq.
nec poteſt in fraudem legis, per in-
terpoſitam perſonam, ſpurio relin-
quere, vt bene dicit Manrica de ta-
cit. & ambig. conuent. lib. 13. q. 37.
166 num. 14. his verbis: *An vero in fraudem legis quid factum intelligatur, ratio ipſa perpendi debet: quia ex lege dicitur, non tantum, quod ex verbis, ſed etiam, quod ex ſententia legis eſt, l. nominis, & rei, §. verbum ex lege, ff. de verbor. ſignif. Neque dubium: quin in legem committat, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem: & ideo pœnam, legibus inſertam non euitauit, qui ſe contra ſententiam legis, ſæua prærogatiua, verborum fraudulenter excuſat, vt ad literam dicitur. l. non dubium, C. de legib⁹. Et ſimiliter probatur, ex lege cõtra legem, cum leg. ſeq. ff. eod. Et quia plerumque homines aſtute lacerandas leges exiſtimant, l. vltima, C. mandati, quæ nulla debent machinatione circumſcribi, l. 2. §. hoc etiam, C. de iur. iurand. propter calũ. l. vltima, ne quid in loco publi. in legem committunt, etiam hi, qui vigore legis ſcrupuloſis ex cogitatis artibus eludere feſtinant, vt dicitur in l. vlt.*
167 *§. nec callidis de Aſſeſſo.* Et num. 16.
alijs relatis probatur: quod ſi pater fi-
lijs ſpurijs per interpoſitam perſonã
donauerit, in fraudem legis donaſſe
intelligitur. quod probatur in l. 1. §.
ſiue itaque, C. de natur. libe, cuius
verba ſunt: *Siue itaque per ipſum donatum eſt qui pater dicitur, vel per alium per interpoſitam perſonam, ſiue ab eo emptum, vel ab alio, ſiue ipſorum nomine cõparatum, ſtatim retractum reddatur.*
168 Nec obſtat ſextum & vltimum,
quod opponebatur de deſertione ap
pellationis: nam vt late dixi in mea
deciſ. Valentina 107. num. 8. cum ſe-
quentib. lib. 1. quando conſtat de bo
no iure partis, ex meritis proceſſus,
Regia Audientia nõ curat de deſer-
tione. ita Caraui. ſuper ritibus Ma-
169 gnæ Curiæ, ritu 260. num. 3. fol. 146.
ibi: Limita tamen: non procedere
in S. R. Conſilio Neapolitano, vbi
propter ſtylum, qui eſt ibidem, non
obſtante præſentatione proceſſus, fa-
cta poſt terminũ quinquaginta die-
rum, ſi nondum fuerit pronunciatũ
ſuper deſertione, poteſt in cauſa ip-
ſa appellationis procedi, reuidendo
eadem ex eiſdem actis, vt dicit Af-
flic in deciſ. 79. & melius deciſ. 743.
in fin. Maranta de ordin. iudic. part.
6. titul. de appellat. num. 411. ratio
iſtius ſtyli eſt: quia ſacrum Conſiliũ
perſonam Regis repræſentat, & ſen-
tentiæ nomine Regis proferuntur, &
Rex ipſe, & eius Præfectus Prætorio
poteſt, vt dicit. Imol. in cap. literis, in
fin. de in integr. reſtitut. & Guid. Pa
171 pæ, deciſ. 155. Flores in addit. ad Gã-
mam, deciſ. Portugaliæ 68. vbi ait:
Quod in Tribunalibus ſupremis, il-
lorum Regnorum practicatur, quod

Digitized by Google

ſi proceſſus præſentetur extra tempora appellationi præfixa; reuideatur per auditores, & ſi de bono iure appellationis conſtiterit, ſententia reformetur: non obſtante deſertione: de quo per Auendañ.reſponſ. 2. nu. 6. Azeued. in l. 2. num. 39. titul. 18. lib. 4. Recopilat. Carauit. etiam dict. rubr.
172 260. num. 8. inquit: quod quilibet bonus iudex debet, ſicut ab igne cauere, pronuntiare appellationem deſertam, vbi vidit ſententiam male latam: ſed vel ipſam reuocare, vel a decreto deſerſionis abſtinere. Refert, & ſequitur Sigiſmund. Sccac. de appel. quæſt. 15. num. 205. pag. 357. vbi ait. Magnam Curiam, & Regias Audiē
173 tias Regni Neapolis, prius, quā pronuntient ſuper deſertione cauſæ, informari ab aduocatis partium ſuper meritis cauſæ; citra tamen præiudicium deſertionis: & ſi vident ſententiam bene latam, vel ſaltem ex facto, vel dubio iuris intricatam, decernunt appellationem deſertam: ſi vero vident male latam eſſe ſententiam, determinant cauſam principalem, omiſso capite deſertionis: Et ita pronuntiatum fuit in Regia Audientia Valentin. in cauſa de qua in dict. deciſ. 107. Hæc cauſa non venit ad ſententiam; quia partes concordarunt, volui tamen, quod ad eius deciſionem obſeruaueram, in ſcriptis redigere. Et ſemper habui pro indubitato dictum teſtamentum nullum eſſe. Et ita iudicaſſē ſi ad ſententiam cauſa perueniſſetur.

Finis, Laus Deo.

INDEX PRINCIPALIVM QVAEſtionum, ſiue argumentorum, deciſionum huius tertij tomi.

Deciſio 1. fol. 13.

1 AGnatus, non eſt maſculus deſcendens per lineã maſculinam illegitimam. Et multa de filijs naturalibus, & de illegitimis.
Fœminæ, & maſculi, ex eiſdem deſcendentes, in maioratu agnationis non ſuccedunt.
Maioratus in ſucceſsione attenditur linea gradus, ſexus, & ætas.
Et quando fœmina maſculo præfertur.

Deciſ. 2. fol. 31.

2 Appellari, vel ſupplicari non poteſt à declaratione, facta in cauſa contentionis, per arbitros electos, iuxta formam iuris, vbi diſpoſitum eſt: ſtandũ eſſe deliberationi eorum.

Deciſ. 3. fol. 34. & 39.

3 Feudi controuerſia, vbi eſt inter dominum, & vaſallum, quæſtio eſt terminanda per Pares Curiæ; fallit tamen in caſibus hic relatis.

Deciſ. 4. fol. 34. & 39.

4 Feudi dominus, vbi in feudatione ſibi reſeruauit ius Pacis, & belli Saraceni naufragati, & per dominum feudi, capientibus conceſsi, non erũt feudatarij, & multa de naufragijs, & de bonis captis in bello, vel ab hoſtibus.

Deciſ. 5. fol. 42.

5 Sententia, quando ex eiſdem actis reuocatur, non excuſatur. victus à condemnatione expenſarum.

Deciſ. 6. fol. 43.

6 Nobilitas quomodo probetur de iure Cæſareo, & in Regno Caſtellæ.
Immemorialis poſſeſsio habet vim tituli, & priuilegij: & quomodo ſit probanda.
Sententia lata in cauſa nobilitatis, in fauorem vnius, quando proſit alijs, ex parte patris deſcendenibus.

Deciſ. 7. fol. 50.

7 Immemorialis poſſeſsio, vt ſit probata: an inter alia requiratur, quod maiores, a quibus teſtes audierunt, dixerint: non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.

Deciſ. 8. fol. 52.

8 An teſtes de auditu in antiquis (vbi teſtes de viſu reperiri non poſſunt) probent, in materia nobilitatis, deſcendentiam, quamuis in eorum depoſitionibus, non reperiantur requiſita, capit. licet ex quadam, extra de teſtibus.

Deciſ. 9. fol. 55.

9 Nobilis exterus: an gaudeat nibilitate, & ſic Valentinus, nobilitatem ſanguinis habens filius, vel nepos extranei à Regno: an admitti debeat in congregatione nobilium Valentiæ: quæ dicitur brachium militare, & gaudere omnibus priuilegijs, quibus gaudent milites, equites, & generoſi in Regno Valentiæ.

Deciſ. 10. fol. 72.

10 Domini locorum; qui tantum habent iuriſdictionem Alphonſinam in Regno Valentię, non poſſunt viſitare bona propria vniuerſitatis. Et quibus dominis hoc ius viſitandi cōpetat.

Deciſ. 11. fol. 38.

11 Facultas cuilibet competens, res minutatim vendēdi, poteſt tolli per ſtatutum, factum à cōſilio generali vniuerſitatis, & eis hoc prohiberi in beneficium vniuerſitatis.

Deciſ. 12. fol. 14.

12 Donatarius, cui contemplatione matrimonij, fuit facta donatio, cum facultate diſponendi in fauorem vxoris, de parte rei donatæ, poteſt diſponendo in eius fauorem, eam grauare, onere viduitatis ſeruandæ, & ſi illa, ſecundo nubit, amittit legatum.

Deciſ. 13. fol. 86.

Fœminam, a teſtatore deſcendentem, eſſe præferendam maſculo, non deſcendenti ab eodem. num. 80. fol. 25.

Fœminæ, ſub nomine deſcendentium comprehenduntur. num. 84. fol. 25.

Fœminæ dicuntur de domo: & ita in defectum maſculorum, admittuntur: quamuis ex ſtricta ſignificatione, ex Italiæ conſuetudine, verbum, domus, agnationem ſignificet: ſecus in Hiſpania. num. 91. fol. 26. & num. 93. eiuſdem deciſionis.

Fœmina poteſt ſuccedere in feudo, quod ex ſui natura, & conſuetudine ſuccedendi tranſit in fœminas, vel ſuper quo fuit erecta primogenitura. num 108.

Fœminæ ſuccedunt in maioratibus, quibus eſt adiectum grauamen delationis nominis, & armorum. num. 115. fol. 30.

Fœminam deſcendentem a maioratus inſtitutore, præferendam eſſe in ſucceſſione, maſculo deſcendenti per lineam maſculinam illegitimam. nu. 123. fol. 32.

Fœmina vt teſtis:

Fœminæ poterunt eſſe teſtes, in teſtamento nuncupatiuo Regni Valen. num. 23. fol. 200.

Fœminæ, in teſtamentis non ſunt teſtes idonei. num. 19. deciſ. 40. & nu. 25. & 186.

Fœmina non poteſt eſſe teſtis in omnibus caſibus, in quibus numerus teſtium eſt diminutus. deciſ. 40. num. 35.

Fœmina non dicitur eſſe teſtis idoneus. deciſ. 40. num. num. 37.

Fœminas eſſe teſtes in teſtamento, exorbitans eſt a iure cõmuni. deciſ. 40. num. 14.

Fiſcus.

Fiſcus, vbi facit partem in cauſa, debet tractare in ſuo conſiſtorio, & nõ coram paribus curiæ. num. 10. fol. 35.

Fiſci priuilegium eſt: quod procurator Cæſaris tantum de cauſis fiſcalibus

cognoſcat.num.11.fol.35.

Fiſcus pro ſuo intereſſe comparens in iudicio, cauſam tradit ad ſuum iudicem num.12.fol.36.& num.14.

Fiſcus in Cathalonia trahit cauſam ad ſuum tribunal; nimirum ad Baiulum generalem.num.15.fol.36.

Forma.

Forma tradita per forum 16. de teſta. in foro Valen.fol.149. explicatur.n. 1.fol.200.

Forus 96. Curiarum anni 1585.

Forus 96. Curiarum anni 1585. diſponit: non valere renunciationes donationum, factarum contemplatione matrimonij, nec recognitiones, dicẽdo: factas fuiſſe tantũ honoris gratia.num 14.fol.83.

Fori 9. & 10. de Notarijs.

Forus 9 & 10.de Notarijs, non ſunt leges pactionatæ: ſed tantum in vim legis.num.15.fol.106.

Forus 15. de teſtam.

Forus 15.de teſtam. diſponit: quod teſtatores non poſſunt bona ſua relinquere generoſis. Placet ſuæ Maieſtati. Licet poſtea ſit adducta numeratio aliquorum, in dicto foro comprehenſorum, non videtur minuta reſponſio. num.7. fol. 192. & num. 65.eiuſdem deciſ.

Fructuum ſequeſtratio.

Fructus aliquando ſequeſtrantur pendente appellatione.num.22. fol. 143.

G

Generis legatum.

Generis legatum, non comprehenditur in ſpecie legata.num.21. fol. 16.

Generoſi.

Generoſi, & Militis nomina ſunt ſicut adoptio, & arrogatio. num. 180. fol. 70.

Generoſi in Regno Valen. qui ſint. n. 179.fol.70.

Generoſi homines Valentiæ, qui ſint. num.184.fol.70.

Gemmæ.

Gemmæ, ſi ſunt pretioſæ, & magni valoris, non cenſentur in dubio donatæ: ſed tantum ad vſum conceſſæ.n. 4.fol.90.

Grauamen delationis armorum.

Grauamẽ delationis armorum, & nominis, indicat voluntatem conſeruãdæ agnationis.num 38.fol.19.

Grauare poteſt pater venientes ab inteſtato, filio impuberi, quando ille potuit facere ſubſtitutionem pupillarem, & non facit: videtur enim velle, vt eius bona habeat.num.16.fol.184.

Gratia.

Gratia, ſtatim, quod Rex dicit: fiet, eſt perfecta.num.2.fol.184.

Gubernator Regni Valen.

Gubernator Regni Valentiæ cognoſcit de omnibus cauſis vniuerſitatũ, quamuis ſit Baronum. num. 22. fol. 76.

Gubernator ſeu Prorex.

Gubernator, ſeu Prorex non poteſt officia ab eo danda, concedere vltra tempus ſuæ gubernationis. num. 30. fol 139. & num.41.eiuſdem deciſ.

Habens

H

Habens iuſtam cauſam.

HAbens iuſtam cauſam in veritate, ſuccumbit multoties ob inopiam pribationum num.9.fol.107.

Hæres, vt præſcribat.

Hæres rectè præſcribit aduerſus legatarium, ante acceptationem.num.73. fol.177.

Hæres in nuncupatiuo teſtamento inſtitutus: quia facit publicare primũ teſtamentum in ſcriptis conditum, præſumitur: quod exiſtimat, ſecundum teſtamẽtum nullum. num. 133. deciſ.40.

Hidalgus.

Hidalgus Caſtellæ non eſt eques Valentiæ: ſed contrarium fuit declaratum.num 6. fol.58 59. & nu.7. 8. & 9.conſequentibus eiuſdem deciſ.

Hidalgum Caſtellæ, eſſe militem Valentiæ.num.20.fol.59.

Hidalgus Caſtellæ probans immemoriale, poteſt dicere: á Rege Aragonum habere nobilitatẽ, ex quo Rex Catholicus fuit Rex Aragonum, & Caſtellæ.num.29 fol.59.

Hidalguiæ priuilegia.

Hidalguiæ, privilegia, non eſt nóvum; Reges concedere plebeis. num. 43. fol.60.

Hidalgus dicebatur, qui vltra bonum ſanguinem, aliquid aliud habebat.n. 53.fol.60.

Hidalgui ex ſanguine vocabantur milites de Eſpuela dorada. nu. 54. fol. 62.& num.55.eiuſdem deciſ. Et cum ſint nobiles, etiam citra priuilegium, sũt immunes ab omnibus collectis, & contributionibus.num.56.fol.62.

Hidalgui ex priuilegio: an gaudeant prærogatiuis, quibus gaudent nobiles, vera nobilitate, & quæ prærogatiuæ ſint.num.60.fol.62. & 61. eiuſdem deciſ.

Hidalgui ex priuilegio; æquiparantur nobilibus ex ſanguine. num. 59. fol. 62.

Hidalgus ex Hiſpania de Solar conocido, etiam ſine vlla poſſeſſione, habet eſſentialem nobilitatem in proprietate.num.75 fol.124.

Homines de Paratico.

Homines de Paratico, Valẽtiæ, qui ſint, num.183.fol.70.

Honorabilius quid in Hidalgo.

Honorabilius eſt eſſe Hidalgũ ex ſanguine, quam ex priuilegio. num. 47. fol.60.

I

Idemptitas.

Idemptitas perſonarum, vt probetur, debet ex primi nomẽ, cum duobus alijs accidentibus.num.18.fol.115.

Indebitum.

Indebitum, per errorem ſolutum, aut ipſum, aut tantundem reperitur. nu. 3.fol.127.

Illegitimi.

Illegitimi, licet, ſecundum communem vſum loquendi, dicantur de domo, & familia paterna; tamen talis vſus non eſt attẽdendus, cum domus, & familia accipitur pro agnatione. nu. 61.fol.21.

Illegitimus non poteſt ſuccedere ex tante ſobole legitima num. 122. fol. 32.

Digitized by Google

Index rerum.

Immemorialis.

Immemorialis in probatione, quatuor requiruntur. num 9. fol. 45.

Immemorialis, vt probetur, requiritur, quod teſtes dicant: quod ſemper viderunt ita eſſe; nec vnquam viderũt, nec audierunt contrarium: & quod communis eſt, & fuit ſemper fama publica: & quod non extat contrarij, vel initij memoria. nu 1. fol. 51. vide num. 7. ibidem, & num. 7. 8 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

Immemorialis poſſeſſio, in nobilitate, habet vim tituli, & privilegij, conceſſi ab eo, qui habet auctoritatem cõcedendi illud. num 17. fol. 59.

Immemorialem nobilitatis habens, poteſt allegare quemcumque titulum voluerit. num. 18. fol. 59.

Immemorialis ſatis probatur, ſi nonnulli teſtes deponunt de aliquibus qualitatibus: alij verò de alijs. num. 46. fol. 120. & num. 52. eiuſdẽ deciſ.

Immemoriali in conſuetudine, nõ eſt neceſſe actus probari. num. 49. fol. 120. vide ibi num. 51.

Excluditur immemorialis.

Immemorialis excluditur: ſi probaretur, a centum annis, citra, cõtrarium actum eſſe: ſecus autem ſi probaretur vltra centum annos, vel a ducẽtum, citra, actum fuiſſe

Immemorialis præſcriptio.

Immemorialis præſcriptio procedit, & obtinet abſque titulo: imò eam vim tituli habet ita, vt allegatio tituli non ſit neceſſaria. num. 14. fol. 114.

Imperator.

Imperator, ſi ſuam intentionem declaraverit in privilegio nobilitatis conceſſæ, vt tantum valeat in terris imperij, in eo tantum loco gaudebit eo, privilegiatus. num. 30. fol. 59. & num. 33. eiuſdem deciſ.

Immunitas.

Immunitas, per quem numerum liberorum, patri concedatur: iura diſcordant num. 2. fol 93.

Immunitas, ſeu exceptio ſoluendi vectigalia, parentibus 12 liberorum conceſſa, non habet locum, vbi eſſet cõtra bonum commune totius Regnũ num. 5. fol. 93.

Immunitas alicui conceſſa a collectis, nõ comprehendit eas collectas, quæ poſtea apponũtur ob publicam vtilitatem. num. 5. fol. 94.

Incidens cauſa.

Incidenti cauſa pendente, articulus incidens in ea tractari poteſt. num. 9. fol. 140.

Inducta ad augmentum.

Inducta ad augmentum, non debent operari in deminutionem. num, 24. deciſ. 40.

Inimicitia probatur.

Inimicitia probatur, ex quo quis movet litem de omnibus bonis, recadẽtibus in hæreditate. num. 134. deciſ. 40. Et ex quo, quis allegat: adverſarium teſtes falſos induxiſſe, ibidem num. 135.

Infinitas.

Infinitas eſt vitanda num. 42. fol. 175.

Toleratur, quando verba videntur apta ad infinitatem num. 93. fol. 178.

Infinitas temporis non eſt toleranda, quando agitur de obligatione ſervãda, & actor ius ſuum neglexit. num. 94. fol. 179.

Infinitas toleratur, quando agitur de infinitate numeri. num. 95. fol. 179.

Infans

Infançonia.

Infançoniæ diverſæ ſpecies.num. 136. fol.69.

Infançones naſcũtur: milites veró creã-tur.num.161 fol 69.

Infançones poſſunt promoveri ad militiam per quemlibet militem:alij nõ, niſi per Regem,num.153.fol.69.

Infançonem,hodie non poteſt dominus Rex promovere ad militiam,niſi in bello,ſiue batalla.num.154.f.70.

Tenentur ſoluere tributum,vel morabatinum num.11.fol 59.

Infanciones exmunij.

Infanciones exmunij qui ſint.num.155. fol.69.

Iocalia.

Iocalia, & alia ornamenta regulariter non cenſentur data ab ſponſo ſponſæ,vt illius fiant: ſed vt magis ornata incedat.num 1.fol.90.

Iocalia mittit ſponſus ſponſæ ex conſuetudine: & eſſet pudor ſponſi deficere in ea.num.2.fol.90

Iocalia dum mittit ſponſus ſponſæ, licet dicat:quod ea illi donat,non cenſeatur donata.num,5 fol 90. & n.13. eiuſdem deciſ.

Iocalia præſumuntur donata, quando vir eſt inferioris ordinis, & vxor eſt nobiliſſima.num.14 fol.91. Et illorum donatio præſumitur in recompenſationem nobilitatis ſponſæ.n.18. fol.91.

Iocali à precioſa non cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ in dubio: quando ſponſus non declarat ea tradere animo donandi: ſecus veró, quando id aperte exprimit.num.24 fol 91.

Iocalia precioſa non cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ:ſed tantum ei tradita,vt ornatior incedat.num.25 fol. 91.Si non ſunt multum precioſa, & ſponſa eſt nobilis, & ſponſus diues, in dubio præſumuntur donata.num. 25.fol.91.

Iocalia.ſi ſpõſus dixerit expreſsè:ea donare ſponſæ, non ſunt hæredibus viri reſtituenda.num.29 fol.91.

Iocalium miſſionem, vulgus appellat donationem.num.27.fol.91.

Iocalia miſſa,iam contracto matrimonio, non cenſentur donata. num. 28 fol.91. Si ante matrimoniũ ſunt expreſsè donata, valet donatio eorum irreuocabiliter.num.29.fol.92.

Iocalia ſi poſt contractum matrimonium donata ſunt, ſequuntur matrimonium.num.30.fol.92. Cenſentur donata ab ſponſo ſponſæ,ex mera libertate. Et ita talia,qualia illa fuerint. habere debet dicta donataria. nu.23, fol.92.

Iocalium valor, ſi ſoluendus ſit,ſoluatur prout ipſe eſt certus: non ſicut aſſeruit donator, tempore donationis, & traditionis.num.34.fol.92.

Inſanitas mentis.

In ſanitas mẽtis,in infirmo magis præſumenda eſt num.129.deciſ.40.

In ſcriptio.

In ſcriptiones antiquiſſimæ, vltra centum annos,probant. num. 24. f.116.

Inſtitutio.

Inſtitutio facta de filio, non porrigitur ad nepotem.num.41,fol.134.

Inſtitutio ſimpliciter facta de filio, extenditur ad nepotes.num.43 fol.135.

Initium conſtitutionis.

Initium conſtitutionis, ſi generale eſt, non debet reſtringi eius diſpoſitio ad cõtẽta in decretatione. n. 9. f.192.

Digitized by Google

Inſtrumenta.

Inſtrumentis antiquis magis creditur quam teſtibus.num 26.fol.116. & n. 30.eiuſdem deciſ.

Per inſtrumenta antiquiſſima, probatur immemorialis.nu.31.fol.116.

Interrogatus.

Interrogatus de duobus, ſi de vno reſpondit, de alio non videtur reſpondere.num.63.fol.195.

Interruptio præſcriptionis fol.112.

Interruptio præſcriptionis nō prodeſt alij,quam litiganti.deciſ.24. nu.79.

Iudex.

Iudicibus eſt tantum commiſſa adminiſtratio iuſtitię:non gratiæ.num.30. fol.77.

Iudex non poteſt minuere tēpus proſequendæ appellationis.nu.3.f.104.

Iudex,per verba negatiua,non intendit ius facere.deciſ.22.num.5.fol.107.

Iudicis intētio eſt:ſequi effectum probationum.deciſ 22.nu.6.fol.107.

Iudex appellationis.

Iudex appellationis,vide,verbo. Appellatio,Iudex pronūciare debet,ex quo de cauſa cognouit.num.6.fol.130.

Iudex abſque figura iudicij vbi procedit,non habet neceſſe pronūciare ſuper emergenti prius, ſed ſuper principali. Et non eſt neceſſe, quod ſuper eo ſeparatim pronūciet. num.11. fol. 160.

Iudex, ſi videt ſolo animo differendi, opponi exceptionem calumnioſam, poteſt pronunciare definitiue,reiecta tali exceptione.num.17.fol.161.

Iudex de ſtylo R.Roma.

Iudex de ſtylo Rotæ Rom. confirmare poteſt ſententiam,quæ tranſivit in rem iudicatam per deſertionem appellationis;non tamen eam infirmare num.15.fol.169.

Iudex delegatus.

Iudex delegatus cōmittens vices ſuas, ſi moriatur reintegra,antequam ſubdelegatus vti cœperit iuriſdictione, expirat commiſſio morte delegantis.num.22.fol.153. & num.51. Iuriſdictio delegati,ſi nō eſt radicata:quia nullum actum fecit,morte delegantis expirat.num.54.fol.155.

Intellectus capitis licet.

Intellectus c. licet ex quadam extra de teſtibus.num.7.fol.53. & num.16.17. 18.19.20.21.eiuſdem deciſ.

Iuramentum.

Iuramentum,ratione doli, redditur inefficax.num.10.fol.163. & num. 26. eiuſdem deciſ.

Iuramentum in contractu vxoris pro marito ſe obligantis, non habet comitem iuſtitiam.num.20. fol. 163.

Iuramentum confirmat. contractum, alias inualidum,& reprobatum à iure ciuili.num.35.fol. 165. & num.34. eiuſdem deciſ.

Iuramentum ſi appoſitum ſit contra bonos mores, vel continet turpitudinem,vel rem illicitam, non eſt obſeruandum.nu.35.fol.165. Beneuerò, ſi ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt.num.45.fol.166.

Iuramentum deſeruandis foris Regni, non obligat eum, quo minus poſſit diſpenſare ſupra ius,quando nō tranſierunt in contractum.n.14. fol.106.

Iuramentum omnino confirmat actū, ſeu contractum prohibitum iure ciuili præcipuè, aut ſane principaliter, ob priuatam vtilitatem, etiam ſi minus principaliter, & vt aiunt, ſecundario

dario publicam vtilitatem contineat. num.47.fol.166.

Iuramentum eſt ſemper ſeruandum.n. 52.fol.166.

Iuramentum,vti à lege non prohibitū ſubſiſtit.num.54. fol.167. Et debet ſeruari,quando fuit tempore obligationis,liber conſenſus mulieris:& nō inductus ex dolo ex propoſito, nec metu,ſeu vi.num.57.fol.165.

Ius accreſcendi.

Ius accreſcendi,etiam poſt emolumentum quæſitum, habet locum in vſufructu,& habitatione.n.28 fol.133.

Ius accreſcendi,potius poteſt eſſe inter duos vſufructuarios,quam inter hæredem proprietarium, & vſufructuarium.num.28.fol.133.

Iuriſdictio non eſt radicata.

Iuriſdictio radicata non eſt ex commiſſione cauſæ appellationis, ſi appellatio eſt nulla,licet,vtraq; pars de cauſa principali,diſputauerit.n.16. f.169.

Iuriſdictio expirat.

Iuriſdictio expirat, poſt deſertionem cauſæ: & poteſt opponi de nullitate iuriſdictionis.num.14.fol.169.

Iuriſdictio Alphonſina.

Iuriſdictionem Alphonſinam conceſſit Rex Alphonſus. II. dominis pagorum, ſiue locorum, qui conſentirent foris Valentiæ.num.11.fol.181.

Iuriſdictio ſuper militibus.

Iuriſdictionem ſuper militibus nō habet,niſi dominus Rex.num. 21. f.115.

Iuriſdictionem Alphonſinam habens.

Iuriſdictionem Alphonſinam habens, cognoſcere valet de omnibus caſib⁹: dempta morte naturali,& ciuili,mēbri mutilatione: & viſitare vniuerſitates,non eſt de caſibus exceptuatis. num.12.fol.74.

Iuriſdictio Alphonſina,adeò fuit ſtrictè dominis locorum conceſſa, quod non poſſunt remittere pœnam impoſitam in caſibus ſuæ iuriſdictionis: num.28.fol.78

Ius collectandi ſubditos.

Ius collectandi ſubditos pro filiabus maritandis, ex pluribus partibus, de iure, & conſuetudine eſt introductum.num.8.fol.104.

Ius collectandi pro filiabus collectandis, ex noſtris auctoribus, ſunt qui dicunt competere dominis. num. 9. fol.104.

Ius recipiendi numera.

Ius recipiendi numera, & collationes in dotem filiæ,emanauit à Romulo, vrbis fundatore.num.11.fol.104.

Ius offerendi.

Ius offerendi offerendi,nullo tempore præſcribitur. num.10. fol.173. & nu. 15.16.& 78.eiuſdem deciſ. Et quomodo intelligatur.num. 79. fol.177.

Ius offerendi pecuniā,poteſt tolli præſcriptione.num.90.fol.178.

Ius luendi pignus.

Iuri luendi pignus nullo tempore præſcribitur.num.11.fol.173.

Ius publicum.

Ius publicum priuatorum, pacto tolli non poteſt.num.47.fol.175.& num. 53.eiuſdem deciſ.

Iudex.

Iudex nō debet applicare animum ad vnam ſpeciem probationis. num.12. fol.13.& num. 13.eiuſdem deciſ.

Iudex debet cunctari mari. num. 146. deciſ.40. Illius officium conquieſcit, pendente dilatione, in his,quæ præiudicialia eſſent ad ea, ſuper quibus pen-

pendit dilatio:in alijs verò poteſt iudex officium exercere. deciſ. 28. nu. 4.fol.138.

L

Læſio enormis.

LÆſio enormis facit præſumere dolum.num.9.fol.63.& num.25.eiuſdem deciſ.

Legatum.

Legatum factum defundo, qui inſtructus eſt,ſi poſtea fuerit aliqua res adiecta, quæ nominatim expreſſa non eſt, non videtur legatum minutum: ſed potuis ex abundantia dictu.n.n. 8.fol.192.

Legitimus deſcendens.

Legitimi deſcendentes ex illegitimis, non ſunt de familia. num. 63. fol. 23.

Linea.

Linea vltimi poſſeſſoris in maioratu, conſideranda eſt:vt qui ex ea deſcendunt,cęteris præferantur.n.70.f.23.

Linea legitima ſemper præfertur illegitimæ.num.76.fol.23.

Liber homo.

Liber homo,cõvẽta mercede ſerviẽs, non eſt idoneus teſtis. nu. 78. deciſ. 40.

Legitima.

Legitima non minori iure debetur,deſcendentibus,quam filijs.num.11. fol. 142.

Legitima iure civili tolli poteſt ; dummodo alimenta neceſſaria non deficiant.num.3.fol.180.& num.4.& 5. eiuſdem deciſ.

L.fin.C.de nat.lib.

Legis fina. C. de natur. lib.literare ſergur.num.99.fol.27.

L.fina.C.de his qui ven.ætatis declaratur.nu.13.fol.106. Et l.vnica quando imp.num.20.fol.76.

Linea.

Linea , in quam ingreſſa fuit ſucceſſio, primum debet omninò euacuari, & fœmina exiſtens in ea linea, excludit maſculum alterius lineæ , vbi non fit mentio agnationis num.119.fol.31.

Lex,& lex Regni Valen.

Lex,cum cenſeatur prohibere iuramẽtum,iurans non videtur venire contra prohibitionem legis.n.55. fol.167.

Lex Regni Val.iuſta eſt,& valet in foro conſcientiæ , cum qua in foro ſi. Rub. de teſta. libera commiſſa fuit facultas parentibus , diſponendi de rebus ſuis ad liberas voluntates. Et quod non teneantur filijs ſuis legitimam relinquere.num.1.fol 180.& n. 2.eiuſdem deciſ.

L.1.C.de diver. Reſcrip. declaratur. n. 59.fol.145.

Leges pactionatæ.

Leges pactionatæ obligant Regem,& ſucceſſorem in Regno , & non poſſunt reuocari num.70.fol.196.

Lex,in actu præiudiciali, & in quo ſępe ſolent cõmitti falſitates , de teſtimonio mulieris, non confidit. num.21. deciſ.40.

Legum correctio.

Legum correctio in totũ vitanda eſt. nu.27.deciſ.40.

Lex noua.

Lex noua,vbicunq; addit, vel detrahit, legi antiquæ,lex noua recipit omnes reſtrictiones , & interpretationes, quas lex antiqua recipiebat, num. 28. deciſ.40.

Lex poſterior reuocat.

Lex poſterior reuocat priorem. num. 15.fol.75.

Legitimatio, & diſpenſatio.

Legitimatio, & diſpenſatio, non porrigitur ad effectus ſuppreſſos. nu. 79. fol.197.

L. Quoties.

Lex Quoties 22. d. de condi. & dem. correcta eſt num.25 fol.80.

L. Pœnalis.

Lex Pœnalis, & odioſa, licet extra ſignificatũ proprium nullatenus extendatur, tamen, quãdo in fauorem publicum tendit, extenſio admittitur nu. 77.fol.177.

Loquens.

Loquens, non ſentit, quod verba non ſonant.num.158.deciſ.40.

M

MAioratus in ſucceſſione, non admittitur monaſterium.n.2 fol.17

Admittitur deſcendens per lineam naturalem tantum ad effectum omnium deſcendentium per lineam legitimam, & naturalem. n.10. fol.14.

Maioratus poſſeſſor, non poteſt de ſuo iuris, in præiudicium ſucceſſoris, diſponere.num.33.fol.194.

Maioratibus ferè ſemper ſolet apponi cõditio, ſiue grauamen, deferendi nomẽ, & arma teſtatoris, & etiam pluries, abſque commixtione aliorum n. 19.fol.17.

In ſucceſſione maioratus, sũt quatuor conſideranda, primò, linea: ſecundò, gradus: tertiò, ſexus: & quartò, ætas. num.69.fol.23.

Maioratus inſtitutor.

Maioratus inſtitutor, quando in aliqua parte fœminas vocat, etiamſi pluries in genio maſculi vocati fuerint, meo non cenſetur habita ratio agnationis ſed prælatio maſculis tantum tributa.num.78.fol.24.

Maioratus inſtitutor, non cenſetur à ſucceſſione, excludere fœminas, ex grauamine delationis nominis, & armorum: ipſæ enim etiã deferre poſſunt.num.115.fol.30.

Maioratus ad ſucceſſionem electus, ab eo, cui ab inſtitutore fuit conceſſa facultas eligendi, non dicitur capere ab eligente: ſed à maioratus inſtitutore num.2.fol.81.

Mandatum.

Mandatum non ſuſcipere liberum eſt, ſuſceptum tamen, confirmari oportet.num.10 fol.84.

Mandatum de ſoluendo, non reuocatur morte, ſi conferatur poſt mortẽ: ſed morte interueniẽte, incipit habere effectum.num 77.fol.159.

Mandati contractus, qui celebratur inter dominum, & procuratorem, ſolo conſenſu contrahitur: & ideo poteſt contrahi inter abſentes.n. 26. fol.153.

Mandatum datum à procuratore, durante ſua infirmitate, eſt reſtrictũ ad tempus vitæ procuratoris, & no poteſt extẽdi per mortem ipſius. num. 33.fol.154.

Mandatum eſt ſtricti iuris, ſtrictèq; interpretandi.num.34 fol.154.

Mandatum reintegra: ideo morte mãdantis extinguitur: quia ceſſat voluntas per mortem.num.42.fol.154.

Mandatum ſi confertur poſt mortem mandantis: tunc non ceſſat eius voluntas: ſed adimpletur. num. 43. fol. 155.& num.67.eiuſdem deciſ.

Mandatum poſt mortem mandatoris poteſt conferri.num.44.fol.155.

Mandatum, aliud eſt quod reuocatur: aliud,quod firmatur.num.45.fol.155.

Mandatum conſtitutum ad certum tempus,licet, ſtatim deceſſerit mandans, & antequam procurator vſus eo fuiſſet, mandatũ nõ expirat morte mandantis.num.55.fol.155.

Mandatum conſtitutum ad certũ tempus,vel ad incertum, donec aliter de voluntate principalium conſtiterit: tunc clarum eſt,quod non ceſſat voluntas poſt mortem conſtituentis. num.56.fol.156.

Mandatum, vbicumque ex natura rei debet exequi,poſt mortem non finitur morte mandantis.num.57.f. 156.

Mandatũ ex veroſimili concipi poteſt, & præſumitur.num.60.fol.156.

Mandatum vbi ex coniecturis nõ probatur,ſaltem reſultaret præſumptio, vt domino incumberet in occurrẽti caſu,onus probandi mandatum nõ præceſſiſſe, & docendi de oppoſito, fol.66.num.157.

Mandatum iudicis delegati.

Mandatum iudicis delegati, & procuratoris ſunt ſimilia multũ.n. 21. f.153.

Magna Curia Vicariæ.

Magna Curia Vicariæ cognoſcit de exceſſibus officialium aliorum, delinquentium in eorum officijs. & an hoc intelligatur tantum de officialibus Regijs: an etiã de omnibus alijs. num.27.fol.77.

Maridage.

Maridage in Regno Valentiæ, exigit dominus Rex: nimirũ adiutorium, quod eis præſtatur,ob filiarum nuptias.num.15.fol.104.

Maridagi ius debitum pro matrimonio ſereniſſimæ Annæ.n. 16.f. 104.

Monaſterium.

Monaſterium,quod eſt capax bonorũ, mediante perſona monachi, ſucceſſionem capere poteſt. num. 1. f.148.

Monaſterium ſicut eſt capax ſucceſſionis: ſimiliter dicendum eſt, quod erit capax dignitatis, & iuriſdictionis, quæ veniunt in conſequentiam ſucceſſionis.num.2.fol.148.

Monachus.

Monachus etiam poſt factam profeſſionem,retinet ius prioritatis in gradu,atque omnia iura agnationis. nu. 3.fol.148.

Monachus non perdit iura ſanguinis num 4.fol.148.

Monachus ſuccedit in hæreditatẽ, quæ iure ſanguinis defertur.num.5. f.148.

Monachus retinet etiam iura ſuitatis. num.6.fol.148.

Monachus ſuccedit in bonis,fideicommiſſo ſubiectis, atque alienari prohibitis.num.7.fol.148.

Monachus ſuccedit etiam in melioratione tertiæ partis bonorum, facta a parente.num.8.fol.148.

Monachus, ſua vita durãte ſolum,ſuccedit in bonis fideicommiſſo ſubiectis:poſt mortem autem ipſius, ad ſequentes vocatos bona deuoluuntur.num.9.fol.148.

Monaſterium.

Monaſterium durante vita monialis excludit ſubſtitutum.num.10.f. 148.

Monaſterium non poteſt deferre nomen,& arma teſtatoris: & ita in bonis,cũ hoc onere relictis, nequit ſuccedere.num.12.fol.149. & num. 14. 15.16.& 18.& 24.eiuſdem dict.f.

Mo

Monaſterium ex perſona Monachi, qui erat ad fideicommiſſum vocatus,ſuccedit,quando non apparet de contraria mente teſtatoris. num.17. fol.149.

Mandans.

Mandans aliquid facere, cenſetur facere.num.5.fol.82.

Mala fides.

Mala fides, licet impediat præſcriptionem ad adquirendum dominium; non tamen impedit ad confirmationem dominij.num.62.fol.176.

Maſculinitatis expreſſio.

Maſculinitatis expreſſio operabitur effectum, in perſonis, & gradibus a teſtatore expreſſis: non in alijs.num: 121.fol.31.

Maſculorũ ex vocatione, teſtator cenſetur fœminas excludere voluiſſe. n. 51.fol.20.

Maſculinitatis qualitas.

Maſculinitatis qualitas,non cenſetur repetita. vbi in vna parte fiat mẽtio de maſculis: in alia verò, tantum de filijs.num.120.fol.31.

Maſculorum nomen, in diſpoſitione, fœminas excludit.num.52. fol.20. licet fœminis præferantur in primogenijs; hoc tamen eſt quando ſunt eiuſdem lineæ,& gradus.n.71. fol.23.

Mens nadarij.

Mens nadarij qui ſunt propriè. nu.150. fol.69.

Medici Regij cubiculi.

Medici Regij cubiculi, qui habent dignitatem primi ordinis, gaudent priuilegio militari.num.188.

Magiſtri Monteſiæ.

Magiſtri Monteſiæ officiales, poſſunt, iuxta nouam pragmaticam, exigere rationes vniuerſitatum. num. 13. fol. 75.& num.14. & quare.nu. 43. eiuſdem deciſ.

Monteſiæ Religio.

Monteſiæ Religio, quam iuriſdictionẽ habeat in ſuis oppidis. nu.14. fol. 75.

Miles verbum.

Miles, verbum, prout comprehendit milites a Rege armatos, non comprehendit Hidalgos num.33. fol. 59.

Milites a Rege armati, Valentiæ, propriè vocantur,Cauallers.n.38.fol.59.

Milites armati, vulgo, dicti Cauallers, ſũt exempti a tributo,appellato monedage,in Regno Aragoniæ,& Principatu Cathaloniæ impoſito. nu.39. fol.59.

Milites ordinis Militaris.

Milites ordinis Militaris, Virginis Mariæ Monteſiæ,qui ſunt Milites Calatrauæ,debent eſſe generoſi. num.84. fol.64.

Milites, & Infanciones, licet nobiles non appellentur in Aragonia; habẽt tamen nobilitatem, licet non æqualem nobilibus.num.159.fol 69.

Milites,& infanciones qui ſint num: 60. fol.69.

Militaris nemo præſumitur,& fiſcus in hac regalia habet ſuam intentionem fundatam: & ita, in ea manutenendus eſt.num.3 fol.44.

Milites Valentiæ.

Milites Valentiæ ſunt exempti ſoluere morabatinum vocatum.n.12. fol. 59.

Militum filij, qui antiquitùs non ſolebant armari ante 30.an. eo tempore durante, domicelli nomine donabãtur.num.121.fol.66.

Mixtum imperium.

Mixtum imperium,cui, etiã iuriſdictio in eſt

in eſt, quomodo intelligatur. nu. 18. fol.75

Minor.

Minor non habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio num.28.fol.110.

Mens.

Mens, tribuentis facultatem diſponendi, inſpicienda eſt, an fuerit, vt ad liberum diſponere poſſit.n.28. fol.85.

Mens contrahentium in cõtractu matrimonij inſpicienda eſt.n.30. fol.86.

Mens contrahentium in contractibus, potius, quam verba cõſiderari debet. num.13.fol.173.

Metus reuerentialis mariti præſumitur in vxore ob enormem læſionem. n. 8.fol.163.& num.24. eiuſdem deciſ.

Mulier, ſi ſe obligauit pro marito cum iuramento, licet remaneat indotata, compelli poteſt ad ſoluendum.num. 39.fol.166.& num. 24. eiuſdẽ deciſ.

Metus cauſa.

Metus ob cauſam quæ fiunt, non obligant, ſi fuerit pro teſtatus metũ patiens.num.2 fol.168.

Metus, quando dicatur iuſtus, relinquitur arbitrio iudicis.num. 10. fol.169.

Mors non inducit actum poſ.

Mors non inducit actum poſitiuum nouæ voluntatis, ſiue reuocationis.n. 49.fol.155.

Mulieris obligatio.

Mulieris obligatio, facta pro marito, etiam cum iuramento, ſi remaneat indotata, non valet.num.3.fol.163. & num.15.& 31.eiuſdem deciſ.

Mulier, enormiter læſa, poteſt contrauenire renunciationi, non obſtante iuramento.num.4.fol. 163. & num. 14.28.& 5.eiuſdem deciſ.

Mulieri, quando ſe obligauit cum iuramento pro marito, ſi ei remaneat dimidia pars dotis, tenebit tunc obligatio. num. 29. fol.164. & num. 30. eiuſdem deciſ.

Mulier fragilis.

Mulier eſt fragilis, & corruptibilis. nu. 20.deciſ.40 & num.36.

Mulier, varium, & mutabile teſtimonium ſemper producit.num 21. deciſ.40.

Mulier in Regno Valen.

Ex diſpoſitione fororum Regni, nõ poteſt eſſe teſtis in teſtamentis.num. 23.deciſ.40.

Mutatum.

Mutatum, quod non reperitur, ſtare nõ prohibetur.num.31. deciſ.40.

N

Naturali deſcendenti ex filio naturali, vt puta nepoti, legitima ſobole deficiente, relinquere poteſt auus, quantum vult, maximè, ſi eſt legitimus, & deſcendens ex naturali.num. 14.fol.14.

Naturales tantum, in Regno Valentiæ, indefectum legitimorum, ab inteſtato ſuccedunt.num.12.fol.14.

Naturali tantum filio pater relinquere poteſt omnia ſua bona, deficiente ſobole legitima.num.13.fol.

Negatiua non probantur.

Negatiua nequeunt probari per inſtrumenta: quia non eſt res, de qua inſtrumentum rogari, vel cõfici poteſt. deciſ.24.num.53.fol.112.

Naturales filij.

Naturales filij nobiliũ in Regno Val. ex conſuetudine ſunt de domo. nu. 55.fol.18.

Natu-

Naturales tantùm non poſſunt conſeruare agnationem.num.54.fol.21.

Naturales non ſunt agnati,nec poſſunt familiam conſeruare.num. 58.fol.21.

Naturalis tantum maſculus non admittitur,ex tantibus deſcendentibus teſtatoris per lineam legitimam, & naturalem.num.67.fol.23.

Naturales, in Regno Valen. licet ſecūdum communem vſum loquendi, dicantur de domo; tamen ſuccedere non poſſunt, ex tantibus legitimis, & naturalibus, & per lineam legitimam,& naturalem deſcendentibus. num 117.fol.31.

Non contradicere,& approbare.

Non contradicere, & approbare paria ſunt.decil.24.num.63 fol.124.

Nepotum appellatione.

Nepotum appellatione in fideicomiſſis veniunt deſcendentes legitimi, & naturales, & per lineam legitimam deſcendentes; non tamen per lineam illegitimam.num.116. fol. 30.

Nobilitas,& nobilis.

Nobilitas a ſolo Rege concedi poteſt. num.1.fol.43.

Nobilitatem,vt quis probet, debet oſtendere priuilegium conceſſum a Rege, Principe, vel a ſua Maieſtate, habente poteſtatem. num. 2. fol. 43.

Nobilem, qui eſſe prætendit, debet oſtēdere titulum,vel poſſeſſionem immemorialem.num 4..fol.44.

Nobilitatis, ſiue Hidalguiæ probandæ eſt forma præſcripta per leges Regnorum Caſtellæ, hic allegatas. num. 5.fol.44.

Nobilitas,quæ in Regno Valētiæ Caualleria appellatur, per immemorialem poſſeſſionem,quæ habet vim legis,probatur.num.6.fol.44.

Nobilitas probatur, quando quis eſt confrater confraternitatis, in qua ſolum admittuntur nobiles. num. 15. fol.46.

Nobilis,ſi vnus frater eſt pronūciatus, quia natus ex patre nobili: hæc ſententia prodeſt alijs fratribus. nu. 14. fol. 46.& num.14.

Nobilitas probatur per eum actū,qui facit diſtinguere nobilem á plebeio. num.16.fol.47.

Nobilitatis actus diſtinctiui a plebeis procedunt ex exiſtimatione, reputatione,fama,lege, & conſuetudine. n. 17.fol 43.

Nobilitas probatur, quando in libris Regis armorum, vbi deſcribuntur arma familiarum nobilium,arma alicuius familiæ repetiuntur. num. 18. fol.47.

Nobilitas a ſolo Rege,vel ab eo poteſtatem habente, & non ab alio, concedi poteſt. deciſ.a 5. num 1. fol. 111.

Nobilitatem, qui vult probare per inſignia, tenetur demonſtrare, quod habuit ex conceſſione Principis. nu. 25.fol.48.

Nobilitas non probatur ex ſola probatione delationis armorum, ſed adminiculatur.num.26.fol.48.

Nobilem eſſe familiam, ſi probatum fuerit per immemorialem,licet,pater & avus in poſſeſſione nobilitatis nō extiterint, ſi probet legitimam deſcendentiam,obtinere debet in cauſa nobilitatis num.27.fol.48. V. ibi de Caſali ad eam probationem.

Filio non præiudicat in nobilitate factum patris, poſtquam illa eſt firmata in perſonis avorum. n.29. fol. 48.

Nobilitatem, per diuerſas ſpecies probationis, ſimul cunctas, probari. nu. 34. fol. 49.

Nobilitatis ius, vbi fuit perfectum in maioribus litigatoris, non tenetur quis probare ipſius patrem, & auum eſſe in poſſeſſione nobilitatis. nu. 36. fol 49.

Nobilitatus a Principe præſumitur prædeceſſor eius, a quo legitime deſcendit, ſi quis eſt in poſſeſſione immemoriali. num. 35. fol. 49.

Nobilitas probatur per immemorialē poſſeſsionem. num. 16. fol. 59. Et probata per immemorialem, referenda eſt ad tempus, quod magis vtile ſit, eam alleganti. Ibidem num. 19. & num. 20.

Nobiles deſcendentes ex familia nobili Regni Arago. ſi nati ſint in Regno Valen. gaudent omnibus priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent veri milites Regni Valen. num. 21. fol. 59. & num. 22. eiuſdem deciſ.

Nobiles deſcendentes a familia nobilium Regni Nauar ex immemoriali, ſi nati ſint in Regno Valen. gaudent priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent veri milites Regni Val. n. 23. fol 59. & num. 24. 25. & 26.

Nobilitate per immemorialem probata, præſumitur ille titulus, qui magis expediat ad fundandam agentis intentionem. num. 27. fol. 59. & nu. 58. eiuſdem deciſ.

Nobiles facit Rex ex plebeis, cum priuilegio, in ampliſsima forma. num. 58 fol. 62.

Nobilitatis conceſsio ignobili, licet nequeat implere defectus naturales, nec tollere iura ſanguinis, & naturæ: quia licet ſit ſupra caput iuris ciuilis, eſt tamen ſub pedibus iuris naturalis. nu. 64. fol. 62.

Nobilitatis conceſſio, facta per legem ignobili, inducit effectus, qui conceſſi ſunt a iure ciuili, nobilitati, & eo ſe extendit ad ignobilem, & ita faciendo non extendit manus ad iura naturæ. num. 65 fol. 62. & nu. 66. eiuſdem deciſ.

Nobilitas, per priuilegium cōceſſa, datiua potius quam natiua dicitur. nu. 63. fol. 62.

Nobiles ex priuilegio: an poſſint habere habitum religionis militaris, D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. nu. 68. fol. 62.

Nobiles ex priuilegio, Commendatarij religionum militarum eſſe poſſūt: non ſecus num. 69. fol. 62.

Nobiles ex priuilegio, non poſſunt habere habitum religionis militaris D. Iacobi. num. 74. fol. 63. nec habitum religionis Calatrauæ num. 77. fol. 63.

Nobilitas in Religionibus militaribus requiritur quia ſplendor generis militum in eis ſpectatur. n. 80. fol. 63.

Nobilitas in diuerſis prouincijs diuerſimode conſideratur. num. 81. fol. 63.

Nobilis conſideratur ſecundum conſuetudinem loci. num. 85. fol. 64.

Nobilitas Italiæ acquiritur ex militia, ex conceſſione Principis, vel ex ſuæ prouinciæ indulgentia. nu. 86. fol. 64.

Nobiles fiunt Toloſæ ex cōſulari dignitate, cum poſteritate. n. 87. fol. 64.

Nobilitas Prouinciarum, & Regionū, ferè ſemper eſt ſtatutaria, & peculiariſsillius Regni. num. 88. fol. 64.

Nobiles non poſſunt eſſe florentini, nec gaudere nobilitate, niſi de iure com-

communi nobiles ſint. num. 90. Et nobiles multarum prouinciarũ, ſunt ex ſtatuto,& non ſecũdum ius communem.num.89.fol.64.
Nobilitatis gradus,ſunt diuerſi in Corona Aragonum.num.91 fol.64.
Nobilitas Principatus Cathaloniæ, quæ ſit præcipua; & vnde originem traxerit.num.92.fol.64.
Nobilitas antiquior nequit reperiri in Hiſpania, quam proceſſit,ex nouem viris nobilibus,tempore imperatoris Caroli Magni.num.103.fol.65.
Nobiles in Cathalonia, qui dicatur: & quo in ſolo appellari poſſunt nomine,Don.num.108 fol.66.
Nobiles facere in Corona Aragonum; eſt vna,ex regalijs domini Regis. nu. 110.fol.66 & num 1c2.
Nobilitatem ſanguinis habens in Regno Caſtellæ, ad libitũ vocari poteſt Don.num.111.fol.65.
Nobilem quem facere Regem in Corona Arago.non ſignificat:quod ex plebeio,eum nobilẽ fecerit:ſed quod ei,inter alia,facultatem cõceſſerit, vt poſſit appellari Don. num. 113. f.65.
Nobilitatis in Regno Aragoniæ ſunt diuerſi gradus.num 137.fol.69.
Nobiles Aragoniæ, de conſuetudine Regni,non puniuntur pœnis corporalibus: ſed tantum capiuntur, ſi deliquerint, & detinentur capti, ad voluntatem domini Regis. num. 151. fol.69.
Nobilis Aragoniæ : an poſſit ſupradicto priuilegio renunciare. num. 152. fol.69.& num.136.
Nobiles Aragoniæ, ſi a Ricis hominibus non deſcendunt, non gaudeant priuilegio nobilitatis.num.153.f.69.
Nobilitas ciuis honorati Cæſarauguſtæ, & inferioris æſtimationis illa, quam habent infanciones domorum illuſtrium num.169.fol.70.
Nobiles Valen. ſunt illi, qui vocantur Don.num.175 fol.70.
Nobiles,Generoſi, Milites, ſeu equites Valentiæ,omnes ſunt brachij Militaris.num.176.fol 70.

Nobilis litigans.

Nobilis litigans ſuper ſua nobilitate cõtra vniuerſitatẽ,tenetur contribuere contra ſe in expenſis litis: num. 11. fol.99.

Nobilitatem, vt conſequamur.

Nobilitatem nemo conſequitur a ſe ipſo.num.12.fol 114.
Nobilitas,licet fuerit probata per centenariam præſcriptionem, non ſufficit, niſi probata ſit per immemorialem,quæ neceſſaria eſt, vbi deficit titulus.num 13 fol 114.
Nobilitate probata per præſcriptionẽ; ſi ea nõ perfecta,probatur actus nobilitati contrarius,eſſet interrupta.n. 19.fol.11c.& num 54.

Nobilitas probatur.

Nobilitas probatur per ſententiã,tranſactam in rem iudicatam, in fauorem progenitoris,qui fuit declaratus nobilis.num.43.fol.119. Et probatur ſi oſtendatur,deſcendere a domo ſolari,Caſali,ſiue familia nobili..nu. 44. fol.120.
Nobilitas deriuata ex claris,& antiquis parentibus, non perditur per actus contrarios.num.73.fol.124.
Nobilitas, eſt generis, vel alterius rei excellentia.num.83.fol.125.

Non licet.

Non licet alicui conferre ſuam diſpoſitionem in tempus, in quo non poteſt facere actum.num.45.fol.194.

Notarius.

Notarius nõ poteſt eſſe, qui eſt impubes.num.80.fol.106.

Notarius actorum, an debeat habere 25 an. vel ſufficit, quod ſit pubes. nu. 81.fol.106.

Nouitates.

Nouitates ſunt fugiendæ. n.34. fol.78.

Nullitas.

Nullitas, quæ vagatur per totum proceſſum, eſt inſanabilis.n.9.fol.96.

Nominatus ad emphiteu.

Nominatus ad emphiteuſim, grauari non poteſt in Luſitania.num.7. f.82. & num 18.eiuſdem deciſ.

Nominatus ad emphiteuſim in Luſitania, non poteſt nominato grauamen imponere.num.24.fol.85.

Nullitas defectus mandati.

Nullitas defectus mandati eſt inſanabilis: quia deficit voluntas, & cõſenſus principalis.num.1.fol.152.

Nullitas, ſi ex facie actus præcedit, iudex, ne ſe fundet in actu nullo, poteſt, & debet ex proprio officio ſupplere.num.17.fol.169.

O

Obſeruantia.

Obſeruantia, obſeruata declarauit: dominos, habentes tantum Alphonſinam iuriſdictionem, nõ poſſe viſitare vniuerſitates ſuorum oppidorum.num.31.fol.75.

Obligatio, pro, & cum marito.

Obligatio, facta pro marito, de iure nõ tenet.num 1.fol.162. Neque obligatio facta ſimul cum marito inſolidum.num. 2.fol.162.

Obligatio ciuilis.

Obligatio ciuilis, licet non oriatur ex contractu, facto, lege prohibente; bene tamen oritur naturalis ex conſenſu.num.36.fol. 165. & num. 48. eiuſdem deciſ.

Obligatio naturalis.

Obligatio naturalis oritur ex contractu facto a minore, vel muliere, nõ ſeruata forma, data ipſis ab ſtatuto, ad contrahendum.num.38.fol.165.

Obligatio oritur Deo, ex promiſſione; iurata.num 50.fol.166.

Obligationem Deo quæſitam, nequit legiſlator, vt inferior irritare.num.51. fol.166.

Obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, naſcitur ex obligatione mulieris, facta pro marito, etiam cum iuramento.n. 17.fol.163.

Obligatio, & actio ex cõuentione partium, poſſunt extendi in infinitum. num.17.fol.173.&.num. 62. eiuſdem deciſ.

Officialis habet iuriſdictionem.

Officialis obtinens officium, quod habet iuriſdictionem annexam, nõ dicitur officialis, nec obtinebit officiũ priuilegia, niſi cœperit adminiſtrare. num. 22. fol. 183. & num. 39. & 40. eiuſdem deciſ.

Onus.

Onus, quod hæres teneatur nomen, & arma teſtatoris aſſumere, facit præſumere; quod teſtator voluerit memoriam

riam ſuam conſeruare.n.20.fol.149.

Officia vacantia.

Officia ſuo tempore vacantia, Gubernator liberè prouidere poteſt, quãuis prædeceſſor ea cõceſſerit.n.31.f.193.

Officiales temporanei, non poſſunt eligere, quando electio collata eſt in tẽpus, quo alij in eodẽ officio, tempore vacationis reperiuntur.n.34.f.194.

Officiales temporanei tractant præſentia, & non futura. num. 39. fol. 194.

Officia, & officium vacans.

Officia, quę prouidẽtur per Epiſcopos, ſeu alios, non poſſunt concedi vltra eorum vitam.num.42.fol.194.

Officium dicitur vacare per mortem poſſeſſoris, cui coadiutor fuit datus. num.47.fol.194.

In officio tria requiruntur: electio, acceptatio: & ingreſſus officij. nu.24. fol.185.& num.43.ibi.

Ordinarius.

Ordinarius rei, vel loci, vbi res ſita eſt, cognoſcit in cauſa feudali, in defectũ parium Curiæ, num.36.fol.38.

P

Pares Curiæ.

Pares Curiæ, ſi ſint in prouincia, de cõſenſu partium eliguntur: alioquin extra prouinciam.nu.2.fol.35. Et cognoſcunt ſi lis ſit, vel controuerſia inter dominum, & vaſallum, ſuper actione reali, vel perſonali, vel mixta.n.4.fol.eod. Et cognoſcunt, quamuis dominus feudi ſit cõſtitutus in maxima dignitate.num.5.fol.eod. Cognoſcuntq; inter dominum feudi, & ſub feudatarium, quãdo non eſt immediatus vaſallus.num.9.fol.eod.

Pares Curiæ qui ſint. num. 28. fol. 37. vbi non extant, ordinarius iudex inter dominum feudi, & vaſallũ cognoſcit num.27. fol.37. Etiã Catholonia dicuntur, qui habent paria, vel ſimilia feuda.num.29.fol.37.

Pares Curiæ, ſi non extant: dominus feudi aſſignat iudicem: vel ſi non reperiuntur innumero ſufficienti. nu. 33.fol.38. & num.34. eiuſdem deciſ. Et cognoſcunt regulariter de cauſa feudali inter dominum, & vaſallũ, fallit tamen in aliquibus caſibus. nu. 38 fol.38.

Pares Curiæ, vbi ſunt inhabiles, vel ſuſpecti, iudex ordinarius cognoſcit. n. 35.fol.38.

Palatini Milites.

Palatini Milites qui fuerint.n.148.f.69.

Pactum.

Pactum adiectum inſtrumento locationis, videtur pars prætij, ſi talis fuerit intentio contrahentium.nu.5.fol. 127.&num.6.

Pactum de retrouendendo.

Pactum de retrouendendo perpetuo an præſcribatur ſpatio 30.an.n.1.f.172.

Pactum de retrouendendo, extante dictione, perpetuo, non præſcribitur ſpatio 30.an.num.2.fol.172.

Pactum de retrouendendo, cenſetur fauorabile: quia res reuertitur ad ſuã naturam, ideſt ad dominum, qui rem vendidit.num.8.fol.173.

Pactum de retrouendendo, perpetuo, pręſcribitur ſpatio 30.an.num.23.fol. 174.& num.60.eiuſdem deciſ.

Pactum de retrouendendo perpetuo, ſemper habet in ſe tacitam conditionem: ſi venditor pretium reſtituerit intra 30.an.num.35.fol.175.

Index rerum.

Pactum de retrouendendo perpetuo, non præſcribitur ſpatio 30. an. ſi interueniat iuramentum.n.61. fol.176.

Pactum de retrouendendo perpetuo, præſcribitur 30. annis, ubi talis præſcriptio perfecta fuit. nu.102. fol.179.

Pactum in communi.

Pactum in communi,quamuis fauorabile,non debet pro eo fieri interpretatio, vbi lex reſiſtit, ob bonũ publicum.num.76.fol.177.

Pacta plura ſub vna ſtipulatione.

Pacta plura,ſi ſub vna ſtipulatione ſubijciuntur, vnico reſpõſo comprehenduntur.n.6.f.192.& n.64. eiuſ decif.

Placet ſuæ Maieſtati.

Placet ſuæ Maieſtati,vbi dicitur in decretatione fori : conceduntur omnia ſupplicata.num.4.fol.192.

Papa.

Papa concedendo coadiutorias, cũ futura ſucceſſione in omnibus menſibus, concordatis contrauenitur. nu. 49.fol.194.

Par cauſa.

In pari cauſa,melior eſt conditio poſſidentis.num.6.fol.142.

Paria ſunt.

Paria ſunt aliqua non poſſe fieri,vel fieri,& non fieri in tempus inhabile. n. 38.fol.194.

Par in parem.

Par in parem non habet imperium.n. 44.fol.194.

Partes indubio.

Partes indubio,videntur voluiſſe contrahere ſecundum legis diſpoſitionem.num.30.fol.174. & num.65. & 80.eiuſdem decif.

Pater.

Pater poteſt facere codicillos pro filio impubere.num.17.fol.84.

Pater dotat propriam filiam ſpuriam. num.164.decif.40.

Pater 12 liberorum , quando eſt decurio habet immunitatẽ a muneribus patrimonialibus : ſi veró non ſit decurio, etiam competit hæc immunitas.num.1. fol.93. Ex foro Regni Valen.eſt immunis a ſolutione quorumcumque iurium , cuiuſcumque ſpeciei,& qualitatis illa ſint,n.3. f. 93.

Patris ius reſolutum.

Patris ius reſolutum per ſententiã, per quem ad filios deriuatur , reſoluitur. etiam ius filiorum : & quomodo intelligatur. num.2. fol. 107.& nu.29 & 30.eiuſdem decif.

Paupertatis requiſitum.

Paupertatis requiſitum, præciſe eſt neceſſarium ad obtinendum prouiſionem alimentorum.num.1.fol.139.

Pauperem eſſe.

Pauperem eſſe, vel ſuis bonis vti non poſſe,paria ſunt ad effectum , vt decernantur ei ſumptus litis, & alimenta.num.26.fol.143.

Pauperes.

Pauperes, ne inuitentur ad temere, & in caute agendum in iudicio,vt interim,dũ lis finitur obtineãt expenſas, & alimenta, quæ poſtea,ſi vincuntur, non poſſint præ inopia reſtituere, curandum eſt.num.3.fol.144.

Perfectum.

Perfectum nõ reſultat ex pluribus imperfectis in ſua ſpecie.num.141. decif.40.

Pluralis numerus.

Pluralis numerus,vbi debet interuenire, nõ ſufficit,vt vnus extet : ſed plures.num.31.fol.38.

Perſona

Perſona loquentis.

Perſona loquentis, non venit in generali ſermone. num. 18. fol. 36.

Perſonarum conditio, eadem large accipitur in exceptione rei iudicatæ, vt comprehendit ſucceſſores actoris, & Rei vniuerſales, & etiam in rem: & ſic verè, vel interpretatiue. n. 82. f. 25.

Præſcriptio.

Præſcriptio immemorialis, habet vim tituli legitimi, & poteſt allegari titulus, quem voluerit. num. 6. fol. 44. & num. 7. eiuſdem deciſ.

Præſcriptio temporis, cuius memoria non extat; habet vim priuilegij, & tituli, ita, vt per eam acquirantur, quæ principi ſunt reſeruata nu. 7. fol. 44.

Præſcriptio, cuius memoria non extat, non poteſt probari inſtrumentis. nu. 7. fol. 123. & num. 10. eiuſdem deciſ.

Præſcriptio centenaria titulum requirit, vbi præſcriptio eſt contra præſcribẽtem. num. 15. fol. 114.

Præſcriptione cẽtenaria, probata ex inſtrumentis, remanet probata nobilitas ſanguinis, in proprietate. num. 36. fol. 119.

Præſcriptio centenaria habet vim immemorialis. nu. 37. fol. 119. Et habet vim regij aſſenſus. nu. 38. fol. 119. Et habet vim priuilegij. nu. 39. eod. fol.

Præſcriptio, quæcumque ſit, ſine poſſeſſione, vel quaſi, nõ procedit. n. 8 f. 113.

Non currit, quando cõuenit, vt in perpetuum retro emere liceat. num. 30. fol. 137. & num. 62. eiuſdem deciſ.

Non currit, quãdo, in diſpoſitione ponitur verbum, quandocumque, vel verbum perpetuo. num. 4. fol. 173. & num. 5. eiuſdem deciſ.

Præſcriptio non venit cum mala fide. num. 6. fol. 173. & num. 66.

Præſcriptio non habet locum, ſi venditor decipitur. num. 7. fol. 173.

Non præſcribuntur vnquã ea, quæ ſunt facultatis. n. 14. f. 173. & n. 65. & 80.

Præſcriptio 30 an. ſi procederet in pacto de retrouendendo perpetuo: verba, perpetuo, vel ab carta de gratia perpetua, nihil operãtur. num. 18. fol. 173. & num. 97. eiuſdem deciſ.

Præſcrip. 30. vel 4. an. nõ habet locũ, vbi adeſt conuentio partiũ. n. 20. fol. 174.

Præſcriptiones ordinariæ, ob vtilitatẽ publicam ſecundariam ſunt introductæ. num. 46. fol. 175.

Præſcriptioni ordinariæ, renunciari nõ poteſt. num. 48. fol. 175.

Præſcriptioni 30. an. renunciari nõ poteſt: quia eſt introducta ob publicã vtilitatẽ: vt ſit litiũ finis. n. 49. f. 175.

Præſcrip. 30. an. eſt in odium negligentis inducta. num 50. fol. 175.

Præſcrip. 30. an. fauore publico introducta eſt: ne dominia, tanto tempore ſtent in incerto. num. 52. fol. 175.

Præſcriptio currit quando quis non tenetur ſatisfacere abſq; interpellatione. num. 69. fol. 177.

Poſſeſſio immemorialis.

Poſſeſſio immemorialis, vt probetur, an ſit neceſſe, quod teſtes dicãt: quod a ſenioribus, & maioribus audierũt: ita factum eſſe: nec vnquam audiuiſſe eorũ maiores, & hanc eſſe publicam opinionẽ, & famã. nu. 2. f. 51.

Non requiritur, quod maiores, a quibus teſtes audierunt, dixerint: nõ vidiſſe, neq; audiuiſſe cõtrariũ. n. 6. f. 51.

Poſſeſſio regulariter, per ſcripturã non probatur. num. 9. fol. 113.

Pluralitas non præſumitur.

Pluralitas non præſumitur. nu n. 70. fol. 124.

¶¶¶ 3 Plu-

Pluralitas in fideicommiſſo.

Pluralitas in fideicommiſſo: an debeat intelligi copulatiue: an vero reſoluatur in ſuas ſingularitates.n.9.fol.130.

Pluralitas contenta in fideicommiſſo, videtur intelligēda copulatiue: & ſic vtriuſque mortem expectandam, ut locus ſit ſubſtituto. n. 10. fol.130. & n.11.12.13.14.15.& 18. eiuſdem deciſ.

Pluralitas minus reſoluitur in ſingularitates,quādo ſumus in altero ex vocatis,ſuperſtite,qui,ex præſūpta mente teſtatoris cenſetur magis dilectus, quam ſubſtitutus, tamquam proximior.n.16.f.131. & n.25. eiuſdē deciſ.

Pluralitas,in fideicommiſſo. reſoluitur in ſuas ſingularitates.num.18. ſol.131. & n.19.29.21.22. & 27. eiuſdē deciſ.

Plures,ſimul iuncti, videntur vnū corpus.num.35.fol.133.

Præſentia Procuratoris.

Præſentia Procuratoris, non eſt neceſſaria in eius conſtitutione : quia, etiā abſenti,officium procuratoris committi poteſt.num.69.fol.158.

Præſumptio pro iudice.

In dubio præſumendum eſt pro iudice,qui protulit ſententiam , quæ pendet,per appellationem.n.16. fol. 143. & num.21.eiuſdem deciſ.

Præſumptio eſt pro vltima ſententia.

Præſumptio eſt pro vltima ſentētia,reuocatoria primæ. num. 29. fol. 143.

Princeps,& legibus ſolutus.

